de eo dicetur. Prope altare etiã qđ xp̃m significat collocatur piscina seu lauachrum. i. xpi mia: in qua manus lauantur: ad notandum q in baptismo ⁊ penitentia que per illam significantur a peccatis q̃ sordibus diluimur qđ a veteri testamẽto tractũ est. Legitur em̃ Exo. xxx. ⁊ xl. q moyses fecit labrũ eneũ cũ basi sua in tabernaculũ in quo Aaron sacerdos ⁊ filii lauarẽtur accessuri ad altare: vt in eo offerrẽt thymiama. Lumẽ qđ in ecclesia accẽditur xp̃m significat. iuxta illud. Ego sum lux mũdi. ⁊ Joan. erat lux vera ⁊c. vel luminaria ecclesie significãt apostos ⁊ ceteros doctores: quorũ doctrina fulget ecclesia: vt sol et luna: de quib⁹ dñs ait. Vos estis lux mũdi. i. bonorũ operũ exẽpla: vñ ipse admonens eos ait. Luceat lux vestra coram hominib⁹. Illuminatur autẽ eccl̃ia ex precepto dñi vnde Exo. xxvij. legitur. Precipe filijs Aaron vt offerãt oleũ de arboribus olliuarũ purissimũ vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij: de quo i scõa parte de accolito dicetur. Fecit quoq moyses lucernas septẽ: que sunt septẽ dona spũssancti: que in nocte huius seculi tenebras nostre cecitatis illustrãt que sup candelabra ponũtur: qr requieuit supra xp̃m spũs sapientie ⁊ intellectus: spũs cõcilij ⁊ fortitudinis: spiritus sciẽtie ⁊ pietatis: spũs timoris dñi quib⁹ predicauit captiuis negligentiam. Pluralitas in ecclesia lucernarum pluralitatẽ designat in fidelibus gratiarũ. Crux triũphalis in plerisq locis in medio ecclesie ponitur: ad notãdum q de medio corde redẽptorẽ nostrum diligimus: qui iuxta Salomonẽ corpus suũ media charitate cõstrauit propter filias hierusalẽ: ⁊ vt oẽs signũ victorie videtes dicãt Aue salus totius seculi: arbor salutifera ⁊ ne vnq̃ a nobis dilectio dei obliuioni tradatur: qui vt seruũ redimeret tradidit vnicũ filiũ: sed crucifixum imitemur. Crux autẽ in altũ dirigitur q qđ christi victoria designatur. De hoc dicetur vbi de ecclesie cõsecratione agetur. Quare ecclesia int⁹ et nõ extra ometur sub tractatu de picturis dicetur. ¶ Claustrũ sicut ait Richardus episcopus cremoñ. in mitrali ab excubijs et custodijs leuitarũ circa tabernaculũ: vel ab atrio sacerdotũ vel a porticu Salomonis ad tẽplum sumpsit exordiũ. Precepit em̃ dñs Moysi ne leuitas cum plebeia multitudine numeraret: sed constitueret eos sup tabernaculũ testimonij ad portandũ ⁊ custodiendum ꝓpter qđ dñi preceptum dũ diuina peragũtur mysteria clerici debẽt in ecclesia stare a laicis segregati: vnde statuit ꝑalitũ Magũtinen̄. extra. de vita ⁊ hone. cleri. c. j. q pars illa que cancellis diuiditur ab altari psallẽtibus em̃ pateat clericis. Porro sicut tẽplum triũphatẽ designat ecclesiã: sic claustrum celestem significat paradisum: vbi erit cor vnum ⁊ idem in dei dilectione ⁊ voluntate vbi omnia communiter possidebuntur: qr que pars minus habebit in se in alio se gaudebit habere: quia deus erit oĩa in oĩbus. Ideoq regula fres vñanimiter in claustro degentes ad seruitutẽ dei surgunt ⁊ secularia relinquentes in omnibus vitam communem ducunt. Diuersitas autem officinarũ ⁊ officioꝝ in claustro diuersitas est mãsionũ cũ diuersitate premiorũ in regno: qm̃ in domo patris mei mãsiones multe sunt: dicit dñs de pe. dist. iij. ca. domo. Moraliter vero claustrũ est anime cõtẽplatio vbi se recipit dũ a turba cogitationũ carnaliũ separatur: ⁊ sola celestia meditat. xlvij. dist. omnes. In hoc claustro sunt quattuor latera: scz cõtẽptus sui: cõtẽptus mũdi: amor proximi: ⁊ amor dei: vnũquodq aũt latꝰ suũ habet ordinẽ colũnarũ. Contẽptus sui habet mentis humiliationẽ: carnis afflictionẽ: humilem sermonẽ ⁊ similia. Basis omniũ colũnarũ est patiẽtia. In hoc claustro diuersitas officinarũ est diuersitas virtutum. Capitulum est cordis secretum: de hoc aliter dicetur in quinta parte sub titu. de prima. Refectorium dilectio sancte meditationis. Cellarium sacra scriptura dormitoriũ mũda conscientia: oratoriũ vita immaculata ortus arboriũ ⁊ herbarũ congeries virtutũ puteus aquarũ viuentium: irrigatio donorũ que hic sitim mitigãt ⁊ in futuro penitus extinguent. Sedes aũt episcopales q̃ iuxta beati Petri dispositionẽ sunt in singulis ciuitatibus antiquitus consecrate: prout dicetur in prohemio secunde partis: nõ in memoriã cõfessorũ: sed ad honorẽ apostolorũ ⁊ martyrũ ac precipue beate marie virginis veterum deuotio dedicauit. Ceterũ ideo in ecclesia conuenimus vt ibi delictorũ veniam postulemus: ⁊ diuinis laudib⁹ insistamus: vt dicetur in prohemio quinte partis: ⁊ vt ibi bona siue mala iudicia audiamus et dei cognationẽ discamus ⁊ accipiamus: ⁊ vt dominicũ corpus ibi manducemus. In cõuẽtu ecclesie mulieres ⁊ viri seorsum habitant: quod secundũ Bedam a veteri consuetudine derivatum accepimus: ⁊ inde fuit q ioseph ⁊ maria puerum dereliquerunt: quoniã alter illum quẽ secum non cernebant cum altero esse putabat. Causa autem diuisionis est qr caro viri ⁊ mulieris si propius accesserint ad libidinem accenduntur: vnde cum ibi peccata deflere debeamus: necesse est tunc eorum fomenta ⁊ delectationes carnales vitari. Masculi autem in australi: femine autem in boreali siue in aquilonari parte manẽt: vt ostendatur firmiores sanctos debere stare cõtra maiores huius seculi tentationes: infirmiores vero contra minores seu minus fortiores firmioresq̃ sexum in apertiori loco consistere debere: quoniam secũdũ apostolum. Fidelis est deus qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis sustinere: ad hoc etiam pertinet q Joannes vidit angelũ fortẽ qui posuit suũ pedẽ dextrũ super mare: nã ⁊ fortiora mẽbra maioribus periculis opponuntur: secundũ alios vero viri in parte anteriori: mulieres in posteriori parte manent: quia vir est caput mulieris: ideoq dux eiuer. Mulier quoq velata capite esse debet in ecclesia. xxxiij. q. v. mulier: quia non est imago dei: ⁊ quia per illam preuaricatio inchoata est: ideoq in ecclesia propter reuerentiam sacerdotis qui est christi vicarius coram eo tanq̃ cora iudice propter reatus originẽ habeat caput velatũ nõ liberũ nec propter eandem reuerentiã habeat po

Lumen quod in ecclesia accendit turquid denotat

De claustro ⁊ q̃tuor eius lateribus

Mulier in eccl̃ia capite debet ee se velata.

festatē loquēdi in ecclesia coram eo. Olim autem viri ⁊ mulieres comā sibi nutrientes assistebāt in ecclesia nudo capite crinibus gloriantes: quod inponestū erat. Qualis locutio in ecclesia habēda sit apostolus ostendit dicens. Loquentes vobismetipsis in psalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis spiritualibus: vnde ibi a verbis superfluis abstinendū est extra de cele. missa. dolentes. iuxta illud Chrysostomi. In aulam regiā ingressurus habitu ⁊ incessu te componas: angeli enim domini assunt: qz domus dei plena est virtutibus incorporeis. Et dñs ad moysen: ⁊ angelus ad iosue. Solue calciamentū de pedibus tuis: locus enim in quo stas sanctus est. Vltimo notandū est qz ecclesia cōsecrata reos sanguinis ad se confugientes qui in illa vel contra illam non deliquerunt defendit: ne vitam perdāt aut membra. xvij. q. v. reos. extra de immu. eccle. inter. vnde legitur qz Joab in tabernaculū fugit: ⁊ cornu altaris apprehendit. Idem etiā priuilegiū habet nō cōsecrata in qua diuina officia celebrant. extra de immu. ecclesie. ecclesia. Corpus aūt christi a talibus sumptū eos non defendit nec cōfugientes ad illud: tum qz hoc priuilegiū ecclesie cōcessum est quare nō est ad alia protrahēdū: tum quia illud est cibus anime nō corporis: de cōsecra. dist. ij. non iste: vnde animam liberat ⁊ non corpus. Ecclesie tribus de causis de loco ad locū mutantur. de consecra. dist. j. tribus. ⁊ cap. sequenti. Primo propter necessitatē persecutorū. Secundo propter difficultatem locorum: puta propter aeris intemperiem. Tertio cum malorum iocularitate grauantur: ⁊ tunc cū cōsilio pape vel episcopi. Quare ecclesiā ingrediens signo crucis se munit dicetur in prohemio quinte partis.

¶ De altari. Rubrica.

Qui altaria primi legantur edificasse.

ALtare in ecclesia ꝓpter tria fit: prout sub eius dedicatione dicet. Sciendū autē est qz Noe primꝰ. Deinde Jsaac Abraā ⁊ Jacob: altaria edificasse leguntur: que nō aliud qz lapides erecti intelliguntur super quos sacrificia macrabāt: que suppositio igne cremabāt. Moyses etiā fecit altare de lignis setim: ⁊ inde altare thymiamatis: qđ vestiuit auro purissimo: ꝓut legit in Exo. xxv. ⁊ xxvij. ⁊ xxix. ca. vbi etiā ponitur forma ipsius altaris. Salomon quoq; sicut legitur. iij. Regū. vij. prope finē. Altare aureū fabricauit. Ab his quidē antiquis patribus altaria modernorū sumpserunt exordiū: que in cornua quattuor eriguntur: quorum quedā vnius sunt lapidis: quedā ex pluribus componuntur. Nempe altaria ⁊ are aliquotiens indifferenter inueniuntur: interest tamen. Nam altare quasi alta res: vel alta ara dicitur: in quo sacerdotes incēsum adolebāt: ara quasi area id est plana: vel ab ardore dicitur: qz in ea sacrificia ardebant. Et nota qz multiplex in scripturis legitur altare: videlicet superius ⁊ inferius: interius ⁊ exterius: quorū etiam quodlibet est duplex. Altare superius est deus trinitatis: de quo legit. Nō ascendes ad altare meū per gradus: est ⁊ altare superius ecclesia triūphans: de quo ꝺr. Tunc impones super altare tuum vitulos: altare aūt inferius est ecclesia militans: de quo legitur. Si altare lapideū feceris mihi: non edificabis illud de sectis lapidibus. Est etiam altare inferius mēsa rēpli: de qua ꝺr. Constituite diem solennē in cōdensis vsq; ad cornu altaris. ⁊. iij. Reg. vij. ꝺr qz Salomon fecit altare aureū. Altare vero interius est cor mundū: prout infra dicetur. Est etiā altare interius fides incarnationis: de quo iubet in Exo. Altare de terra facietis mihi. Altare aūt exterius est ara crucis: hoc est altare olocaustū: super quo cremabatur sacrificium vespertinum: vñ in cano ne misse ꝺr. Jube hec in sublime altare tuum per ferri ⁊c. Altare etiā exterius sunt ecclesiastica sacramenta: de quibus dictum est. Altaria tua domine virtutum ⁊c. Rursus altare est mortificatio nostra seu cor nostrū in quo carnales motus feruore spiritussancti cōsumuntur. Scōo altare etiā significat ecclesiam spiritualem: quatuor eius cornua significant quatuor mundi plagas: p quas ecclesia dilatatur. Tertio significat xp̄m sine quo munus nullum acceptabile patri offertur. Unde ecclesia solet orationes ad patrē dirigere p xp̄m. Quarto significat corpus domini: prout in sexta parte sub titulo de parasceue dicetur. Quinto significat mensam in qua cum discipulis conuiuatus est xp̄s. Sane legitur in Exoꝺ. qz in archa testamenti sine testimonij reposita est testificatio. i. tabule in quibus scriptum erat testimoniū: licet etiam quedā reposita ibi testimonia dici possunt et hoc in testificatione qz legem naturalē in cordibus scriptā suscitauerat in scriptis. Reposita est etiam ibi vna aurea plena manna in testificationem qz panem dedisset filijs israel de celo ⁊ virga aaron in testimoniū qz oīs ptās a dño deo est: et deuteronomius in testimoniū pacti quo direxāt. omnia que dixerit nobis dñs facturi sumus: ⁊ ob hoc dicta est archa testimonij vel testamenti: ob hoc autem dictum est tabernaculum testimonij. Super archam vero factum est propitiatorium: de quo dicetur in prohemio. iiij. partis in cuius rei imitationem in quibusdam ecclesijs super altare collocatur archa seu tabernaculum in quo corpus domini ⁊ reliquie ponuntur. Precepit etiā dñs fieri candelabrū ductile ex auro purissimo. Exo. xxv. legitur. ⁊. iij. regum. viij. qz in archa federis aliud non est nisi due tabule lapidee quas posuerat in ea moyses in oreb qñ pepigit dñs fedus cū filijs israel cū egrederentur de terra egypti. Et nota qz tēpore Siluestri pape Cōstātinus imperator cōstruxit basilycā lateranī. in qua posuit archā testamenti quā tytus imperator apportauerat de hierusalem ⁊ candelabrū aureū cū septem infusorijs lucernis: i qua archa sunt hec annuli ⁊ vectes aurei: tabule testimonij: virga aaron: manna: panes ordeacei: vna aurea: vestis icōsutilis: ⁊ arundo: et vestimentū sancti Joānis baptiste ⁊ forcipes cum quibus romius ruit sanctus Joānes euāgelista. Sane homo si habet altare: mensam: cādelabrū: et archā templū dei est. Oportet siquidem

De archa testamenti.

eum altare habere vbi recte offerat et recte diuidat. Altare est cor nostrū: in quo debem⁹ offerre. Añ in Exo. precepit dñs in altari offerri olocausta: qr de corde debēt pcedere opera igne charitatis accēsa. Olocausta dicuntur ab olon quod est totum: et causa quod est incendium vñ olocausta quasi ex toto incensa. In isto igitur altari debemus recte offerre et recte diuidere. Recte offerimus quando bonum quod cogitamus ad perfectionem perducimus: sed non recte diuidimus si non discrete illud faciam⁹: quia sepe putat homo facere bonum et facit malum: et sepe ex vna parte facit bonum: z ex alia parte facit malum: z ita ipse edificat z ipse destruit. Sed tunc recte diuidimus quando bonum quod facimus non nobis sed soli deo attribuim⁹. Mēsam quoq; oportet hominē habere vt inde panē verbi dei sumat. Per mensam sacram scripturam intelligimus. de qua ps. Parasti in pspectu tuo mēsam aduersus eos qui tribulant me: id est dedisti mihi scripturam cōtra tentationem demoniacam: opz vt hāc habeamus id est in mente reponamus: vt panes verbi dei inde sumamus. Pro defectu huius panis dicit Hieremias. Paruuli petierunt panem: et non erat qui frangeret eis. Oportet etiam eum habere candelabrum vt bonis operibus luceat. Candelabrum exterius illuminans est opus bonum quod alios per bonum exemplum accēdit. de quo dicitur. Nemo accendit lucernam z ponit eam sub modio: sed supra cādelabrum. Lucerna iuxta verbum dñi est bona intentio: quia christus dicit. Lucerna est oculus tuus: oculus vero est intentio. Non debemus ergo ponere lucernam sub modio: sed supra candelabrum qñ si habem⁹ bonam intentionē non debemus abscondere: iz bonum opus aliis in lumē et exēplum manifestare. Oportet eum etiam habere archam: que dicitur ab arcendo. Archa ergo potest dici disciplina vel regularis vita per quam crimina a nobis arcent. In archa aūt sunt virga: tabula: z manna: quia in regulari vita debet esse virga correctiōis: vt caro castigetur: et tabula dilectionis vt deus diligatur. In tabulis cñ scripta sunt mandata que pertinent ad dilectionē dei. Debet etiam ibi esse mā na diuine prelibatiōis vt q̄ suauis est dñs guste mus z videamus: quia bona est negociatio eius. Iuxta illud prouer. de muliere forti gustauit z vidit: quia bona est. Ut ergo tēplum dei simus: habeamus in nobis altare per oblationem: ne appareamus in conspectu dei vacui iuxta illud Eccl. Non apparebis in conspectu dei tui vacuus. de cōse. dist. j. omnes. Mensam per refectionē ne deficiamus in via quasi ieiuni: iuxta illud euangelij Si dimisero eos ieiunos deficient in via. Candelabrum per bonam operationem: ne simus otiosi iuxta illud Eccl. Multam maliciam docuit otiositas. extra de renū. nisi. §. verum. archam: ne sim⁹ quasi mū debeat id est abiq; fugo inducipinari: disciplina cñ necessaria est iuxta illud ps. Apprehendite disciplinam nequando irascatur dñs ꝛc. De his etiam et aliis ornamētis in sequē. ti. dicet

Olocausta vnde dicūtur.

Mensa sacram scripturam designat.

Hoc altare ille edificat qui cor suum vera humilitate z aliis virtutibus exornat. vñ Grego. qui virtutes sine humilitate cōgregat quasi qui puluerē in ventū portat. Per altare cñ cor nostrum intelligitur vt dicetur vbi de altaris dedicatione agetur: quando est in medio corporis sicut altare in medio ecclesie: de quo altari iubetur a domino in Leuiti. Ignis in altari meo semp ardebit. Ignis est charitas: altare est cor mundum. ignis semper ardebit in altari: qr charitas semp feruebit in corde nostro. vnde Salomon in canticis canticorū. Aque multe nō possunt extinguere charitatē: qr cñ semper ardet extingui nō pōt. Vos ergo p̄m pphetā agite diē festū in frequentationib⁹ seu in condensis vsq; ad cornu altaris: qr reliquie cogitationū diē festū agent tibi de hac apls excellentiorē viā nobis demōstrat excellentiorē viam dicit charitatē: qr ipsa est sup oēs virtutes: z quicūq; ipsam habet: oēs virtutes hz: hoc est verbū abbreuiatū qđ facit dñs sup terrā qđ adeo breue est vt dicatur. Habe charitatē: z fac quicqđ vis. Et his nāq; duob⁹ mādatis tota lex pēdet z pphete: vel p altare vitulcutulq; aīam intelligim⁹ que edificatur dño ex lapidib⁹ viuis. s. ex virtutibus variis z diuersis. Porro lintheamina alba quib⁹ operitur altare: carnē siue humanitatē saluatoris designant: que multo labore candidant: sicut z xp̄i caro ex terra. id est marta orta per multas tribulationes ad resurrectionē z candorem z letitiā immortalitatis puenit: de qua filius exultat patri dicens. Concidisti saccū meū z circūdedisti me letitia. Altare ergo vestiri est aīam immortali z incorruptibili corpori cōiungi. Rursus albis z mundis pannis operitur altare: quādo cor mundū bonis operibus adornatur. Añ apoc. iij. Vestimētis albis induaris: ne appareat confusio nuditatis tue. z Salomō. Omni tēpore vestimēta tua sint cādida. i. opera tua sint munda. Nō dicū cñ prodesset accedenti ad altare summā diligentiā z infimā vitā habere. vñ Ber. Mōstruosa res est sedes prima z vita ima: gradus summ⁹ z status infimus: ingens auctoritas z animi instabilitas ꝛc. Pallia vero serica super altare posita sunt diuersarū virtutū ornamēta quibus aīa decorata est. Vestimēta quoq; quib⁹ altare ornatur sunt sancti: vt dicetur in titu. sequē. Principium et finis misse fiūt in dextera parte altaris: mediū in sinistra: prout in q̄rta parte sub titulo de mutatione sacerdotis dicetur. Antiqui altaria concaua faciebāt ꝓpter illō qđ legit Ezechielis. xliij. Mō i altari dei fossa erat: z hoc p̄m Greg. ne olocausta superposita ventus dispergeret. Dicit etiā in cap. lx. e. q altare erat reflexum intrinsecus p circuitū. Cererū gradus quib⁹ ad altare ascēdit spiritu aliter demonstrant apostolos z martyres xp̄i: quos quia pro eius amore sanguinē suū fuderunt sponsa in canticis amoris vocant ascēsum purpureū. Exprimuntur quoq; xv. virtutes que signantur per. xv. gradus quibus ascendebatur in templū Salomonis: et a propheta in. xv. psalmis continue demonstrantur quas beatus vir

Lintheamina alba quibus operitur altare qđ designāt.

ascensiones in corde suo disposuit. Hanc scalam vidit Iacob: sum nitens ei⁹ celos tãgebat. lxxxviij. dist. c. j. Per hos gradus competenter virtutum gradus intelliguntur: quibus ad altare. i. christũ ascendit⁹ et tutta illud ps. Et ambulabunt de virtute in virtutem. de pe. dist. ij. dum sanctã: in principio: et Job. Per singulos gradus meos pronũciabo illum: legitur in Exo. Non ascendes ad altare meum per gradus: ne reuelet turpitudo tua nondum enim forte antiqui femoralibus vtebantur. In cõcilio toletano. xxvj. q. vj. quicũq; cauetur q̃ clericus causa deleris in alterius pernicies altare vel imaginem eruens vestibus vel lugubri veste vel spinis accingens vel ecclesie luminaria extinguens deponatur. Sed si ecclesia sua iure suo indebite spoliatur: hoc causa meroris facere licet. vel sin quosdam quemadmodum et in die passionis domini in signum tristitie altaria denudantur: quod tamen hodie concilium reprobat Lugdunen. extra de off. or. si canonici. Denicq; alia que per somnia et per manes quasi reuelationes hominum cõstruuntur reprobantur oino. de consecratione dist. j. placet.

¶ De picturis et cortinis et ornamentis ecclesie. Rubrica.

Picture in ecclesia sunt laicorum scripture.

Picture et ornamenta in ecclesia sunt laicorum lectiones et scripture: vnde Greg. de cõse. di. iij. perlatum. Aliud est picturam adorare; aliud p picture hystoriam quid sit adorandũ addiscere: nam qđ legentibus scriptura: hoc ideotis cernentibus prestat pictura: quia in ipsa ignorantes vident quid sequi debeant in ipsa legunt qui literas nesciunt. Sane caldei ignem adorãt et cogunt alios idem facere alia idola comburentes. Pagani vero ymagines seu ycones et idola adorant: qđ sarraceni non faciunt. qui imagines nec habere: nec videre volunt: motti ex verbo illo. Nõ facies tibi omnem similitudinem eorum que in celo vel in terra vel ĩ aquis vel sub terra sunt. Exo. xx. et ex aliis auctoritatibus que statim sequunt: nos valde super hoc increpãtes: sed nos illas nõ adoramus: nec deos appellamus: nec spem salutis in eis ponimus: quia hoc esset idolatrare: sed ad memoriam et recordationem rerum olim gestarum eos veneramur.

Vnde versus,

Effigiem christi qui transis pronus honora.
Non tamen effigiem: sed qđ designat adora.
Esse deum ratione caret: cui contulit esse.
Materiale lapis: effigiale manus.
Hec deus est: nec hõ: presens quã cernis imago:
Sed deⁱ est et hõ quẽ sacra figurat imago: et alibi
Hã deus est qđ imago docet: sed nõ deus ipsa.
Hanc videas: sed mente colas qđ noscis in ipsa.

¶ Olim etiam vtuntur imaginibus pingentes illas: vt dicitur solum ab vmbilico supra et nõ inferius: vt omnis stulte cogitationis occasio tollatur: nullam etiam faciunt sculptilem imaginẽ: pro eo qđ legitur Exo. xx. capi. Non facies sculptile nec imagines. Item Leui. xxvj. Non facies idolũ neq; sculptile. Item deuter. iiij. c. Ne forte deceptꝰ facias vobis sculptam similitudinem. Item non facietis vobis deos aureos et argenteos. Item propheta. Simulachra gentium argentem et aurum opera manuum hominum. Similes illis fiãt qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis. Confundantur omnes qui adorant sculptilia et qui gloriantur in simulachris suis. Item moyses ait populo israel. Ne forte errore deceptus adores ea que creauit dñs deus tuus. Hinc etiã est q̃ serpentem eneum quem moyses ereperat Ezechias rex confregit quia populus ille contra legis preceptum thurris adolebat incẽsum. Ex his autem et similibus auctoritatibus reprobatur nimius imaginum vsus. Ait em̃ apls. j. corinthio. Scimus em̃ quia idolum est in mundo et nullus deus nisi vnus. Possent nãq; simplices et infirmi per nimium et indiscretum vsum facile ad idolatriam trahi. Vnde Sapien. xiiij. ca. Idolis nationum non erit respectus qm̃ creature dei in odium facte sunt et in tentationem anime hominum: et in muscipulam pedibus insipientium. Moderate vero vti picturis ad representandum mala vitanda et bona imitanda reprehensibile non est. vnde dominus ad Ezechielem. Ingredere et vide abhominationes pessimas: quas isti faciunt: et ingressus vidit omnẽ similitudinẽ reptilium et aialium et abhominationẽ: et vniuersa idola domus israel depicta i pariete. Nempe Gregorius hoc exponẽs in pastorali libro. ij. c. xx. dicit. Dum exteriorum rerum intrinsecus species attrahuntur: quasi in corde depingitur quicquid fictis imaginibus deliberando cogitatur. Rursus ad eũdem Ezechielem dicitur. Sume tibi laterem: et pones eũ coram te: et describes in eo ciuitatem hierusalẽ. Et aũt qđ dictũ est q̃ imagines sunt laicorum litere: obstat illud euãgelij. Habent inquit moysen et prophetas audiant eos. De hoc etiam dicetur in quarta parte sub quarta particula cano. sup verbo Scripturis. Concil. agathen. de cõse. dis. iij. placuit. Prohibet picturas in ecclesijs fieri: et qđ colit et adoratur in parietibus depingi: sed Grego. de conse. dist. iij. perlatũ dicit q̃ picturas nõ licet frangere ea occasione q̃ adorari non debent: pictura nãq; magis plus videt mouere aim q̃ scriptura. Per picturã animus quidẽ res gesta ante oculos ponitur. de cõ. di. iij. mouere semel: sz per scripturã res gesta quasi per auditũ videtur qui minus mouet aim ad memoriã reuocatur. q̃ scriptura. Hinc etiã est q̃ in ecclesia non tantã reuerẽtiam exhibemus libris quãtam imaginib⁹ et picturis.

¶ Picturarũ siue imaginũ alie sunt supra ecclesiã: vt gallus vel aquilla: alie extra ecclesiam. i. foris in fronte ecclesie vt bos et leo: alie intra: vt ycone statue et diuersa sculpturarum et picturarũ genera. que vel in vestibus vel in parietibus vel in vitrealibus depinguntur: de quorũ aliquib⁹ sub tractatu de ecclesia dictum est q̃ a tabernaculo moysi et templo Salomonis scriptũ est: scripsit em̃ moyses scripsit et pinxit Salomõ: et parietes celaturis et picturis ornauit. ¶ Sciendum aũt est q̃ saluatoris imago trib⁹ modis quentẽtius in eccle-

lia depingit: videlicet aut residēs in throno: aut pēdēs in crucis patibulo: aut vt residens in matris gremio. Quia vero Joānes baptista christū digito demōstrauit dicens. Ecce agnus dei: ideo quidā depingebāt christū sub specie agni. Quia ēn vmbra transiuit: z christ⁹ verus est homo: dicit Adrianus papa de cōse. dist. iij. sextā: q ipsum in forma humana depingere debemus: nō ēn agn⁹ dei in cruce principaliter depingi debet: sed homine depicto non obest agnum in parte inferiori vel posteriori depingi: cū ipse sit verus agnus qui tollit peccata mundi. Iste quidē z alijs diuersis modis saluatoris imago depingitur propter diuersas significationes: nā picta in presepio rememorat natiuitatē: depicta in matris gremio pueriles ætatē: depicta vel sculpta in cruce passionem. Et quandoq; in ipsa cruce sol z luna quasi eclipsim patiētia depingūtur: depicta vero in scalarū ascēsu ascensionem: picta vt residens in throno seu in solio excelso presentē indicat maiestatē z potestatem: quasi dicat: data est ei omnis potestas in celo z in terra: iuxta illud. Vidi dñm. s. l. e. rc. id est dei filiū super angelos regnantē: iuxta illud. Qui sedes super cherubin. Quādoq; vero depingitur sicut viderūt eum moyses z aaron nadab z aby. sicq; supra montē: z sub pedib⁹ eius quasi opus saphiricum: z quasi celū serenum. Et quoniā sicut ait Lucas. Tunc videbunt filiū hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate: ideo et quādoq; circūcirca pinguñt angeli qui ei semper seruiunt z assistunt: z depinguñt cum sex alis scōm Esa. vj. Seraphin stabant iuxta illud sex ale vni z sex ale alteri: z duabus velabant faciem eius: duabus pedes: z duab⁹ volabant. Depinguntur etiā angeli tanq; in etate iuuenili floētes: nunq; ēn senescūt: qnq; etiā circūpingitur archāgelus michael draconē suppeditans. iuxta illud Joan. apocalip. xij. Factū est preliū in celo: michael cum draconē pugnabat: que pugna est dissidium angelorum cōfirmatio bonorū: z ruina malorū: aut in presenti ecclesia persecutio fidelitū: quādoq; etiā circūpinguntur. xxiiij. seniores secūdum visionē ipsius Joannis in vestibus albis: et coronis aureis per quos significantur vete. z no. legis doctores: qui sunt. xij. propter fidē trinitatis quā annunciant per quatuor clymata mūdi aut xxiiij. propter opera z obseruantiā euangelistarū si lampades adduntur dona spiritussancti representantur: si mare vitreū baptismus innuit. Quādoq; etiā circūpinguntur quatuor animalia secūdum visionē Ezechielis z etiāsdē Joannis. Facies hominis z facies leonis a dextris z facies bouis a sinistris: z facies aquile desuper ipsorum quatuor. Hi sunt quatuor euangeliste. Unde pinguntur cum libris in pedibus: quia que verbis et scriptura docuerunt mente z opere cōpleuerunt. Matthēus figuram sortitur humanā. Marcus figuram tenet leonis. Hi ponuntur a dextris: q christi natiuitatē z resurrectio fuerint omnibus letitia generalis: vnde in psal. xxix. Et ad matutinū. le. Lucas vero vitul⁹ est eo q a zacharia sacerdote inchoauit: z christi passionem z hostiam spiritualib⁹ pertractauit. Vitulus ēn est animal sacerdotum sacrificijs aptum. Comparatur etiam vitulo propter duo cornua: quasi duo continens testamenta: z propter quatuor pedum vngulas: quasi quatuor euangelistarū sententias. Per hūc quoq; figuratur christus qui fuit pro nobis vitulus immolatus: ideoq; ponitur a sinistris: quia mors christi fuit apostolis tristis. De hoc z qualiter beatus Marcus depingi debet in septima parte sub titu. de euāgelistis. dicetur. Joannes autē figurā habet aquile: qm̄ excelsa peruolāt aīa. In principio erat verbū. Hoc quoq; significat xp̄m: cuius iuuētus vt aquila renouatur: q resurgens a mortuis floret: z in celū ingreditur. Hic tamen nō iuxta sed supereſſe depingit: qm̄ ascensionē designat: z verbū apud deū pronūciat. Sed cū quilibet ipsorū alatum haberet quatuor facies z quatuor alas qualiter possent depingi dicet in septima parte sub tit. de euangelistis: vbi etiā latiꝰ de hoc agetur. Quādoq; etiā circūpingūtur vel potius subpingūtur. apli: qui fuerūt testes eius verbo z opere vsq; ad vltimū terre: z pingūtur crinibus quasi nazarei. i. sancti: lex ēn fuit nazareorū vt a tēpore sue separationis a cōmuni vita hominū nouacula nō tangeret super caput eorū. Pinguntur etiā quādoq; sub forma duodecim ouium: q tanq; videtes occisi sunt propter dñm: sed z duodecim tribus israel: qnq; sub forma. xij. ouiū pinguntur: qnq; tamē plures vel pauciores oues circa sedē maiestatis pinguñt: sed tunc aliud figurant: iuxta illud Matt. xxv. c. in fine. Cum venerit filiꝰ hois in maiestate sua: tūc sedebit super sedē maiestatis sue statuēs oues a dextris z hedos a sinistris. Qualiter Bartholomeus z Andreas apostoli depingi debēt in septima parte sub eorū festis dicet. ¶ Et aduerte quia patriarche et prophete pinguntur cum rotulis in manibus: quidā z duo apostoli cum libris: z quidā cum rotulis. Hē pe quia ante christi aduentū fides figuratiue ondebatur z quo ad multa in se implicata erat: ad quod ostendendū patriarche z prophete pinguntur cū rotulis: per quos quasi quedā imperfecta cognitio designat. Quia vero apli a xp̄o perfecte edocti sunt: ideo libris per quos designat cōgrue perfecta cognitio vt possunt. sed q quidā illorū qd didicerunt ad doctrinā aliorū in scriptis redegerunt: ideo illi cōgrue tanq; doctores cum libris in manibus depinguntur: sicut paulus: euangeliste: petrus: iacobus z iudas. Alij vero qui nihil stabile seu ab ecclesia approbatū scripserunt non cum libris: sed cū rotulis in signū sue predicationis pingūtur: vñ apls ad Ephe. z extra de here. cum ex inuncto. Dñs quosdā dedit apl̄os: quosdā prophetas: alios euangelistas: alios pastores z doctores in opus ministerij. Sed z diuina maiestas depingitur quandoq; cum libro clauso in manibus: quia nemo inuentus est dignus aperire librum nisi leo de tribu iuda: z quandoq; cum libro aperto: vt i illo ꝺsq; legat q ipse est lux mūdi z via veritas ac vita z liber vite: quare aūt pau-

Apli q̄re subpingantur.

Angeli in etate iuuenili pinguntur.

Quatuor euāgeliste quo pingantur.

lus ad dexterā ⁊ petr⁹ ad sinistrā salvatoris depingunt̄ dicēt in. vij. parte sub titu. de evangelistis Joānes vero baptista qñq; depingit̄: vt heremita. Martyres cū aculeis: vt laurēt̄ius in crati cuj⁹ stephanus cū lapidibus: ⁊ qñq; cū palmis q̄ victoriā signāt: iuxta illud. Justus vt palma florebit: vt sicut palma vir̄: sic eorū memoria feruet hinc est q̄ qui de hierosolymis veniunt palmas in manibus ferūt in signū q̄ illi regi militauerunt qui hierosolymis cū palmis honorifice receptus est: ⁊ postmodū ibidē cū diabolo pugnans victor extitit: ⁊ celi palatium cum angelis triūphans introuit: vbi iusti vt palma florebunt: ⁊ sicut stelle fulgebūt. Cōfessores pinguntur cū suis insignijs vt episcopi mitrati: abbates capuciati: ⁊ qñq; cū liljs que castitatē designāt: doctores cum libris in manibus: virgines ꝑm euāgelistā cū lāpadibus paulus cū libro ⁊ ense: cum libro quia doctor siue propter conuersionem suam cū ense: q⁹ miles: vnde versus. Mucro furor pauli: liber est conuersio sauli. Generaliter autē sanctorū patrū imagines qñq; in parietibus ecclesie: quandoq; in posteriori altaris tabula: qñq; in vestib⁹ sacris ⁊ alijs variis locis pinguntur: vt illorū act⁹ ⁊ sanctitatē ingrediter nō indiscreta vel inutilia meditemur: vnde in Exo. diuina voce precipit̄ vt in aarō pectore rationale iudicij virtis ligātibus imprimatur: quatenꝰ sacerdotale cor ne quaq; fluxe cogitationes possideant: sed ratio sola constringat: in quo etiā rationali vigilant ꝑm Greg. xij. patria: charā nomina describi iubent. Nempe ascriptos patres semper in pectore ferre est antiquorū vitā sine intermissione cogitare. Tunc autē sacerdos irreprehēsibiliter graditur cū exēpla patrū precedentiū indesinenter intuetur cū sanctorū vestigia sine cessatione cōsiderat: ⁊ illicitas cogitationes deprimit: ne extra rationis limitē operis pedem teneat. Considerādum quoq; est q̄ Jesus semper coronatus depingitur quasi dicat. Egredimini filj hierusalē ⁊ videte regē salomonē in diademate quo coronauit eū mater sua. Fuit enī christus coronatus triplicit̄. Primo a matre corona misericordie in die cōceptionis: que corona duplex est propter naturalia ⁊ gratuita: ideoq; ⁊ diadema vocatur: quod est duplex corona. Scdo a nouerca corona miserie in die passionis. Tertio a patre corona glorie in die resurrectionis vnde gloria ⁊ ho. co. eū do. Demum coronabitur a familia corona potētie in die vltime revelationis: veniet enī cū senatorib⁹ terre iudicās orbē terre in equitate. Sic ⁊ oēs sancti pinguntur coronati. q.d. Filie hierusalē: venite ⁊ videte martyres cū coronis aureis quibus coronauit eos dñs. ⁊ in libro Sap. Justi accipiēt regnū decoris ⁊ diadema speciei de manu dñi. Corona aūt hmōi depingit̄ in forma scuti rotūdi: q⁹ sancti dei protectione diuina fruuntur. vnde cantant gratulabundi. Domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos verumtamen christi corona per crucis figurā a sanctorū coronis distinguitur: per crucis vexillum sibi carnis glorificationē ⁊ nobis meruit a captiuitate liberationem ⁊ vite fruitionem. Cum vero aliquis prelatus aut sanctus viuens pingitur non in forma scuti rotundi: sed quadrati corona ipsa depingitur: vt quatuor cardinalibus virtutibus vigere demonstret̄: que in legenda beati Grego. habetur. Rursus quandoq; in ecclesijs paradisus depingitur: vt aspictētes ad delectationē premiorū alliciat̄: et qñq; infern⁹: vt eos formidine penarū a vitijs deterreat: qñq; flores et arbores cū fructibus ad representādum fructus bonorū operū ex virtutū radicibus prodeūtium. Picturarū aūt varietas virtutū varietatē designat. Alij eī datur per spīm sermo sapientie: alij scientie ⁊c. virtutes vero in mulieris specie depingūtur. quia mulcent et nutriūt. Rursus per celaturas quez laquearia nominant̄ que sunt ad decorem domus simpliciores xp̄i famuli intelliguntur. qui eccl̄iā non doctrina: sed solis virtutibus ornāt. Ceterū sculpture prominentes de parietibus egredientes esse videntur: q⁹ cum virtutes fidelibus in tantam consuetudinem deueniūt: vt eis naturaliter insite videantur multiphariis earum operationibus exercentur. Synagoga vero qualiter depingit̄ dicetur in quarta parte sub tit. de reuerentia. Qualiter pallium romanoꝝ pontificū pingatur in tertia parte sub tit. de pallio dicēt. Annus vero ⁊. xij. signa ⁊ menses qualiter depinguantur dicetur in principio. vij. partis vbi ⁊ de mēse agit̄. Sed ⁊ diuerse hystoriā noui ⁊ veteris testamēti pro voluntate pictorū depingunt̄: nā pictoribus atq; poetis quelibet audēdi semper fuit equa potestas. Porro ornamēta ecclesie in trib⁹ cōsistunt. s. in ornatu eccl̄ie: chori ⁊ altaris. Ornatus eccl̄ie cōsistit i cortinis et aulets: ⁊ paleis sericis ⁊ purpureis ⁊ similib⁹. Ornatus chori in dorsalibus: tapetis substratoriis ⁊ bācalib⁹. Dorsalia sunt pānī in choro pēdētes a dorso clericoꝝ: substratoria que pedib⁹ substernunt. Tapeta etiā sunt pānī qui pedib⁹ sternunt quasi stratio pedū: ⁊ p̄cipue pedib⁹ epoꝝ: qui mūdana pedibus calcare debēt: bācalia sunt pānī q̄ super sedes vel bāchas in choro ponunt. Altaris vo ornat⁹ cōsistit in capsis: in paleis: in phylacterijs: in cādelabris: in crucib⁹: in aurifrizio: in vexillis: in codicib⁹: in velaminib⁹ ⁊ in cortinis. Et nota q̄ capsa in qua hostie cōsecrate seruāt̄ significat corpus virginis gloriose: de qua dr in psal. Surge dñe in requiem ⁊c. que quandoq; est de ligno: qñq; de ebore candido: qñq; de argēto: qñq; de auro: ⁊ quādoq; de cristallo: ⁊ ꝑm varias suas ꝓprietates varias ipsius corporis xp̄i expriit dignitates. Rursus capsa ipsa continens hostias siue cōsecratas siue nō cōsecratas memoriā designat humanā: dz nāq; hō tugiter recordari acceptorū bñficiorū dei tā tpaliū que p hostias nō cōsecratas: q̄ spūaliū q̄ p cōsecratas designātur: qđ figuratū est in vina in qua de⁹ iussit mānā reponi: qđ lz tpale esset. p̄figurabat tñ istud nr̄m sacrificiū spūale p̄cipiēs vt esset i memoriale sempiternū i futuras gñatiōes: sicut legit̄ i exo. capse aūt posite sup altare qđ est xp̄s sūt apli ⁊ martyres palle ⁊ vestes sunt pfessores ⁊ ꝗgines vel oēs sancti

Qui de hierosolymis veniūt palmas in manib⁹ ferunt.

Jesus semper coronatus depingit̄.

Christ⁹ triplicit̄ fuit coronatus.

Picturarū varietas virtutū varietatem designat.

Ecclesie ornamenta in tribus consistunt.

sancti: de quibus ait dñs ad prophetã. Vis sicut vestimẽto vestieris ⁊ de hoc dictũ est in ti. precedẽti. Aliud aũt est phylacterium: aliud phylacteria. Phylacteriũ est cartula in qua decẽ precepta legis describunt: hmõi cartulã solebãt pharisei ante se in signũ religionis portare vnde in euãgelio. Dilatãt phylacteria sua ꝛc. ⁊ sic sumitur. xxvj. q. v. non opz. ⁊ dr phylacteriũ a phylare qđ est custodire et thorax qđ est lex. Phylacteria vero est vasculũ de argẽto: vel auro: vel christallo: vel ebore et hmõi: in quo sanctorũ cineres vel reliquie recõduntur. Cũ em Eusebius fideles cinericios vocaret p eo q cineres ipsos seruabãt: cõtra eĩ decisionẽ statutũ fuit in ecclesia vt honorifice et ĩ preciosis vasculis seruarent: qđ nomẽ est cõprehensum a phylare qđ est seruare: ⁊ terõ qđ est extremitas: qr ibi aliquid de extremitate corpore sctõr puta dens vel digitus vel aliquid tale seruatur. Super altare etiã in quibusdã ecclesijs collocat tabernaculũ de quo sub tit. de altari dictũ est. In coronib9 altaris duo sunt cãdelabra cõstituta: ad significandũ gaudiũ duorum populorũ de xpi natiuitate letãtiũ: que cãdelabra mediãte cruce faculas ferũt accẽsas: angelus em inquit pastorib9. Annũcio vobis gaudiũ magnũ qđ erit oi populo: qr natus est vo. ho. sal. mũdi. Hic est verus ysaac qui risus interpretat. Lumẽ em cãdelabri fides est ppli: nam ad iudaicũ populũ inquit ꝓpheta. Surge illuminare hierusalẽ: qr venit lumẽ tuũ: ⁊. g. d. s. te or. est. Ad populũ vero gentilẽ dicit apls. Eratis aliqñ tenebre: nũc aũt lux in dño. Nã ⁊ ĩ ortu christi noua stella magis apparuit ẽm vaticiniũ balaam. Orietur inqt stella ex iacob: ⁊ consurget virga ex israel. De hoc etiã dictũ est ĩ ti. de altari. Emũctoria siue forcipes ad emungendũ lichinia sunt9 verba diuina: quib9 literas legis amputam9: ⁊ lucentem spm reuelamus: iuxta illud. Vetustissima veterũ comedetis: ⁊ nouis superuenientibus vetera abiicietis. Vasa in quibus emuncta lichinia extinguuntur sunt corda fidelũ q̃ obseruantiã legalẽ ad literã admittunt. Rursus forcipes quorũ gemino dente componit ignis: sunt predicatores: q̃ nos consonis vtriusq testamẽti paginis instruũt et moribus componentes ad charitatẽ accẽdũt. Scutra vero. i. vasa equalis amplitudinis in fundo ⁊ in ore ad calefaciendũ facta: sunt illi doctores qui thesaurũ cordis non celãt: sed ex eo proferunt noua ⁊ vetera. Lucernã quoq nõ ponũt sub modio: sed super candelabrũ: vt hi q̃ sunt ĩ domo dñi lumẽ ⁊ calorẽ accipiãt. s. Crux quoq sup altare ponẽda est: ⁊ eam inde tollit batulus crucis: in quo recolitur: qr crucẽ de christi humeris sublatã tulit symon cyreneus. Inter duo cãdelabra crux in altari media collocat: qm inter duos populos christus in ecclesia mediator existit. Ipse enim est lapis angularis qui fecit vtraq vnũ: ad quẽ pastores a iudea: ⁊ magi ab oriẽte venerũt. De hoc aliter dicetur in prohemio. iij. partis sub titu. de ac. sac. ad alta. Rursus altaris frõs artificio ornatur. iuxta illũd Exo. xxv. ⁊ xxviij. c. Cõstrues mihi altare: facies q illi coronam per gyrum seu circuitum altam quatuor digitis. Hẽpe altare qñq significat cor hominis in quo sacrificiũ vere fidei p cõstritionẽ offerri dz. ⁊ tunc aurificium conceptũ bone operationis significat: quo frontẽ nostrã or nare debemus: vt ceteris luceamus. Quandoq altare significat christũ: et tunc per aurificiũ congrue ornamentũ charitatis designatur. Sicut em aurũ preeminet oĩbus metallis: sic ⁊ charitas ceteris virtutibus. xcvj. di. duo. vñ apls ad Cor. j. Maior horũ est charitas. Frontẽ em nostram sic aurificio charitatis debemus ornare: vt parati simus pro christo aĩas ponere. Vexilla etiam super altare eriguntur: vt triũphus christi iugiter in ecclesia memoretur: per quẽ et nos de inimico triũphare speramus. Codex etiã euangelicus super illud adaptatur: eo q euangeliũ ab ipso. s. christo sit editum: ⁊ ipsi perhibeat testimoniũ: qui quare exterius ornetur dicetur in. vj. parte sub tit. de lega. indu. Deniq vasa et vtensilia in domo dñi a moyse ⁊ salo. originẽ habuerũt: que in veteri testamento plura et diuersa fuerunt: prout in Exo. legitur diuersa habentia significata: de quibus hic breuitatis causa non agimus. Sane oĩa que ad ornatum pertinent tẽpore quadragesime remoueri vel contegi debent qđ fit ẽm aliquos in domini ca de passione: qr extunc diuinitas fuit absconsa ⁊ velata in christo: dimisit em se capi et flagellari: vt homo tanq non habẽs in se virtutẽ diuinitatis: vnde in euãgelio huius diei dr. Jesus aũt abscõdit se ⁊ exiuit de tẽplo: tunc ergo cooperiunt cruces. i. virtus sue diuinitatis. Alij hoc faciũt a pria dñica q̃dragesime: qr extũc ecclia incipit de eius passione agere: vnde eo tpe crux per ecclesiã non nisi cooperta portari debet: ⁊ ẽm morẽ quorũdaz locorũ duo tantũ velamina seu cortine tũc retinẽtur: quorũ vnũ ponit per circuitũ chori: aliud suspẽditur inter altare et chorũ: ne appareãt que sunt intra sancta sanctor: q̃ sanctuarium ⁊ crux tunc velantur significat literã legis. i. eius carnalẽ obseruantiã: siue q in veteri testamento ante christi passionẽ intelligentia sacrarũ scripturarũ velata operta et obscura erat. Et qui tẽpore illo fuerunt velamen. i. obscurã scientiam ante oculos habuerunt: significat etiã rumpheã illã que fuit ante ianuã paradisi. et qñ hmõi carnalis obseruantia ⁊ obscuritas ⁊ rũphea in xpi passione sublata sunt: ideo cortine vel velamina hmõi in parasceue remouẽtur. Sed ⁊ qr in veteri testõ fuerunt animalia ruminãtia ⁊ vngulas scindentia vt boues arãtes. i. scripturarũ mysteria discernẽtes ⁊ spualiter intelligentes: ideo in quadragesima post velũ ingrediũtur sacerdotes pauci: quib9 datũ est nosse mysterũ regni dei. Circa hoc aũt notandũ est q triplex genus veli suspendit in ecclesia: vez qđ sacra operit: qđ sacrarũ a clero diuidit: ⁊ qđ clerũ a populo secernit. Primũ est nota nostre legis. Secundũ nota nostre dignitatis: qr indigni sumus tante ipotentes celestia intueri. Tertiũ est coherctio nostre voluptatis carnalis. Primum vez cortine que ab vtroq altaris latere extenduntur sacerdote secretum intrante prout in quarta parte sub

Quid phylacteriũ: ⁊ qđ phylacteria?

Altare nõ nũq̃ cor hominis: nõ nũq̃ christus significat.

Oĩa q̃ ad ornatũ pertinẽt tpe quadragesime remoueri debẽt et q̃re?

Crux super altare ponẽda est.

Triplex genus veli i ecclesia suspẽditur.

ut de secreta dicetur: significatū est in hoc q̄ sicut legitur Exo. xxxiij. Moyses posuit velamē sup faciem suā: qz filij israel claritatē vultus eius sustinere nō poterāt: z sicut dicit apostolus. hoc velamē adhuc hodie est sup corda iudeoꝝ. Scōz vez cortina q̄ in quadragesima in officio missę añ altare extenditur: significatū est in hoc q̄ velū ifra tabernaculū erat suspēsum: qō diuidebat sancta sanctoꝝ a sanctis: vt dicetur in prohemio quarte partis: per qō archa populo velabatur: z erat miro opere cōtextum: et pulchra varietate distinctū: qō in passione domini scissum est: z illius exemplo hodie cortine varia pulchritudine texuntur. De premisso velo et quales debēt esse cortine habetur Exo. xxvj. z. xxxvj. ca. Tertium inde tūc habuit originem: quia in primitiua ecclesia perbonus: id est parues qui circuibant chorum non eleuabatur nisi vsq̄ ad appodiationem: quod adhuc in quibusdaz ecclesijs obseruatur: qō ideo fiebat vt populus videns clerū psallentem inde bonū sumeret exemplū. Verūtamen hoc tēpore quasi cōmuniter suspenditur: siue interponitur velum aut murus inter clerū et populū. ne mutuo se cōspicere possint: quasi ipso facto dicat. Aduerte oculos tuos ne videāt vanitatē ꝛc. In parasceue vero oē tollitur velū: qz in passione dñi velū tēpli scissum est: et p eā reuelata ē nobis legis spūalis intelligētia: que antea latebat: vt premissum est: z aperta est regni celestis ianua: z est data nobis fortitudo vt vinci nisi velimus a carnali concupiscentia nequeamus. Verūtamē velū qō diuidit sanctuariū a clero retrahitur vel eleuatur in vespera cuiuslibet sabbati quadragesime qñ officiū diei dñice inchoatur: vt clerus possit in sanctuariū intuere: qz dñicā recolit resurrectionē. Hoc etiā ideo fit i sex diebus dñicis: qz nulla fuit etas in qua non fuerit gaudiū eternū. Gaudiū quidē figuratuz qō celo velatur: qō per velū illud significatur: inde est q̄ diebus dñicis nō ieiunam⁹: z hoc ꝓpter gloriam dñice resurrectionis. Nam prima dñica significat gaudiū qō habuerūt primi parentes in paradiso ante peccatū. Scōa dñica figurat gaudiū qō pauci habuerunt in archa noe aliis undiq̄ diluuio submersis. Tertia quod habuerūt filij israel alijs sub Joseph fame afflictis. Quarta quod habuerunt sub salo. in pace viuentes. Quinta quod habuerūt redeūtes de captiuitate babylonis. Sexta qō discipuli habuerunt a resurrectione vsq̄ ad ascensionē: quādo cū eis presentialiter fuit sponsus: in festiuitatibus etiā nouē lectionuz quadragesime velū ipsum eleuatur vel retrahitur. Sed hoc non habetur de primaria institutione ecclesie: qz tunc nullum festū celebrabatur in quadragesima solēniter. Sed si aliquod festum occurrebat quacūq̄ die occurreret in sabbato z in dñica de eo cōmemoratio fiebat: prout i canone Martini pape habetur. xxiij. q. iiij. non oportet. el. j. z. c. non licet. et in burcardo. lib. xvij. et hoc totum ꝓpter tepores illius tristitiam. Postea vsus in contrarium obtinuit vt videlicet festum. ix. lectionū in suo die solēniter celebretur et nihilomin⁹ ieiunet. ¶ Rursus cortine in festiuitatib⁹ extendūtur in ecclesijs ꝓpter ornatū: vt per visibiles ornatus ad inuisibiles moueat: que sunt qñq̄ variis coloribus colorate: vt premissum est: vt ex diuersitate colorum ipsorum notetur q̄ homo qui est dei templū ornatus esse debet varietate seu diuersitate virtutuz. Cortina alba significat vite munditiā: rubea charitatē: viridis cōtemplationē: nigra carnis mortificationē: liuida tribulationē. Adhuc super cortinas candidas suspendūtur qñq̄ pāni varij coloris ad notandū q̄ cor nostrū purgatū esse dz a vitijs et in eo debent esse cortine virtutū z varietates bonorum operum. ¶ Porro in festo natiuitatis dñi quedā ecclesie nullos suspendūt pannos: quedā viles: z quedā bonos: que nullos suspendunt nostrū figurāt ruborē: si enim maximū sit nobis gaudiū de nato saluatore: non tñ esse debem⁹ sine rubore ꝓ eo qō tantū fuit nostrū peccatuz q̄ dei filius seipsum ꝓpter nos exinanitum formam serui accipiēs z ꝓpterea etiā in ipsi⁹ obitu nō cū letitia solēnizam⁹: sed acerrimū ieiuniū facimus: cū tñ in alioꝝ sctoꝝ obitu leti solēnizemus: z aliquātulū lautius in cibo et potu nobis indulgeamus: prout in. vi. parte sub parasceue dicetur. Rubor quippe nobis est q̄ dñs mortuus est: propter pctā nostra. Scti vero non propter pctā nostra: sz ꝓpter xp̄m passi sunt qui viles suspēdunt figurāt q̄ dñs seruilem induit formā: z vilib⁹ pānis eo die inuolut⁹ fuit. Qui bonos gaudium de rege nato habitū attēdunt: z quales esse debeamus in recep̄tione tāti hospitis ostēdunt. ¶ In quibusdam ecclesijs altare i pascha pciosis ornat pallijs: supponunt velamina triū colorū: rubeū: subalbū: z nigrū: q̄ tria tpa designant. Prima lectiōe z rnsorio finitis remouetur velamē nigrū: qō tps ante legē significat. Scōa lectione z rnsorio finitis remouetur subalbū: qō tps sub lege designat. Tertia finita remouet rubeū qō tps gr̄e significat: in quo p xp̄i passionē ad sctāsctoꝝ ad eternā gloriā nobis aditus patet. De pānis vero z vestimētis altaris in tractatu de altari dictū est. In pcipuis festiuitatib⁹ thesauri ecclesie in publicū educunt ꝓpter tria: primo ꝓpter cōsiderationē cautele: vt vez appareat q̄z caut⁹ fuerit in seruādo q̄ illū seruare tenetur: scōo ꝓpter solēnitatis venerationē: tertio ꝓpter oblationis memoriā: vez in memoriā illoꝝ qui prius ea ecclesie obtulerūt: q̄ aūt ecclesia int⁹ et nō extra festiue ornat mysterialiter inuit q̄ ois gl̄ia ei⁹ abint⁹ est. extra de sac. vnc. lz enim exteri⁹ despicalis sit: i ala tñ q̄ sedes dei est radiat. iuxta illud. Nigra sum sz formosa ꝛc. z dñs p ꝓphetā. Etenim hereditas. m. pr̄ecla. est mi. ꝓpheta etiaz cōsiderās hoc ait. Dñe dilexi decorē domus tue: quā spūaliter fides spes z charitas exornāt. Ecclesia q̄z materialis: et etiā spūalis mūdari dz. de quo iii. vij. parte sub tit. de pascha: z de. v. feria cene dicet. In nōnullis ecclesijs oua structionum z hymoi q̄ admirationē inducunt z q̄ raro videntur cōsueuerūt suspēdi: vt per hoc pp̄s ad ecclesiam trahat: z magis afficiat. Rursus aiunt quidam q̄ structio tāq̄ auis obliuiosa derelinquit in sabulo

Oē velū tollit parasceuez ꝛre.

Diebus dñicis nō ieiunamus ꝓpter gloriā dñice resurrectionis.

Cortine i festiuitatibus quare ecclesie extēdūt

Cortina alba significat

oua sua: demon quadã stella visa recordatur ⁊ redit ad illa aspectu suo fouens ea: oua ergo i eccle sijs suspendũtur ad notandũ q̃ si hõ ꝓpter peccatum a deo derelict⁹ sit: tandẽ diuino lumine illustratus recordatus derelictoꝝ suoꝝ penituerit: et ad ipsum redierit per aspectũ lumine illius foueꝫ per quẽ etiã modũ dr in Luc. q̃ respexit dñs Petrũ postq̃ negauit xp̃m. l. dr. fideliores. suspẽduntur etiã vt in illis vnusq̃sq̃ cõtempletur q̃ homo facile deum obliuiscitur: nisi per stellã. i. spũssĉti gratiam influẽtẽ illustrat⁹ ad eũ redire per bona opa recordeꝫ. ¶ Sane in primitiua ecclesia sacrificiuꝫ fiebat in vasis ligneis et vestibus cõibus: tũc eẽ erant lignei calices ⁊ aurei sacerdotes: nunc vero ecõtra est. Sed Seuerinus papa instituit q̃ in vitreis fieret: qz vero illa fragilia erant: ideo vrban⁹ papa. et etiã cõciliũ remeñ. de cõs. di. j. vt calix. et de cele. mis. c. ñ. statuit q̃ in argenteis vel aureis vasis sacrificeꝫ: vel propter paupertatẽ in stãneis qui nõ eruginantur: nõ tamẽ in ligneis vel ex auricalco. Nõ ergo dz esse de vitro ꝓpter periculum effusionis: nõ de ligno: qz cũ sit porosum et spongiosum corpus sanguinẽ absorberet: nõ de ere vel auricalco. qñ ob vim virtutẽ erugitũ vel vomitũ puocaret. ¶ Et no. q̃ calicis nomẽ a vete. et no. test. originẽ traxit. Hiere. xlj. Calix aureus babylon inebriãs omnẽ terrã. ⁊ Dauid. Calix i domo dñi vini meri plenus mixto. ⁊ alibi. Calicẽ salutaris accipiã. ⁊ nomẽ dñi inuocabo. Jtẽ in euangelio. potestis bibere calicem illũ. q. c. b. sum. Jtem accipiẽs calicẽ gr̃as egit. Calix aũt aureus significat thesauros sapientie in xp̃o absconditos: argenteus mũdiciã culpe: stãneus innuit similitudinẽ culpe et pene. Stannũ eñ est mediũ inter argẽtum ⁊ plumbũ: ⁊ caro xp̃i licet non fuerit plũbũ. i. peccatrix: fuit tñ carni similis peccatrici: ⁊ licet nõ fuerit argentũ. i. passibilis ꝓpter suam culpã: fuit tamen passibilis propter nostram culpam quia lãguores nostros ipse tulit: et do. n. ipse por. ¶ De calice et patena dicetur sub tit. de conse. ⁊ vnctionibus. Nempe si quis tenui religione tẽtus: dicat q̃ dñs ꝑcepit moysi vt cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus et cerimonias ex ere faceret: vt legit Exod. xxvij. et. xxviij. c. Quotq̃ hmõi preciosa vasa et ornamenta poterant venũdari et dari pauperibus similis est iude: et mulieri vnguẽtarie cõtrarius: hoc enim agimus nõ q̃ deo minus vilia ornamenta delectent q̃s aurea: sed quia cum homines qñ diligũt deo libẽter offerunt per diuinã latriã suam vincũt auaritiã. Preterea hec diuine pietatis officia moralia sunt ⁊ future glorie significatiua. Jñ etiã i veteri lege ex auro et iacintho purpura cocco distincto et bisso retorta et alijs preciosis superhumerale fieri precipitur: vt quãta sacerdos virtutum diuersitate claresĉere debeat demonstretur: et altare et propiciatorium ac candelabrum et alia vasa et ornamenta altaris ex auro fieri et argento. Exo. xxv. xxx. et. xxxvij. c. tabernaculum quoq̃ ex diuersis preciosis fieri preceptum est. prout dictum est sub tit. de ecclesia. Legalis enim pontifex alijs diuersis preciosis vtebatur ornamentis: prout dicetur in tertia parte subtitu. de legalibus indumentis. De hoc etiam subtitu. de ecclesie dedicatione: prope principium dicetur. Porro prohibitum est in concilio aurelian. ca. di. ad nuptiarum: ne diuina mysteria presentur ad nuptiarum ornatum: ne improborum tactu vel pompa secularis luxurie polluantur quonimirum ostenditur q̃ ex veste cuiuscunq̃ persone fieri nõ dz casula vel aliquis alius sacris mysterijs deputandus ornat⁹. ¶ Stephanus quoq̃ papa statuit ea. dist. vestimenta: ne vestimentis ecclesiei alijs vsibus quis fruatur: quodq̃ nisi a sacratis hominibus tangantur: ne vitio que baltasar regem babylonie percussit super hoc transgredientes veniat. ¶ Clemens etiam papa statuit. e. dist. nemo. ne mortui sepeliantur vel inuoluantur seu operiantur vel etiam feretrum cum palla. i. pãnis altaris: aut cum mappa qua calix inuoluitur: seu cum qua sacerdos manus post consecrationẽ tergit. Quando vero palle. i. corporalia ⁊ vela id est ornamenta altaris seu cortine super altare pẽdentes sordidate fuerint dyaconi cum ministris humilibus illa lauent intra sacrarium ⁊ nõ extra. Pro velis autem lauandis que ad cultum altaris pertinent noua peluis habeatur. Pallevero. i. corporalia in alta pelui lauentur. Vela quoq̃ ianuarum. i. cortine que extenduntur in ecclesijs i festis et quadragesima in alia pelui lauentur. Hinc est q̃ statutum est in concilio Elerden. de conse. dist. iij. omnis. q̃ ad corporale lauandum ⁊ ad pallas altaris propria habeantur vasa foris in quibus nihil aliud lauetur. Sed secundum eundẽ clemẽtem. ea. distinc. altaria. si altaris palla. i. vestimenta altaris vel cathedra in qua sedet sacerdos sacris vestibus indutus vel cãdelabrum vel velũ. i. pannus vel cortina super altare pendens fuerint vetustate consumpta crementur et cineres vel in baptisterio vel in pariete: aut in fossis pauimentorum vbi non fit trãsitus iactentur. Et no. q̃ ecclesiastica ornamenta benedicũtur vt dicetur sub ti. de consecrationibus ⁊ vnctionibus.

Sacrificiũ i primitiua ecclesia fiebat in vasis ligneis et vestib⁹ cõibus.

calix aureus qd signt ⁊ cõsequenter quid argẽte⁹: et quid stãne⁹.

¶ De campanis. Rubrica

Campane sunt vasa enea in nola ciuitate campanie primo inuenta: maiora itaq̃ vasa cõpane a campania regione: minora vero nole a nola ciuitate dicuntur. Pulsatur autem et benedicitur campana vt per illius tactum et sonitum fideles inuicem inuitentur ad premium: et crescat in eis deuotio fidei: fruges mentes et corpora credentium seruẽtur: procul pellantur hostiles exercitus: ⁊ oẽs insidie inimici: fragor ⁊ grãdinũ: procella turbinum: impetus tempestatũ ⁊ fulgurũ tẽperentur. Infestaq̃ tonitrua ⁊ ventorũ flamina suspendant: spiritus procellarum et aeree ptãtes prosternãtur: ⁊ vt hoc audientes cõfugiãt ad scte matris ecclesie gremiũ ante scte crucis vexillũ cui flectit omne genu ⁊c. sicut hic singula in bñdictionibus cãpane habent. Sciendũ aũt est q̃ cãpane quarum sonoritate conuenit populus ad ecclesiã ad audiendũ ⁊ clerus ad annunciandũ mane mi-

fericordiã dñi et virtutẽ eius per noctem. extra de homi. Joãnes. j. di. ius militare. significãt tubas argẽteas quib⁹ in veteri lege pp̃ls ad sacrificandũ accersiebãt: de quib⁹ dicet in. vj. parte sub pẽthe. qnãdmodũ enim vigiles in castris tubis: sic et ecclesiarũ ministri cãpanarũ sonitu se excitant vt cõtra insidiantẽ diabolum pernoctẽt: signãtur nostra enea sonoriora sunt tubis veteris legis quia tunc notus erat deus in tudea tantũ: nũc vero in oi terra. Sunt etiam durabiliora: significant enim predicationem noui testamenti fore ampli⁹ duraturã tubis ⁊ sacrificiis veteris legis qr vsq; ad mundi finem. Siquidem campane predicatores significant qui fideles ad similitudinem campane ad fidem vocare debent qđ significatum est in eo q̃ dominus precepit moysi vt faceret vestes summo pontifici habentẽ. lxxij. tintinabula q̃ sonarent cum pontifex in sancta sanctorum ingrederetur. xliij. di fit rector. Ipsum ergo vas os predicatoris designat iuxta illud apostoli. Factus sum velut es sonans siue cymbalum tinniens. Duritia metalli fortitudinem designat in mente predicatoris: vnde dñs. Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum. Plectrum seu ferrum quod interius ex vtraq; parte ferẽs sonum reddit doctoris linguam que scientia ornatur ⁊ que vtrũq; testamentum resonare facit figurat. Prelatus ergo absq; scientia predicationis erit quasi cãpana sine plectro: iuxta illud Greg. Sacerdos si predicationis est mutus q̃ clamoris vocem daturus est: piger mutus est etiam quasi canis mutus latrare nõ valens. Ipsa vero percussio denotat q̃ predicator primũ debet per correctionẽ in se vitia ferre ⁊ postmodum ad aliena exprobranda accedere ne contra doctrinam apostoli alios predicans ipse reprobus inueniatur. iij. q. vij. qđ testatur. vñ ps. predicatori autẽ dixit deus quare tu enarras iustitias meas ⁊ assumis testamentum meũ per os tuum sane namq; actionis exẽplo plerũq; accendit quos eruditiõe sermonis monere nequit. vij. q. j. §. q̃ vero. Vinculũ vero quo plectrũ vasi coniungitur seu ligatur est moderatio qua lingua tẽperatur que ad tractum cordis. i. auctoritate scripture linguã mouet predicatoris. Lignum in quo cãpana pendet lignũ dominice crucis significat: qđ ideo q̃libz a superioribus cõtinet: qr crux ab antiq̃s partib⁹ nũciat. Instrumẽta quib⁹ ipm lignũ allugatum seu affixuz est oracula sunt pphetarũ. Ligatura vero ferrea qua cãpana ligno coniungitur charitatem denotat: per quam predicator indissolubiliter cruci affixus gloriatur dicẽs. Mihi absit gloriari nisi in cruce. d. n. Cauilla ligno affixa qua mediãte cãpana pulsatur: rectã predicatoris mentẽ significat: qua diuinis mandatis inherens illa fidelium auribus per frequentem pulsationẽ inculcat. Funis autem ab illa pẽdẽs qua cãpana pulsat est humilitas seu vita predicatoris: funis etiã ipsorũ nostre mensurã ostẽdit. Adhec cũ funis initiũ habeat a ligno in quo cãpana pendet: per qđ crux dñica intelligitur: recte sacrã scripturã a ligno sancte crucis descendentẽ designat sicut etiam funis ex tribus est funiculis: ita et scriptura ex trinitate consistit. s. ex hystoria: ex allegoria et ex moralitate: funis ergo descendẽs a ligno in manu sacerdotis est scriptura a mysterio crucis descendens in ore predicatoris. Rursus ideo funis vsq; ad manus quibus continetur extenditur qr scriptura vsq; ad opera trãsire debet. Funis q̃z eleuatio et depressio in pulsando denotat q̃ sacra scriptura aliq̃n loquitur de altis: aliq̃n de inferioribus seu q̃ predicator aliq̃n propter aliquos alta dicit. viij. q. j. opz. xliij. dist. §. fi. quandoq; propter alios cõdescendit. iuxta illud apostoli. siue extendimus propter deũ: siue condescendimus propter vos. Ad hoc sacerdos deorsum funem trahit dum ad actiuã vitã a cõtẽplatione descendit: ipse vero sursum trahitur dũ scripturã ad literã q̃ occidit intelligit: sursuz trahitur dũ spiritualiter eã exponit. Rursus ẽm Grego. deorsum trahit ⁊ sursum trahit dũ in ea se metit: q̃tũ vez in imis iaceat ⁊ q̃tũ ad bona faciẽda ꝓficiat. Sed ⁊ qñ ex tractu funis cãpana resonat populus ad expõnẽ sacre scripture admittit: predicator auditur: ⁊ pp̃ls in vnitate fidei ⁊ charitatis vnit. Sacerdos itaq; q̃ se recognoscit ꝓdicationis debitorẽ nõ se subtrahat a mouendis signis: qm̃ ⁊ filij aaron clangebãt tubis. Funẽ ergo mouet qui fratres aut pp̃lm et officio cõuocat. Anulus in fune chorde p quẽ in plerisq; locis chorda trahit: est corona premij seu pseuerãtia in finẽ: vel est ipsa diuina scriptura. poiro fautinianus pa. statuit vt horre diei per ecclesias pulsent. Et not. q̃ ad diuina officia per. xij. diei horas cãpane cõiter. xij. pulsantur: vez in prima hora semel: ⁊ in vltima similiter semel: qr ab vno deo oia ⁊ idẽ vnus erit oia in oibus. In tertia pulsatur ter pro sẽda tertia quarta hous q̃ sub illis cantant. Silr ⁊. vj. ter p trib⁹ vez pro. v. vj. vij. horis. Similiter in. ix. ter p trib⁹. Ad vesperas vero q̃ est. ix. hora non solũ semel: sz multipliciter: qr in tpe gre multiplicata est predicatio apostolorũ. Itẽ in nocte ad matutinũ sepe: qr sepe exclamandũ est. Exurge qui dormis: ⁊ exurge a mortuis. Communiter tamen ter pulsatur in nocturnis. Primo cum squilla que significat Paulum acute predicantem. Secunda pulsatio significat Barnabam sibi associatum. Tertia innuit q̃ iudeis repellentibus verbum dei apostoli conuerterunt se ad gentes quas in fide trinitatis quatuor euangeliorum imbuerunt disciplinis. vnde ⁊ quidam quater pulsant. Et nota fer esse genera tintinabulorum quibus in ecclesia pulsatur scilicet squilla: cymbalum: nola: nolula seu dupla campana et signum squilla pulsatur in triclinio. i. dest in refectorio. Cymbalum in claustro. Nola in choro. Nolula seu dupla campana in horologio. Cãpana in campanili. Signum in turri. Quodlibet tamen horum potest generaliter tintinabulũ nũcupari. Harũ ergo designantur vocabulis: quia predicatores per illa designati ad multa necessarij sunt. Sane in tota septuagesima sub qua quadragesima continetur in dieb⁹ profestis nõ debet

Ligni in quo cãpana pẽ designificatio.

Defune ⁊ ipsius significatione

Ad diuina officia p. xij. diei horas cãpane cõmuniter pulsant.

Tres pulsationes in nocturnis quid designãt.

Tintinabulorum quibus ecclesia pulsatur fũt gña.

cõpulsari: nec depulsari: sed simpulsari id est simpliciter pulsari ad horas diei vel matutinas. In ecclesijs tamẽ bene ordinatis bis pulsatur ad primam: primo ad inuocandũ: secundo ad inchoandum: in tertia ter secundum numerum horarum que sub illo pulsantur: vt premissum est: vna ad inuocandum: alia ad congregandum tertia ad inchoandum. Similiter fit in. vj. et in. ix. et eodem campane ⁊ eodem ordine pulsantur ad matutinas simpliciter. Ad missam vero et ad vesperas duabus dumtaxat campanis pulsatur. In minoribus vero ecclesijs simpliciter tantum pulsandum est iuxta premissa: ⁊ hoc in ferijs. In dominicis vero et in solemnibus diebus prout in alijs temporibus compulsatur. Quia enim predicatores qui per campanas figurantur tempore gratie celebrius abundant ⁊ oportune ⁊ importune instant: idcirco in festis que ad gratiam pertinẽt campane tumultuosius tinniunt ⁊ prolixius concrepant: vt dormientes ⁊ ebriosos excitẽt ne dormiant vltra modum. Quid autem significet compulsatio quando cantatur. Te deum lau. in. v. parte sub titu. de nocturnis dicetur. Verum aliquo moriente campane debent pulsari: vt populus hoc audiens oret pro illo: pro muliere quidez bis pro eo q̃ ipsa inuenit alteritatem. Primo em fecit hominem alienum a deo: quare secũda dies non habuit benedictionẽ. Pro viro vero ter pulsatur: quia primo inuenta est in homine trinitas. Primo enim formatus est adam de terra: deinde mulier ex adã: postea homo creatus est ab vtroq; et ita est ibi trinitas. Si autem clericus sit tot vicibus simpulsatur: quot ordines habuit ipse. Ad vltimum vero compulsari debet cum omnibus campanis: vt ita sciat populus pro quo sit orandum. Debet etiam compulsari quando sumus ad ecclesiam ⁊ quando de ecclesia ad tumulum deportatur. Ceterum campane in processionibus pulsantur: vt demones timentes fugiant. prout in. iij. parte sub titu. de accessio. pon. ad alta. dicetur. Timẽt enim auditis tubis ecclesie militãtis scilicet campanis: sicut aliquis tyrannus timet audiens in terra sua tubas alicuius potentis regis inimici sui. Et hec etiam est causa quare ecclesia videns concitari tempestatem campanas pulsat scilicet vt demones tubas eterni regis id est campanas audientes territi fugiant: ⁊ a tẽpestatis concitatione quiescant: ⁊ vt ad campane pulsationem fideles admoneantur: ⁊ prouocẽtur pro instanti periculo orationi insistere. Silent autem campane triduo ante pascha: vt dicetur in ferta parte sub. v. feria cene. Rursus campane tẽpore interdicti silent: quia sepe ob delictum subditorum impeditur ligua predicatorum iuxta illud prophete. Linguam tuam adherere faciam palato tuo: quia domus: id est populus exasperans. id est inobediens est. extra de renuntia. nisi. §. propter. Habet etiam ecclesia organa de quibus in quarta parte sub tit. de sanctis dicetur.

¶ De cymiterio ⁊ alijs locis sacris ⁊ religiosis.

Nunc de cymiterio et alijs locis sacris ac religiosis dicamus. Sane venerabilium locorũ alia sunt humane necessitati deputata: alia orationi dedicata. Loca humane necessitati deputata sunt xenodochium: xenostorium: quod idem est: vasochomium: ieronthoconium: orphanotrophium et belphotrophium. Sancti etenim patres ⁊ religiosi principes huiusmodi instituerunt loca in quibus pauperes: peregrini: senes: orphani: infantes: emeriti: infirmi: imbecilles: ⁊ saucij reciperentur ⁊ fouerentur: ⁊ no. q̃ geronta grece dicitur senex latine. Locorum autem orationi dicatorum alia sunt sacra: alia sunt sancta: alia religiosa. Sacra sunt que per manus pontificum rite dedicata ⁊ deo sanctificata sunt que variis nominibus appellantur. prout sub ti. de ecclesia premissum est. Sancta sunt loca immunitatis siue priuilegia seruitoribus ⁊ ministris ecclesiarum deputata: de quibus videlicet sub interminatione certe pene vel a iure vel per speciale priuilegium interdicitur ne quis illa violare presumat sicut sunt atria ecclesiarum. xxvij. q. iiij. si quis in atrio ⁊ in quibusdam locis claustra infra que sunt domus canonicorum in quibus reis cuiuscũq; sceleris cõfugientibus si se ibi receperint securitas prestatur ⁊ secundum statuta regalia. instit. de re. di. §. sancte porte ⁊ theatra ciuitatum. Religiosa sunt vbi cadauer hominis integrum vel etiam caput tantum sepelitur: quia nemo potest duas sepulturas habere. Corpus vero vel aliquod aliud membrũ absq; capite sepultum non facit locum religiosum ff. de relig. ⁊ sump. fu. cum in diuersis. Sed ⁊ secundum legalia instituta cadauer iudei vel gentilis vel infantis nondum baptizati locum in quo sepultum est facit religiosum secundum religionez tamen christianam ⁊ canonicam doctrinam solũ christiani cadauer locum facit religiosum Et no. q̃ quicquid est sacrum est religiosum: ⁊ non econtra. Ceterum locus iste locus religiosus diuersimode appellatur: videlicet cymiterium polianterũ siue andropolis quod idem est. Item sepulchrũ mausoleum quod etiam idem est dormitoriũ: tumulus monumentum: ergastulum: sarcophagus piramus: bustum: vrna: ⁊ spelunca. Cymiterium dicitur a cymen quod est dulce: ⁊ sterion. quod est statio: ibi enim dulciter defunctorum ossa quiescunt: ⁊ saluatoris aduentum expectant. Vel quia ibi sunt cymices. i. vermes vltra modum ferentes Poliantrum dicitur quasi pollutum antrum propter cadauera hominum ibi sepultorum. Vel poliantrum interpretatur multitudo virorum: a polis quod est pluralitas: ⁊ antros quod est vir: ⁊ secundum hoc proprie dicitur cymiterium propter multitudinem hominum ibi sepultorum. Similiter ⁊ andropolis quod idem est. Sepulchrum dicitur quasi sine pulsu: quia qui ibi sepelitur pulsu caret: vel est locus vbi ossa conduntur. Mausoleum dictum est a quodam qui dictus est mausoleus qui fuit diues et potens: et ab artheme sia eius vxore valde dilectus: adeo q̃ eo defuncto ipsa

Mortẽte aliq̃ campane debẽt pulsari ⁊ q̃re.

Campane in processionibus pulsant.

Eccl'ia videns cõcitari tẽpestatem q̃re campanas pulsat.

Loca religiosa.

Cymiterium.

Polian trum.

Sepulchrum.

Mausoleum.

glosiosus cōstruxit et sepulchrū qđ vocauit mausoleum a nomine viri sui. Et inde igit̄ mos inolevit: vt quelibet preciosa sepultura mausoleū nuncupetur. xcvj. dist. bene quidē. prope prin. Dormitoriū dicitur a dormiēdo. q; ibi corpora sanctorū quiescūt q̄ in dño moriunt̄. Tumulus dicitur quasi tumens tellus: q̄n homine in terra sepulto terra aliquantulū elevatur: monumentū dicitur: q; movet mentē cuiuslibet inspicientis: vt recolligatur q̄ cinis est. et in cinerem revertetur. Ergastulū dicitur ab erga qđ est opus: vel ab erga qđ est labor. et sterion qđ est statio ibi em̄ requiescunt corpa eorū qui in dño moriunt̄: vnde beati mortui qui in dño moriunt̄: ammodo iā dicit illi fp̄us ꝛc. Sarcophagus dicitur a sarcos qđ est caro: et phagin quod est comedere: q; ibi caro comeditur i. cōsumitur. Piramis dicitur a pir quod est ignis q; corpora igne cremata et incinerata ibi recondebantur: vel q; sicut ignis a lato incipit et tēdit in acutum: sic et piramis: et est gen⁹ altissime sepulture: tale est rome in quo fuerunt cineres iulij cesaris collocati. Et corrupto vocabulo vulgariter vocatur acus sancti petri: q̄ n̄ iulia dici deberet. Similem piramidem fieri fecit cesar iuxta turonum properipā ligeris et reclusit ibi cineres cuiusdam militis amici sui interfecti.

Bustū. Bustū ꝙ a nomine cōtēti nomē traxit continentis locus vel in quo busta sive humana corpora sepeliebantur.

Urna. Urna dicta est eo q; antiquitus moris fuit humana corpora rogo cōburere et cineres in terreis vrnis collocatos servare. Spelunca q̄nq; dicitur duplex vt iam dicet. Cymiterū initium habuisse dicitur ab

Cymiterij initiū Abrahā q̄ emit agrū ab ebrō in quo erat duplex spelunca: vbi ipse sepult⁹ est et sarra et ysaac iacob et adam et eua propterea em̄ emit vt sibi et suis sepultura esset. Duplex spelūca ī ibi erat q̄n duo ibi sepeliebantur cōtigue scz vir et vxor vel in vna viri et in altera mulieres: vel vnicuiq; illic sepeliēdo duplex spelunca in modū cathedre fiebat. vnde dicit ysie. q; tres p̄rarche sepulti sunt in civitate ebron in spelunca duplici cum tribus vxoribus suis. Sepeliebantur autem quasi sedētes: et superior pars spelunce que truncū capiebat a natib⁹ supra dicebatur vna spelunca, pars vero inferior que capiebat pedes: crura: et femora dicebat̄ alia spelunca. Sane nō debent passim oēs intra ecclesiam sepeliri. videl em̄ q; locus sepulture non prosit. extra de sepul. sacris. Lucifer nāq; de celo fuit prostrat⁹ et adā de paradiso electus et q̄ loca his meliora sunt. Item Joab in tabernaculo interfectus est. et Job in sterquilinio triumphavit: immo obesse videtur si quis indignus peccator in ecclesia sepeliatur. xiij. q. ij. cū grauia. Legitur enim in dialogo beati grego. lib. iiij. c. lvj. q; cum quidam flagitiosus in ecclesia beati faustini brixiensis sepultus fuisset eadē nocte beatus faustinus apparuit custodi eiusdē ecclesie dicēs. Dic epō vt projiciat hinc carnes feretes quas hic posuit alioqn ipse die. xxx. moriatur. Cuius vero timuit precepto epō. et eps die. xxx. subito mortuus est. Legit etiā ibidē. c. lvij. de quodā alio qui sepultus fuit in ecclesia q; cadauer eius postea intentū fuit extra ecclesiam: et tunc hēamina remanserunt in loco suo. et Aug. inquit. xiij. q. ij. quibus. et. c. se. Quos peccata grauiora deprimunt si in locis sacris sepelire se faciunt restat vt de sua presumptione iudicentur: quia eos sacra loca non liberant: sz culpa temeritatis accusat. Nullum ergo corpus debet in ecclesia aut prope altare vbi corpus dñi et sanguis conficitur sepeliri: et nisi corpora sanctorū patrum qui dicuntur patroni. i. defensores q̄ mentis suis totam defendūt patriam. et epi copi abbates et digni presbyteri et layci summe sanctitatis. xiij. q. ij. precipiendum. et. c. nullus: sed cuncti debēt circa ecclesiam sepeliri: puta in atrio aut in porticu aut in exedris sive volvis ecclesie exterius adherentibus: aut in cymiterio: vt in. c. precipim⁹ et in eodem. c. nō estimem⁹. Dicunt em̄ quidā q; locus. xxx. pedum circa ecclesiam debet ad hoc consecrari: alius vero solum circuitionē quam facit epūs dedicans ecclesiam ad hoc sufficere dicunt. Aug. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda in fine q; sepelire apud martyrum memorias in hoc defuncto prodest: vt commēdans eū etiam in martyrū patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur. Antiquitus solebant homines in propriis domibus sepeliri: sed ꝓpter cadauerum fetorem statutum fuit: vt extra civitatem sepelirentur: et quēdam locū cōem sanctificatum ad hoc deputabāt. Nobiles ꝙo sepelichantur super mōtes et in medio montiū et in radicib⁹ eorū et in propriis. Ceterū si quis in obsidione interficiat: nec possit cymiterium haberi: sepeliat in loco vbi pōt. Si vero negociator vel peregrinus moriatur in equore et fuerit terra vicina sepeliatur ibi: q; si portus remotus sit in aliqua insula propinqua sepeliatur.

Hoies antiqt⁹ i ꝓpriis domib⁹ sepeliebantur.

Si autem terram non videant fiat ei domuncula de lignis si haberi possunt et projiciatur in mare. In cymiterio aūt xp̄ianorum non nisi xp̄ianus baptizatus sepeliri debet. de hoc in. c. ex parte de sepul. nec tamē omnis q̄n nullus ex maleficio interfectus si maleficiū sit mortale petn̄ vt si sit interfectus in adulterio vel latrocinio: vel in ludis gētilium: extra de tornea. c. et nullus. et laici summe sanctitatis. xiij. q. ij. Et ideo vbi quis inuenit mortuus ibi sepeliat ꝓpter dubium cause mortis eius. Si vero quis subito moriatur in ludis ꝓsuetis: vt in ludo ptle: sepeliri potest in cymiterio: q; nemini nocere intēdebat. Sz quia mundialit⁹ occupabatur: aiunt quidā q; sepeliri debet sine psalmis et sine ceteris mortuoꝝ exequijs. Sed et si qs impetēs alīū in rixa vel tumultu. impenitēs moriatur nec sacerdotē petit: non debet sepeliri i cymiterio: vt quidā dicūt: sicut nec is qui manu ꝓpria mortē sibi ꝓsciuit. xxiij. q. v. si non licet. et. c. cū homo. de pe. di. iij. iudas. secus si vim ad tutelam sui vel suorum repellebat et alias in penitētia remanebat. Si vero non propter aliquā manifestā causaz sz solo dei iudicio qs subito moriat pōt i cymiterio sepeliri. Fuit⁹ em̄ i quacūq; hora moriat: saluat̄ presertiz si dabat operā alicui rei licite. Defensori iustitie et pugnāti in plio iusto occisis cymi

cerium et officium libere conceduntur. interfecti tamē in eccleſia non portentur: ne pauimentum ſanguine polluatur. Sed ſi aliquis rediēs de lupanari vel de aliquo loco vbi fornicatus ſit i via occidatur: vel aliquo caſu confitens moriatur: nō ſepeliatur in communi cymiterio z hoc ſi legitime probari poteſt eum fornicatum fuiſſe: nec conſtat eum poſtea confeſſum vel contritum fuiſſe. de pe. diſt. v. c. j. alioquin ſepeliri debet. Kurſus mulier moriens in partu nō debet in eccleſia poni. vt qui dā dicunt: ne pauimentum eccleſie ſanguine polluatur: ſed extra eccleſiam ſet dicatur obſequium: et in cymiterio ſepeliatur: qō nō placet. alioquin pena ſibi verteretur in culpa. v. di. baptizari. Uñ licite in eccleſiam fertur ita tamē q eccleſia a maculis corporis ne polluatur diligenter caueatur. partus tñ de ventre ipſius extractus mortuus et non baptizatus extra cymiterium ſepeliat. Sunt tñ quidā qui dicūt q partus debet vna cū mulie re in cymiterium ſepeliri: eo q pars viſcerum eſſe cenſetur. de conſe. di. iij. ſi quicqd. ſane vir z vxor in eodem ſepulchro ponendi ſunt. xiij. q. ij. vnaqueq. extra de ſepul. de vxore exemplo abrahe et ſare, vbi ſpecialem non elegerint ſepulturam: vñz Thobias precepit filio vt cum mater ipſius compleuiſſet dies ſuos locaret eam in eodem ſepulchro cū eo. xiij. q. ij. ebron. Item quilibet in ſepulchro parentū tumulādus eſt niſi ex deuotione alibi elegerit ſepeliri ea. q. ſoror. xiij. q. ij. c. ſi. Ceterū in concilio magū. de conſe. di. vi. c. ſi. ſtatutū eſt q ſuſpenſi qui pro ſuis peccatis penā extremā perſoluunt: ex quo confeſſi ſunt vel confiteri deſiderauerunt: z cōmunicauerunt in cymiteriis ſepeliri poſſunt: z oblationes: z miſſe fieri p eis diſt. vlti. c. ſi. Qualiter humanum corpus ſepeliendū ſit dicetur in. vij. parte ſub ti. de offi. mortuorum.

Mulier in partu moriēs an debeat in eccleſia poni.

¶ De eccleſie dedicatione. Rubrica.

Dicta de eccleſia z altari: in ſuperioribꝰ mētio facta eſt conſequens eſt vt aliqua de illorū dedicatione ſubiſciamꝰ dicētes. Primo vnde cōſecratio eccleſie ortum habuit. Scō p quos. Tertio quare. Quarto qualiter eccleſia dedicet: z q̄d ſignificet tam ipſa dedicatio q̄ ſingula que in eo aguntur: de officio vero feſti dedicationis eccleſie in. vij. parte dicetur. Primo igit dicendū eſt vnde dedicatio eccleſie initium habuit. Super quo no. q moyſes dño precipiēte fecit tēplū: z ſacrauit illud cū mēſa z altari eius z ereis vaſis z vtenſilibus ad diuinū cultū explendū: z nō ſolū diuinis precibus ea ſacrauit: verūetiā ſancti olei vnctione dño iubente linuit. de cōſe. di. j. §. j. Legitur em̄ dñm precepiſſe ipſi moyſi vt chuſma ꝓficeret quo vngeret tabernaculū in dedicatiōe z archā teſta. Salo. quoq filius dauid iubente dño perfecit tēplum cū altari z reliqua ad diuinū cultū peragendū conſecrauit ſicut in lib. Reg. habet. iij. rñ. c. vj. Nabuchodonoſor etiā rex vocauit oēs ſatrapas optimates et tyrannos ad dedicationē ſtatue aree quā fecerat. Judei ergo ſicut legitur in bucardo in. liij. c. j. iudei loca in quib⁹ dño ſacrificabant diuinis habebant ſupplicationib conſecrata nec in aliis q̄ deo dedicatis locis munera dño offerebant. Si igitur illi qui vmbre legis deſeruiebant hoc faciebant: q̄to magis nos quib⁹ veritas patefacta eſt gratia et veritas p ieſum xp̄m data eſt templa domino edificare z prout melius poſſum⁹ ornare: atq; ea diuinis precibus et ſanctis vnctionibus cū altaribus z vaſis veſtibus quoq; z reliquis ad diuinū cultū implendū vtēſilibus deuote z ſolenniter ex inſtitutiōe Felicis pa. iij. ſacrare debemus. Kurſus cum in ſyria in ciuitate baruth iudei quādam imaginem crucifixi pedibus cōculcarent et latus eius perforarēt: mox inde ſanguis et aqua exiuit. Judei autem hoc viſo mirati ſunt et infirmi eo q hoc ſanguine delibuti ab omnibus infirmitatibus ſuis liberati ſunt: propter qō oēs xp̄i fide ſuſcepta baptizati ſunt z ſynagogas eo⁹ in eccleſias conſecrauerunt et inde mos inoleuit vt eccleſie conſecrentur cum prius tantuz altaria conſecrentur: propter hoc etiam miraculum ordinauit eccleſia fieri memoriam dñice paſſionis. v. kal. decēbris z eadem ratione conſecrata eſt eccleſia in honore ſaluatoris vbi quedam aupula cū illo ſanguine reſeruatur z ſolenne feſtū tunc agit.

Ecclie dedicatio vnde habuit initium.

¶ Secūdo notandum q ſolus pontifex pōt eccleſias z altaria dedicare. xxvj. q. v. miniſtrare de cō ſe. di. j. nemo. extra de cōſe. ec. q in dubijs. qm̄ gerit imaginē figurā ſummi pontificis xp̄i ſpiritualiter dedicantis ſine quo nihil poſſumus in eccleſia ſtabilire. vnde ipſe ait. Sine me nihil poteſtis facere. z pſal. Niſi dñs edifi. do. vñ concilium cartha. cxvj. q. vj. c. iij. prohibet hoc facere ſacerdotē nec poteſt hoc alicui inferiorꝰ ordinis demandari. extra. e. aqua. Sane eccleſia vt ſacri edocent canones de conſe. diſt. j. nemo. extra de conſe. eccle. vel alta. cum ſicut dedicanda non eſt niſi prius dotata ſit z ex licite acquiſitis. j. q. j. non eſt putanda. Legitur enim q dum quidaz epiſcopus eccleſiam de vſuris z rapinis conſtructam conſecraret vidit poſt altare diabolum ſtātem in cathedra in habitu pontificali qui dixit epiſcopo. Ceſſa eccleſiam conſecrare. Ad meā em̄ iuriſditionē ptinet cum ſit ex vſuris et rapinis facta. Epiſcopo vero et clero territis z inde fugientib⁹ diabolus continuo ipſam eccleſiam cum grandi ſtrepitu deſtruxit. Kurſus eccleſia que p queſtu cupiditatis conſtructa eſt. e. di. ſiquis baſilicā conſecranda nō eſt et cui dos ſufficiēs aſſignata nō eſt extra eo. ſicut et in qua paganus vel infidelis ſepultus eſt. c. di ſtin. eccleſia. j. et. ij. donec inde fuerit electus z eccleſia abraſis prius parietibus vel tignis reconciliata. Idem etiaz eſt de excōicato. extra de ſepul. ſacris. Si vero mulier pregnans illic ſepulta ſit ea non electa poterit conſecrari: licet partus baptizatus nō ſit. ff. de ven. inſpi. l. j. §. j. ff. de ſta ho. qui in vtero. de cōſe. di. iij. ſi ad matris. z. c. ſe. q̄q; q̄dā aliter ſcripſerunt ſapientes: poteſt etiam conſecrari dieb⁹ dñicis z priuatis extra. e. c. ij. z plures epi et pluraz altaria p̄ſt ſimul ab eodē in vna eccleſia cōſecrari extra ea. cū ſuis. ¶ Tertio dicendū eſt quare eccleſia dedicat z q̄dē ꝓpter. v. cauſas. Pri-

Eccleſias et altaria ſol⁹ pōtifex pōt dedicare.

mo vt diabolus ⁊ eius potestas inde penitus expellatur vnde refert Greg. in dialogo lib. iij. c. xxj. q̄ cum quedā ecclesia arrianoꝝ fidelibus reddita consecraret et reliquie sancti Sebastiani ⁊ beate Agate illuc delate fuissent ppls ibi congregatus porcū repente inter pedes huc illuc discurrere senserunt qui fores ecclesie repetens a nullo videri potuit: oēsq̄ in admirationē commouit. Ꝙ idcirco dns ostendit vt cūctis patefieret q̄ de loco codē immūdus habitator exiret. Sequēti aūt nocte magnus in eiusdē ecclesie tectis strepit⁹ factus est ac si in eis aliquis errādo discurreret. Secunda vero nocte grauior sonus increuit. Tertia quoq̄ nocte tant⁹ strepitus insonuit: ac si ois illa ecclesia fundamētis fuisset euersa: statimq̄ recessit nec vlterius apud illā antiq̄ hostis inq̄etudo apparuit. Scō vt ad eā cōfugiētes saluent. put legit in cañ. Greg. xxiij. q. v. reus. Et ob hoc ioab in tabernaculū fugit ⁊ altaris cornua apprehendit. Tertio vt ibi orationes exaudiantur. Unde in oratione ad missam dicitur. Concede vt omnes qui huc deprecaturi conueniunt ex quacūq̄ tribulatione cōsolationis tue bñficia consequant. Sic etiā orauit Salomō in tēpli dedicatione. prout legit. iij. Regū. viij. c. Quarto vt ibi deo laudes soluantur prout sub ti. de ecclesia dictum est. Quinto vt ibi sacramenta ecclesiastica ministrentur. Unde ipsa ecclesia ꝺr tabernaculum q̄si taberna dei in qua sacramenta diuina continētur et ministrantur. ¶ Quarto dicendū est qualiter ecclesia consecratur. Et quidē oībus de ecclesia electis solo diacono ibi remanēte recluso epūs cū clero ante fores ecclesie aquā non sine sale benedicit. interim intrinsecus ardēt. xij. luminaria ante. xij. cruces in ecclesie parietibus depicta. Postmodum vero clero et populo insequente ter circū eūdo ecclesiam exterius cū fasciculo ysopi parietes cum aqua iam benedicta aspergit et qualibet vice ad ianuam ecclesie veniens percutit superliminare cum baculo pastorali di. Tollite por. principes ve. ꝛc. Diaconus deintus respondet. Quis est iste rex gloie: Cui pontifex. Dominus fortis ꝛc. Tertia vero vice reserato ostio ingreditur pōtifex ecclesiam cum paucis ex ministris clero ⁊ populo fores manente di. Pax huic domui. ⁊ dicit letanias. deinde in pauimento ecclesie fiat crux de cinere ⁊ sabulo vbi literis grecis ⁊ latinis totum describitur alphabetum. Et iterum aliam aquā sanctificat cum sale ⁊ cinere ⁊ vino ⁊ altare cōsecrat. Deinde. xij. cruces in parietib⁹ depictas chrismate inūgit. Sane quecunq̄ hic visibiliter fiūt deus per inuisibilem virtutem in aīa operatur que veri dei templū est vbi fides facit fundamentum: spes elegit: charitas cōsummat. ipsa em̄ ecclesia catholica ex viuis multis lapidibus adunata dei tēplū est: quia multa templa vnum templum quorum vnus est verus deus ⁊ vna fides. Domus igitur dedicanda est anima sanctificanda. ¶ Et est notandum q̄ consecratio duo efficit nam ipsaz ecclesiam materialē deo appropriat: et nostram scilicet tā ecclesiā q̄ fidelis aīe desponsationem insinuat. Domus namq̄ nō cōsecrata est sicut puella viro alicui destinata: non tñ dotata. nec matrimoniali cōmercio in vnione carnis vnita. Sed in consecratione dotat ⁊ transit in propriaz ihesu xp̄i sponsam quā sacrilegiū est per adulteriū vlterius violari. Definit em̄ lupanar esse demoniū: vt patet in consecratione illius tēpli q̄ antea pāteon vocabat. Primo itaq̄ dicendū est de aque benedictione super quo dicit dominus. nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto non intrabit in regnum celorum. Aqua enim que lauandis corporib⁹ idonea est tantam diuinitus virtutem accipere meruit q̄ sicut corpora lauat a sordibus ita ⁊ animas mundat a peccatis. Manifestū quidez est q̄ hec aqua cuius aspersione ecclesia consecratur baptismum significat: quia quo dāmodo ipsa ecclesia baptizatur. Ipsa vero ecclesia illā vidz ecclesiā designat que in ea continetur. s. fideliū multitudinez. vnde etiā ecclesia vocatur eo q̄ ecclesia contineat continens videlicet pro contēto. Querendū est autez quare huic aque sal admisceatur cum saluator noster de baptismo loquēs nullā de sale fecerat mētionē. Non em̄ dixit. Nisi qs renat⁹ fuerit ex aqua salsa vel sale mixta vel aliquid hmōi: sed dixit. nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto ꝛc. Et idipsum de oleo ⁊ chrismate queri potest. Sz notandum q̄ sal in diuino eloquio sepe pro sapiētia ponitur. iuxta illud. Sermo vester sit sale condit⁹. Et dns inquit discipulis suis. Habete sal i vobis ⁊ pacem inter vos. Itemq̄ vos estis sal terre q̄ si sal infatuatū fuerit in quo cōdietur. iij. q. vij. Hatē i euangelio. hinc etiā est q̄ ꝑm legē nulla hostia sine sale offerebatur sed in oī sacrificio ponebat ex quibus omnibus conuincitur q̄ sal pro sapientia ponitur. Est enim sapientia condimentuz omniū virtutū sicut sal omnium ciborum. Hinc ergo est q̄ nullus baptizatur priusq̄ sale cibetur: etiam infantes vt qō actu habere non possunt: habeāt salem significatione sacramenti: nec sine sale benedicetur aqua. ¶ De alterius aque benedictione in sequēti tractatu dicetur. Trina autē interius ⁊ exterius cū ysopo et aqua benedicta aspersio trinā baptizā dei immersionē significat. Et fit ꝓpter tria. Primo ꝓpter demonū expulsionē. Hā aqua bñdicta propie de sui virtute habet demones expellere. Unde in exorcismo eius dicit vt fiat aqua exorcizata ad effugandā omnē ptātē inimici ⁊ ipsum inimicum eradicare ꝛc. Scō propter ipsius ecclesie purgationē ⁊ expiationē: ola nāq̄ terrena propter peccatū corrupta sunt et fedata. Hinc etiā est q̄ in lege oīa pene mundabant per aquā. Tertio propter remouendā omnē maledictionē et introducendā benedictionē: terra em̄ ab initio cum fructu suo maledictionē accepit: eo q̄ ex eius fructu deceptio facta fuit. Aqua vero nulle maledictioni subiacuit. Hinc est q̄ dns piscem comedit: sed carnem non legitur nominatim comedisse nisi de agno paschali: ⁊ hoc propter legis preceptum: in exemplum scilicet abstinendi: aliquando a licitis: aliquando eadem comedendi. Aursus aspersio in circuitu facta signat q̄ dns curam suorum

Ecclie ꝓsecran de mo dus.

cōsecratio duo efficit.

De aq̄ benedi ctiōe cu ius asp sione ec clesia cō secrat.

Sal pro sapiētia ponit.

habens mittit angelum suum in circuitu timentiū se. Tria vero responsoria que interim decantātur est hylaritas trium ordinū fidē suscipientiū scilicet Noe: Daniel: et Job. Et qm̄ ad hanc inuocationē gratia fidei spes ⁊ charitatis ifunditur: ideo ad pedē ⁊ ad mediū: ⁊ ad ptē parietis superiorē aspgitur. De interiori etiaz aspersione tā dicetur. De virtute ysopi in sequenti titu. dicetur. Triplex vero circuitus quem ep̄s aspergendo facit triplicem circuitum quem xp̄s fecit propter ecclesie sanctificationem designat. Primus fuit quo venit de celo in mundum. Secundus quo de mūdo descēdit in lymbū. Tertius quo de lymbo rediens ⁊ resurgens ascendit in celū. Triplex quoq; circuitus ostendit q; ecclesia illa ad honorem trinitatis dedicatur. Ostēdit etiā triplicē statū saluandoꝝ de ecclesia: qui sunt virgines continētes ⁊ cōiugati: qō etiam dispositio ipsius ecclesie materialis ostēdit prout sub ti. de ecclesia dictuz est. Porro trina ad superliminare ostij percussio signat triplex ius quod christus habet in ecclesia sua: propter quod sibi debet aperiri. Est enim sua creatione redemptione et glorificationis promissione. Nā pōtifex xp̄m: virga eius potestatem figurat. Rursus q; triplicē percussionē ianue cum virga pastorali predicatio euangelica intelligitur. Quid em̄ est virga pastoralis nisi sermo diuin⁹. iuxta illud Esa. Percutiet terra virga. i. sermone ore sui ⁊c. Virga igitur ianuas percutere est aures audientiū predicationis voce pulsare. Aures ei porte sunt per quas ad corda audientium sancte predicationis verba introducimus. vnde psal. Qui exaltas me de portis mortis vt annunciem omnes laudes tuas in portis filie syon. Quid em̄ sunt porte filie syō nisi aures ⁊ auditus fideliū. Tertio triplex cū virga percussio ⁊ ianuarum apertio significat q; per predicationē pastorum infideles venīēt ad fidei consensum. Per illam em̄ porte iustitie aperiuntur: et illas ingressi fidem cōfitentur: vnde psal. Aperite mihi portas iustitie ⁊ ingressus in eas confitebor domino hec porta domini iusti intrabunt per eā. Percutit igitur episcopus in superliminari sez rationis dicens. Supplicio vos principes idest demanes seu potius homines: tollite. i. auferte portas: ideſt ignorantias vestras scilicet cordibus vestris. Interrogatio vero diaconi inclusi respōdētis i personam populi. Quis est iste rex glorie. est ignorantia populi nescientis quis est iste qui debet intrare. Apertio ostij euacuatio est peccati. recte ergo episcopus ter percutit: quia numerus iste notissimus et sacratissimus est: et in omni dedicatione episcopus ter ianuas percutere debet quia sine inuocatione trinitatis nullū fit in ecclesia sacramentum. Trina vero proclamatio. Tollite portas ⁊c. significat triplicem potestatem christi: videlicet quam habet in celo in mundo ⁊ in inferno. Unde in hymno ascensionis dicitur. Ut trina rerum machina celestium terrestrium ⁊ infernorum condita flectant genua tā subdita. Condita. Consequēter ostio aperto intrat episcopus ad notandū q; si debite vtaī officio suo nil et resistere potest. Juxta illud. Dñe quis resistet potentatui tuo. Ingreditur autē cū duobus vel tribus vt in ore duorū vel triū testiū stet omne consecrationis verbum. Uel q; paucis presentibus dominus se transfigurans pro ecclesia orauit. Et ingrediens dicit. Pax huic domui ⁊ omnibus habitantibus in ea: qz xp̄s mundū ingrediens pacē inter deū ⁊ hominē fecit. Uenit enim vt nos deo patri reconciliaret. Post hec cū dicit letania prostratus orat pro sanctificatione domus. Nam et xp̄s humiliatus ante passionem pro discipulis et credituris oī bus orabat dicens. Pater sanctifica eos in nomine tuo. Postq̄ vero surrexit orat sine salutatione qm̄ nō dicit dñs vobiscū cū ecclesia nōdū sit qua si baptizata ⁊ qz catheccumini tantū nō sunt digni vt eis fiat applausus: cū nōdū sint sanctificati est tm̄ pro eis orandū. Clerus orās ⁊ letaniā cōcinēs apostolos representat qui pro ecclesie ⁊ animarū sanctificatione ad deū intercedebāt. In pauimēto ecclesie scribitur alphabetū hoc modo. Fit em̄ crux de cinere ⁊ sabulo ex transuerso ecclesie: super quam crucē pulueris scribitur alphabetū in modum crucis litteris grecis ⁊ latinis nō autem hebraicis: quia iudei recesserunt a fide ⁊ scribitur cum baculo pastorali. Sane alphabetum super crucē scriptū tria representat. Primo quidem scriptura ex grecis ⁊ latinis litteris in modum crucis facta representat coniunctionē seu vnionem in fide vtriusq; populi iudei videlicet et gentilis per crucē christi factā. Juxta illud. Jacob cācellatis manibus filijs benedixit. Ipsa vero crux siue versus ex trāsuerso ecclesie directus: videlicet vnus a sinistro angulo orientis in dextrū occidentis et alter a dextro orientis in sinistrum occidentis significat q; populus ille qui prius erat dexter factus est sinister et qui erat in capite factus est in cauda et econuerso: ⁊ hoc propter crucis virtutē. Christus enim ab oriente transiens reliqt iudeos in sinistra: qz infideles ⁊ venit ad gētiles quibus licet in occidente fuissent dat esse in dextra ⁊ tandem a gentilibus in dextra orientis positis visitabit iudeos in sinistro angulo occidentis quos cōstat deteriores esse q; prius inuenerit gentiles. Ideo autem in obliquum ⁊ in modū crucis ⁊ nō in directū he littere scribunt: qz ad hanc sanctam intelligentiā pertingere non valet qui crucis mysterium non recipit ⁊ christi passione non secredit esse saluandum: in maliuolā animā non introibit sapientia: et vbi christus fundamētū nō est superedificari nō pōt. j. q. j. cū paulus. Scdo scriptura alphabeti representat paginā vtriusq; testamenti quod per crucē xp̄i adimpletū est. In passione nāq; eius velum templi scissum est: qz tunc scripture aperte sunt ⁊ reuelata sunt sancta sanctoꝝ. Unde ipse moriens dixit. Consummatum est. In his quidem paucis litteris omnis scientia continetur et tunc crux ex transuerso ducitur: qz vnum testamentum in alio continetur rota enim erat in rota. Tertio representat articulos fidei. Ecclesie enim pauimentum est nostre fidei fundamentum. Elementa ibi scripta sunt fidei articuli quibus rudes

predicatio euāgelica p triplicez ianue p percussionē cū virga pastorali intelligitur.

Alphabetū super crucem scriptū tria representat.

atq; neophiti in vtroq; populo in ecclesia, eruditur qui se debẽ pulueré et cinerem representare. Iuxta illud quod dicit Abraham Genesis. xviij. Loquor ad dominũ meam cum sim pulvis et cinis. Scriptura ergo alphabeti in pauimento est simplex doctrina fidei in corde humano. Sãbuca seu baculus quo alphabetũ scribitur mõstrat apostolorũ doctrinã vel doctorũ mysterium quo facta est conuersio gentilium ⁊ perfidia iudeorũ. Cõsequenter eps ad altare accedens incipit stãs Deus in adiutoriũ meum intende: qr tunc demũ incipit quod est in hoc officio principale ⁊ dicitur versus. Gloria patri ⁊c. qr hec benedictio fit ad exhibendam gloriam trinitati: nõ tñ dicitur alleluya: prout in se. ti. dicet. c cõsecrat altare in qua quidẽ cõsecratione alia aqua benedicit prout in se. ti. dicetur ex qua postq̃ altare septies aspersus fuerit: aspergitur etiam ter interius tota ecclesia sicut prius absq; aliqua differentia maiorũ lapidũ vel minorũ quoniã apud deũ nõ est acceptio personarũ. extra de iudeis nouit. §. j. de sta. mo. ea que in princ. Ideo interius ad notandum q exterior ablutio sine interiore nil prodest. extra de sac. vn. c. j. Ideo ter qñ vt premissus est aspersio illa significat aspersionẽ ⁊ inũdationẽ baptismi q̃ datur beneficio trinitatis iuxta illud. Ite docete omnes gẽtes baptizãtes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti qr eñ ecclesia nõ põt in aqua immergi sicut immergitur baptizandus: ideo ter aspergit aqua quasi loco trine immersionis. Rursus aspergit ur procedendo ab oriente in occidentẽ ⁊ per mediũ semel in formã crucis: qr christus totã iudeã aut omnes gẽtes baptizare precepit in nomine trinitatis cui baptismo tribuit efficaciã in ministerio passionis incipiẽs a iudeis de quibus ortus est: ⁊ residuum aque ad basim altaris funditur prout in sequẽti titulo dicetur. Quidaz tamẽ aliam aquam nõ benedicunt: sed cum prius benedicta totũ officium implent. Interim autez cantat chorus psalmũ illũ. Exurgat deus ⁊ dissipent inimici eius ⁊c. ⁊ illum. Qui habitat in adiu. ⁊c. in quibus fit mentio de ecclesia ⁊ eius consecratione: vt patet ibi. Qui habitare facit vnius moris in domo. Eps vero dicit. Domus mea domus orationis vocabitur: quia eius officium est facere vt ecclesia domus dei sit non negociationis. j. q. iij. ex multis. Sane chrismato altari. xij. cruces in parietibus ecclesie depicte chrismantur Depinguñ aũt ipse cruces. Primo ꝓpter demonũ terrorẽ vt. s. demones qui inde expulsi sunt videntes signũ crucis terreãtur ⁊ illuc ingredi non presumant. Secundo propter triũphi ostensionẽ. Cruces nãq; sunt vexilla xpi ⁊ signa triũphi sui. Merito ergo vt ostendatur q locus ille xpi dñio subiugatus est ibidẽ cruces depinguntur. Nam ⁊ apud imperialem magnificẽtiã obseruatur vt alicui ciuitate sibi tradita imperiale vexillum in ea erigatur. Et in hmõi figuratione dicitur. Gene. xxviij. q iacob lapidem quem suppositerat capiti suo erexit in titulũ videlicet in titulũ precontialẽ: memorialẽ ⁊ triũphalẽ. Tertio vt earũ inspectores xpi passionẽ que suã ecclesiã cõsecrauit ⁊ passionis fidẽ ad memoriã reducãt vnde in canticis. Pone me vt signaculũ super brachiũ ⁊c. Quode cim duo luminaria ante cruces ipsas posita significant. xij. apostolos qui per fidẽ crucifixi totum mundũ illuminauerũt ⁊ quoz doctrina tenebre fugate sunt vnde dicit Beñ. Tota prophetia vera est in fide crucifixi. ⁊ apostolus. Nil me iudico scire inter vos nisi iesum christum ⁊ hunc crucifixum. Cruces igitur per quatuor ecclesie parietes illuminantur ⁊ chrismate inunguntur qñ apostoli crucis mysterium predicãtes fide passionis xpi quatuor mũdi clymata illuminauerũt: ad cognitionẽ inflãmauerũt: ad amorẽ vnxerũt: ad cõficiẽdie nitorẽ quod per oleũ ⁊ ad bone fame odorem qd̃ per balsamũ designat. Adhuc post chrismationẽ altaris ipsum altare ⁊ ecclesia ornantur: lapides accenduntur. Missa dicitur in qua pontifex: alijs vestibus vtitur q̃ fuerit in aspersione vsus: prout in se. titu. dicetur. ¶ Postremo notãdũ est q ecclesia dicit in sanguine alicui⁹ ꝓsecrari. vnde ẽm Pelagium ⁊ nico. pa. in martyruo apkoz Petri ⁊ Pauli ecclesia romana consecrata est. xxj. di stin. quis. xvj. di. sacro. Consecratur ita qz ecclesia vt premissum est ⁊ altare prout in ti. se. ⁊ cymiterijũ ac alia prout sub. ti. de cõse. dicitur. Et q̃ legatur in vete. test. templũ ter fuisse consecratũ. Primo in septẽbri de cõse. di. j. c. j. Scõo in martio sub dario. ar. j. q. j. pphetizauit. Tertio in decembri sub iuda machabeo. de conse. di. j. solennitates. Ecclesia tñ semel consecrata non est iteruz reconsecranda ea. dis. ecclesijs. de sacra. nos ite. c. j. ⁊. ij. de aposta. c. j. nisi fuerit execrata: quod contingit tripliciter. Primo si fuerit combusta: ita vt parietes oẽs vel eorum maior pars fuerint decrustati. vt di. c. ecclesijs. ff. de ꝓtrahen. emp. l. demũ. Leuiter. c. xiij. ppe fi. si eñ solũmodo tectũ vel aliqua ei⁹ pars parietib⁹ integris manẽtib⁹. vel saltem in modica parte destructis combusta fuerint reconsecranda nõ est extra de conse. ec. vel alta. ligneis. Scõo si tota ecclesia aut tota maior pars simul funditus corruerit ⁊ ex toto: siue ex eisdẽ: siue ex alijs fuerit lapidib⁹ reparata. c. de fabrica. Consecratio etenim ecclesie maxime in exteriori vnctione ⁊ in lapidũ cõiunctiõe ⁊ dispositione consistit. vt in di. c. ecclesijs. Si vero nõ simul sed successiue parietes oẽs ruerint ⁊ reparati fuerint eadẽ censetur ecclesia ideoq; nõ reconsecranda. sed dũtaxat cũ aqua exorcizata ⁊ misse solẽnitate est recõciliãda. de ꝓse. dist. j. de fabri. ⁊. c. si motũ. ff. de leg. j. q in rerũ q̃q; eã reconsecrandam quidã scripserint sapientes. Tertio reconsecranda est ecclesia si dubium sit vtrum aliquando fuerit consecrata eo q super hoc nulla scriptura de pictura aut sculptura nulluscp etiã vnicus testis vel visu vel etiam de auditu qui vt quidam dicunt sufficeret extat de cõse. di. j. eccle. ⁊. c. solẽnitates. xxiij. q. ij. sane xxij. q. v. hoc videtur. de conse. distin. iij. parnulos. Altare quoq; semel consecratũ recõsecrãdũ nõ est nisi aliud execrari ꝓtingat de ꝓse. di. j. si motũ extra. e. c. j. ⁊. c. q in dubijs quod fit pru-

Sambuca seu baculus quo alphabetũ scribitur apostolorũ doctrinã monstrat.

Cruces vexilla sunt xpi et signa triũphi sui.

Eccl'ia semel cõsecrata an iterũ sit cõsecranda.

mo si mēsa. i. superior tabula in qua fit principalis ser consecratio mota vel in fui forma mutata vel enormiter puta vltra medietatem fracta sit. Enormitas tñ huiusmodi iure valet ad ep̄i arbitriū referri. Idem quoq; maxime est si tota altaris structura mota z reparata fuerit. Eccl̄ia tñ ppter altaris vel structure motionē vel fractionē reconsecrāda nō est extra eo. c. j. quia alia est altaris cōsecratio z alia eccl̄ie. Sic ecōuerso si eccl̄ia totaliter destructa altare nō leditur eccl̄ia ipsa reparata solū z nō altare recōsecratur: quāuis tūc decēs sit illud aq̄ exorcizata lauari. de ꝑse. di. j. si motū. Cōsecrato tamē maiore altari nihilomin⁹ alia minora altaria eccl̄ie ꝑsecrāda fūt extra eo. cū sis: quāuis q̄dam dixerūt sufficere in illo cōsecratione alia digito demōstrati arg. ff. de acqui. pos. q̄ i co. §. si vē ditionē. C. de natu. li. auf. item si quis. Si vero altare modicā exterius patiat̄ lesionē nō ob hoc est reCōsecrandū extra eo. c. j. Scōo recōsecratur altare si altaris sigillū. i. paruus lapis cum quo sepulchrum siue foramē in quo reliquie recōdūtur claditur seu sigillatur motū aut fractū sit extra eo. ignis. Et fit foramē ipsum q̄nq; in summitate stipitis z tunc q̄nq; aliud sigillū non apponitur sed principalis mensa superposita loco sigilli habeb̄. Q̄nq; ꝝo fit in parte posteriori. z q̄nq; in anteriori. in quo etiā foramine in testimoniū cōsecrationis caute includi solēt littere cōsecrationis ep̄i cōtinētes nomē eius z aliorū ep̄orū in cōsecratione presentiū z in cuius sancti honorē cōsecratur altare: z etiā ipsa eccl̄ia quādo simul cōsecrat̄ vtrūq; anniū quoq; z dē cōsecrationis. Tertio recōsecratur altare si iunctura qua sigillū foramini vel etiā qua mensa stipiti vbi aliud sigillū quod mensa ipsa nō est mota adheret vel aliquis ex lapidibus ipsius tūcture seu stipitis mēsa vel sigillū tangens motus vel fractus sit. In cōiunctione etenim sigilli z foraminis atq; mense z stipitis seu structure inferioris p̄cipue cōsecratio intelligit̄. Quarto recōsecratur altare si ei vel cōiunctioni mēse et structure inferioris tantū fiat augmentū qđ priscā formā amittat: quoniā forma est esse rei argu. x. q. j. hoc ius. xxxij. q. ij. quod. vnde est. ff. de ope. no. nunci. l. j. §. si quis edificiū propter modicū tamen additamētum nō execratur: sed tunc sacrum itaq; ad se non sacrum. extra eo. q̄ in dubijs duz tamen coniunctio mense z structure inferioris nō multum immuretur. Quinto altare sicut z ecclesia propter dubiū reconsecratur. e. di. ecclesia. Sexto altare viatici cū si lapis de ligno in quo i sertus est qui quodammodo sigillum representat remoueatur z in codē vel in alio ligno iterum reponatur: nonnulli reconsecrandū: alij verum solū modo reconciliandum autumant. Quāuis autē illud sepe iussu ep̄i de loco ad locū transferatur z per viā portetur propter quod portabile vel viaticum appellatur ea. di. concedimus extra de pn. in hīs non tamen ob hoc reconsecratur aut reconciliatur. Quid si calix consecratus deauratur nunquid est reconsecrādus. Et videtur q̄ sic quoniam nouus calix esse videtur nouum enim opus videtur facere qui pristinā operis faciem innouat ff. de op. nū. nō. l. j. §. opus nouū: z reficit qui rei tā facte remedium facit. ff. de itī. ac. pu. l. iij. §. pe. ff. de vsufru. l. vsufructuarius extra de iudeis cōsuluit. Siquidē consecratio in superficie consistit. z hinc est q̄ ecclesie muris decrustatis reconsecrandū eē prediti. Cōtrarium tamen verum est: qua nec propter muroꝝ deasbationē aut propter picturā aut propter modicum additamentū ecclesia reconsecranda est vt iam dixi. Cum enim propter hoc calicis forma non mutetur: idem calix manet: quare reconsecrādus nō est sicut z ecclesia reparata: q̄m eadē manēt. i. consecrādam nō esse premissum est. Si vero forma prior immutaretur secus esset: q̄m forma dat esse rei vt dixi. honestum tamē est q̄ tā propter pollutarū manuū contractū q̄z etiā propter prophane materie appositionē calix aqua exorcizata lauetur priusq̄z ibi sacrosanctū corpus z sanguis dñi immolet̄. de conse. dist. i. si motum.

Premisso de consecratione aliqua de recōciliatione dicamus. Circa quod notandū est quod tēplū spirituale qđ est hō quādoq; polluit. xxxij. q. iij. i. eo z. q. vl. nō solū. Unde in leuitic. xv. Uir qui fluxum seminis patitur immūdus erit. xliij. di. sit rector prope fi. z idē in muliere fluxum sanguinis mēstrui vel alterius patiēte vt ibidē in eodē z di. v. ad eius. Et ideo ibi pollutus eccl̄ie tam ingredi prohibebatur donec aqua lauaretur z purificaretur z numeri. xix. c. Qui cadauer mortui tetigerit immūdus est. Unde aspergatur aqua z sic mūdabitur ꝛc. z propheta. Asperges me domine y sopo z mundabor. Materiale etiā tēplum qđ est eccl̄ia testante papa Grego. z leui. c. xv. polluitur. Unde propheta. Polluerunt templum sanctū tuum ꝛc. Et hoc similiter hodie aqua lauatur z recōciliat extra. e. propositi. z. c. consuluisti. z. c. vl. z si. Fit enim recōciliatio cum misse celebratione z aque cū vino sale z cinere solēniter bñdicte aspersione. eo. di. de fabrica. z. c. proposuisti. Nēpe per salem discretio: per aquā popul⁹. extra de cel. mis. cuz marthe. §. quesiuisti. ad finem. per vinum diuinitas p cinerē passionis christi memoria. per vinum aque immixtum vnio deitatis z humanitatis significatur. Hec ergo simul ponūtur ad notandū q̄ ppls discreta memoria passionis xp̄i mundat⁹ xp̄o adunatur. Fit etiam per ep̄m tñ si sit eccl̄ia cōsecrata. Et quāq; ipse alteri coepiscopo possit simul totū aque benedictionē z reconciliationē vel solum aque benedictionē vel etiā tantum reconciliationem aqua prius per ipsum benedicta committere simplici tamen sacerdoti neutrum committi valet extra eo. aqua. z. c. consuluisti. nisi forte hoc ex priuilegio sibi competat speciali. Si vero eccl̄ia cōsecrata non sit: dz statim ꝑm cōstitutionē Greg. ix. extra. eo. c. fi. aqua exorcizata lauari quam lotionem quidam fieri posse astruūt iuuio tamē episcopi per simplicē sacerdotem cum fieri habeat cum aqua exorcizata que fieri potest per quemlibet sacerdotē. Nonnulli vero crimē autoritatis periti scripserunt q̄ tutius est hoc dūtaxat per episcopum fieri: nec per eum sacerdoti posse cōmitti: nā

Altare si modicā exterius patiat̄ lesionē nō est recōsecrādū.

Calix cōsecratus deauratur an sit reconsecrand⁹.

Tēplū spirituale qđ est hō q̄nq; polluit.

Tēplū materiale qđ est eccl̄ia polluit: z de ipsa recōciliatione.

canones. de cõse. di. ſi motũ ꝛc. de fabrica. aquam exorcizatã vocãt aquã cum vino ꝛ cinere ſolenniter benedictã. quod quidẽ verus eſt de eccleſia nõ conſecrata ad cõſecrandũ tamen deo dedicata. extra de immuni. eccleſie. eccleſia. Secus enim eſt in ſimplici oratorio quod nec ſacer nec religioſus locus eſt: et pote quod vnuſquiſq; pro velle vt placet ordinat ſaltẽ ad odorandũ de cõce. di. j. vnicuiq; extra de ſen. e. ſi. licet forte nõ ſine dioceſani licentia ad celebrãdũ ꝛ pro velle ad aliũ vſum deputat locũ ipſum in auth. col. v. vt nulli⁹ fabr. ora. do. §. j. in auth. col. ix. de eccle. ti. §. ſi vero Eſt autẽ eccleſia reconciliãda in premiſſo caſu. Itẽ propter adulteriũ ibi cõmiſſum ꝛ propter fornicationẽ. ea di. ſi motũ ꝛ generaliter cuiuſcunq; ſemine. extra de adul ſignificaſti. ſcilicet maris ꝛ femine: clerici vel laici: heretici v l pagani naturaliter ſiue innaturaliter ſtudioſe ꝛ peccãdi libidine ibi emiſſo fuerit polluta: etiam ſi vir ibi vxorẽ cognoſcat quoniam licet talis concubitus ſit alias legitimus et cõceſſus nõ tamen quolibet tempore ſiue loco. extra eo. c. fina. q̃q; multi de hoc contrariũ ſentiant ſapientes ſecus autem eſſe dicamus ſiquis forte ibi in ſomnis polluatur: nam tunc animus magis pertuliſſe q̃ feciſſe dolendus eſt. xxj. diſtin. qm̃ et nõ in cuiuſcũq; animalis ſemine ibi emiſſo cũ ratiõe carcat neq; peccat. vj. diſtin. teſtamẽtũ. ¶ Reconciliatur etiã eccleſia propter homicidium. ff. ſi quadru. pau. fe. di. li. xv. q. j. §. ex eo. ſiue cũ ſanguinis effuſiõe ſiue ſine ibi quocũq; mõ ſtudioſe cõmiſſum ꝛ etiam citra homicidũ ꝓpter quãlibet violentiã ꝛ iniuriosam humani ſanguinis effuſionem. ea. diſtinc. ſi notũ. ſiue ex vulnere ſiue abſq; vulnere ex naſo vel ore: nam in vete. teſtamen. Leui. xvij. ꝛ xv. capitu. prohibitum fuit ſanguinem in templũ fundi ꝛ ſemẽ emitti. ꝛ talia agentẽ ꝛ patiẽtẽ illud ingredi. Si autẽ abſq; violẽtia vel iniuria ex naſo vel ore cicatrice vel immunitione: aut etiã ex emorroidis vel mẽſtruis vel aliter naturaliter in eccleſia fluxerit: aut forte ludo: aut caſu fortuito elicitur ea. dem. diſtin. eccleſijs. extra eo. c. ſi. aut ſi quodcunq; animal ibi occiditur: vel ſiquis ſubito per ſe ibi moritur: aut lapide vel ligno cadente aut fulgure occiditur ꝓpter hec quidem ꝛ ſimilia nõ reconciliatur: nec etiã ſi alibi vulneratur ad eccleſiã cõfugiens illic ſanguine multo effuſo morꝫ quoniã tũc nõ fuit homicidiũ in eccleſia perpetratũ. xv. q. j. §. itaq;. Si vero ecõuerſo in eccleſia vulneratus extra moritur vel etiam extra ſanguis ex vulnere fluxerit ſecus eſt: etiam ſi intra eccleſiam ex vulnere ſanguis minime fluxerat: quoniã ictus vulnerum attenduntur. ff. ad. l. aquil. item mela. §. ſed ſi plures. ff. ad. l. cor. de ſic. vltimũ extra de de. percu. ca. ij. Sed ꝛ ſi ſupra tectũ eccleſie ſanguis effunditur: aut ſemen humanum emittitur: quia per hoc extra eccleſiã committitur non reconciliat. Ceterum ſi furtũ aut rapinam in eccleſia committit de cõſuetudine que in talib⁹ attẽditur reconciliat extra de cele. miſ. periculoſis. Idemq; in qualibet violentia ſine ſanguinis effuſione ibi commiſſa fieri debere quidam affirmant: cum illa fornicationi equiparetur in inte. xvij. q. iij. ſicut qui eccleſiã. vt ſi ad eã cõfugiẽs inde per violẽtiã extrahat. xvij. q. iij. re. extra de immu. eccle. inter. vel ibi effractio cõmittat: vel etiã preter ſanguinis effuſionẽ rixa tumultuoſe agat vel ſi quis fracto oſſe vel liuore ſecuto abſq; ſanguine ibi grauiter verberetur: vel ad mortẽ vel ad mutilationẽ ibi preſentialiter condemnatus inde extrahitur vt ad locũ executionis ducatur. extra de reli. do. decet. ꝛ de immuni. ecc. cum in eccleſia ꝛ de appel. qua fronte. Sed cũ caſus iſti non ſunt in iure expreſſi neceſſe nõ eſt eccleſiam per epiſcopũ ſolẽniter reconciliari. Honeſtũ tamẽ forte putam⁹ per ſacerdotẽ cum aqua exorcizata ẽpi iuſſu lauari. Idẽq; dicendũ videt ſi eccleſia diu abſq; tecto ꝛ ianuis plena foret lectamine aliiſq; ſpurcitijs aĩalib⁹ ꝛ naturali hominũ vſui q̃ ſi diuerſorij locus paſſiz patuerit: nec eẽt forte malum eam in tali caſu ſolẽniter per ẽpm reconciliari. Si autẽ aliquis extra eccleſiã occiſus mox intra eccleſiã inferꝛ: occiſor vel alius mortuũ forte nõ credens corpori adhuc calido plagã infligit ex qua ſanguis fluit reconciliãda eſt tum propter horrorẽ ꝛ abhominationẽ. tum propter violẽtiã ꝛ peccãdi voluntatẽ: q̃uis eſſ hõ mortuus nõ ſit hõ: humanus tñ ſanguis eius per violẽtiam eſt ibi effuſus. Hã ꝛ ipſi cadaueri violentia horror ꝛ iniuria irrogãtur. ff. de ſepul. vio. l. ij. §. nõ ꝓpe ꝛ §. aduerſus ꝛ l. ſepulchri. ff. de re. ne. corpora. extra de iudeis ſi ſit iudeus. Secus autẽ eſt ſi naturaliter mortuus in corporis obſequiũ ꝛ honorẽ in eccleſia demembretur vel euiſceret: vt forte pars ibi ꝛ pars alibi ſepeliatur. Reconciliatur etiã eccleſia in qua infidelis vel etiã publice excõmunicatus ſepultus eſt: et tunc parietes ſunt abradendi. de cõſe. di. j. eccleſia j. ꝛ ij. Sane in premiſſis caſibus in quib⁹ eccleſia reconciliat̃ req̃rit vt factũ reconciliationẽ iducẽs publicũ ſaltẽ p famã exiſtat extra de adulteri. ſignificaſti a de actu inquiſitionis §. ſi. Scandalũ eñ eſt ꝛ horror atq; abhominatio de turpitudine ꝛ peccato atq; violẽtia in ſacro loco ſiue in eccleſia cõmiſſis vbi delictorũ venia poſtulatur vbi eſſe debet tutela refugij vbi immolatur ſalutaris hoſtia pro peccatis. Leui. xvij. c. vbi etiã cõfugientes ſaluãtur ꝛ deo laudes exoluũtur reconciliationẽ inducũt: ꝛ etiã propoſitũ vt volũtas mortaliter ibi peccantis. extra eo. cõſuluiſti. extra de ſententia excõmuni. cum volũtate. xvij. q. j. §. ſi ergo. Si vero occultũ ſit reconciliari neceſſe nõ eſt qm̃ eccleſia cum ſancta ſit coiquinari nõ põt. extra de coha. cle. veſtra. xv. q. vlti. ca. ſi. xxiij. q. j. §. j. immo ipſius loci ſanctitas infamiã loci abolet quãuis quidã in h̃ contrariũ ſentiãt vt ſaltẽ occulte ita vt delinquẽtes nõ prodantur ſit reconciliãda. Fit eñ reconciliatio ad exemplum ꝛ terrorem: vt videlicet videntes eccleſiã que in nullo peccauit ꝓpter peccatũ alterius lauari ꝛ purificari exiſtiment quãtum propter ſuorũ delictorũ expiationẽ ſit laborandũ. ff. ad. l. iu. repe. l. j. Cymuterijs quoq; in quo pagan⁹ vel infidelis aut excõicatus ſepultus eſt reconciliandũ eſt. extra eo. conſuluiſti. de conſe. di. j. eccleſiã. j. ꝛ ij. extra de ſepul. ſacris oſſibus tñ ſepultis

Eccliã ꝓpter homicidium reconciliat.

Furtuz rapina ſi i eccleſia ꝛmittit an reconcilieꝫ.

Eccliã qua infidelis vl etiã publice excõicat⁹ ſepult⁹ eſt: reconciliatur.

si ab ossib⁹ fidelius discerni poterūt inde prius ab iectis. Reconciliatur etiaz in premissis casibus in quibus ecclesia recōciliatur. Cymiteriū em etiā de priuilegijs quibus z ecclesia gaudet. prout sub ti. de vnc. dicetur. nā ex quo benedictū est sacer loc⁹ est. ff. de re diui. l. sacra. in fi. z reconciliat per eām sicut ecclesia per aspersionē aque solēniter cū vino et cinere benedicto. extra. eo. cōsuluisti. ¶ Illud aūt notandum est q in quacunq parte ecclesie vel cymiterij violentia vel pollutio cōmittatur vtrūq et etiā quelibet ipsorū partes propter connexitatē violate intelliguntur extra de cōsti. transl. Hoc hodie in parte correctū est per dñm Bonifacij de conse. eccle. cap. j. in. vj. Et si em cōsecrationes ecclesie altaris z cymiterij sint diuerse: oīz tñ vna z eadē est immunitas. xvij. q. iiij. sicut antiquitus. z. c. nitor. q nō est ad alterū eorū tñ vel ad alterius angulū restringenda qō verū est si ecclesia vel cymitertū sunt cōiūcta. Si enim vnū a reliquo distet bene pōt vnū sine reliqua violari. Si igitur altero eorum violato siue polluto etiam aliud violarū z pollutū est pari ratione altero tantū eorum recōciliato vtrūq intelligitur reconciliatū. arg. extra eo. cōsuluisti. extra eo. de immu. eccle. in rubrica quoniam nihil tam naturale est q̄ vnū quodq eo genere dissolui quo ligatū est. z par est ius ligādi atq soluendi. ff. de. reg. iur. nihil. extra eo. c. j. et sic violato vel polluto cymiterio sufficit ecclesiā reciliari: Nōnulli tamē simpliciter asserūt per vnā violationem nequaq alterum violari: et per consequens quodlibet eorum debere specialiter reconciliari quibus tamen pontificalis libri obuiat auctoritas in qua specialis forma recōciliationis cymiterij habetur. Deniq si ecclesia vel cymiterū aut aliud quodcūq per episcopū excōicatū cōsecretur seu benedicatur tali recōciliatiōe nō egent quoniā sacramēta a talibus in forma ecclesie: collata vera sunt. ix. q. j. ordinationes. j. q. j. multi. prope finem. extra de sacra. nō ite. ca. j. z. ij. z de cohab. cle. vestra. vt dicet in prohemio tertie partis. Hec cū sicut premissum est excōicatus excōicati funus cymiterium z ecclesiā prophanet multo quidē magis exteriora sacramenta et benedictiones que p manus et os excōmunitati transeūt et proficiscūtur quantū ad eorū merita pertinent contaminari: z coram deo fetere videntur. j. q. j. §. qō aūtē sacramenta. z. c. se. z. c. odit deus. et. c. illi offerūt. extra de scisma. c. j. ideo honestum est q reconcilientur priusq fideles talibus sacramentis vtantur prout sacrorum canonum lectio edocet euidenter. lxxxj. di. si qui sunt. Ait enim dominus per prophetam. Maledicam benedictionibus vestris. de cōse. di. sūt. j. altaria. j. z. ij.

¶ De altaris consecratione. Rubrica.

Altare propter tria consecratu

On solū eccl'ia verūetiā altare consecratur. de cōse. dis. j. altaria. j. z. ij. hoc propter tria. Primo ad sacramētū deo ibi offerēdum. Gen. viij. edificauit noe altare dño: z tollēs de cūctis volucribus et pecorib⁹ mūdis obtulit super altare. Hoc aūt sacramētū est corpus z sanguis xpi qō in memoriā passionis dominice immolam⁹ iuxta illud. Hoc facite in meā cōmemorationē. Scō ad nomē vel ibi inuocandum. vnde Gene. xij. edificauit abraham altare deo qui apparuit ei et inuocauit ibi nomen domini. Hec aūtē inuocatio que fit supra altare proprie dicitur missa. Tertio ad cantādum. Eccles. xlvij. Dedit illi contra inimicos patientiam et stare fecit contra altare cantores: et in sono eorum fecit dulces modulos. Sane hoc modo et ordine consecratio altaris fit in primis nam q pontifex incipit. Deus in adiutorium meū intē de: postmodū benedixit aquā: deinde in quatuor cornibus altaris cōfigurat quatuor cruces cū aq benedicta. Cōsequenter circuit altare septies: z septies mensam altaris cum aspersorio de ysopo aq benedicta aspergit. Ecclesia quoq iteruz aspergitur z aque residuū ad basim altaris funditur: deinde in quatuor angulis sepulchri in quo reliquie recundi debent quatuor cum chrismate fiunt cruces: z ponuntur reliquie in capsula cū tribus granis thuris: z sic recondūtur in sepulchro. Deinde supponitur eius tabula cum signo crucis facta in medio cōfirmata: postmodum lapis qui mensa dicitur super altare adaptatur: et adaptatus vngit cum oleo in quinq locis et eodem modo inungit postea chrismate sicut de oleo dictū est. Cōfirmatur etiam altere in fronte crucis chrismatis: z adoletur incensum in quinq locis. Posthoc altare regitur et mūdis pannis induitur et demum super altare sacrificium celebratur. Hunc seriatim singula premissa prosequamur. Primo igit notandū est q altare chrismatis vnctione z benedictione interueniēte consecratur z lapideū solū de cōse. di. j. altaria. j. z. ij. Unde pontifex stans incipit. Deus in adiu. meū inten. quia ipse domin⁹ ait. Sine me nihil potestis facere: z q hec dedicatio significat baptizandos qui percepta fide ad pugnam se preparant: z qui adhuc sunt inter suspuria z certamina mīe cōstituti ideo nō dicitur aleluya: qui enim baptizati nō sunt laudibus angelorum digni non sunt: vnde Tho. pe. z in plateis eius alleluya cantabitur. Post completam vero ecclesie vel altaris consecrationē cātatur alleluya: quoniā exclusa de monū fantasia deus ibi laudabitur. Hā z christus ad arā crucis accedēs ad eternitatis gloriā manifestandā mortem soluit: sed alleluya dūtaxat post resurrectionē cantau. t. ¶ Scō circa aque benedictionē notādū est q hymōi aque exorcizato fit ad effugandū inde inimicū. In qua benedictiōe quatuor necessaria sunt. vez aqua: vinum: sal: z cinis. Et hoc propter tria. ¶ Primo qm quatuor sunt que inimicū expellunt. Primū est lachrumarū effusio que per aquā. Scōm est spiritualis exultatio que per vinū. Tertiū naturalis discretio que per sal. Aqua igitur est penitentia: vinū mētis exultatio: sal sapiētia: sicut in precedenti tit. probatū est cinis penitētie humilitas. Unde de ninuitis dicitur: quia rex ipse surrexit de solio suo: et indutus est sacco z sedit in cinere. Hinc z Dauid inquit. Ut cinerem tamq panem manducabā z c. Hinc z abraham. Loquar inquit ad dominum meum cuz sim

Ecclesie vel altaris cōsecratione cōpleta cātatur alleluya quare. Quatuor sūt que inimicum expellūt

puluis et cinis. ¶ Scdo modo aqua est populus seu humanitas: quia aque multe populi multiq; dentes: sal doctrina diuine legis que est sal sederis: cinis qui consumat memoriā dominice passionis. Vinū aque mixtū xp̃s deus z homo. Per fidem enim dominice passionis que per doctrinā diuine legis habetur. Populus per aquā signatus per fidei vnionē continguitur capiti suo deo z homini. ¶ Tertio modo potest dici q; hec aqua benedicta spiritū significat sine cuius flatione nihil vnq; sanctificatur sine cuius gratia nō fit remissio pcōz: q; spiritussanctus aqua vocat ipsa veritas ostendit dicēs. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aque viue qđ euangelista exponens dixit: hoc aūt dixit de spiritusancto quē accepturi erant credentes in eū. ¶ Et nota ordinē sacramēti exterius aqua interius spiritu ecclesia cōsecrat. Hoc enim qđ dominus ait. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua z spiritu sancto ꝛc. Ecce aq̃. Ecce spiritus. In baptismatis enim sacramēto nec aqua sine spiritu: nec spiritus est sine aqua quod quidem ipse spiritus sanctificabat qui in prima mūdi creatione ferebat super aquas. Hac ergo aqua z ipsum altare z totū interius rēplū quando illud simul et altare dedicantur aspergitur. Licet igitur spiritus z aqua ad baptismi cōsecratiōis ecclesie perfectionem sufficerent tamen sancti patres qui hoc cōstituerunt voluerūt nobis satisfacere nō solū in his que ad virtutem verūetiā in his que ad sanctificationem pertinent sacramēti: ideoq; apposuerunt salem vinū oleum cinerē z chrisma vel oleū Philippus quādo eunuchum baptizauit. Act. viij. ca. Alterum ergo horū deesse nō debet z simul commisceri debēt: quia popul⁹ dei qui est ecclesia sine his simul iunctis nec sanctificat: neq; a peccatis soluitur. De hoc etiā tanget sub tit. de conse. De aqua quidem manifestum est: quia nisi quis renatus fuerit ꝛc. De sale etiā quia sine fidei condimēto quod in sale significatur nemo vnq; saluari poterit quantuncūq; aqua baptismatis aspergatur. De vino quoq; per quod spiritualis diuine legis intelligentia designatur. Unde dominus in nuptijs aquā in vinum conuertit. Si quis vero aspersus nō fuerit. i. qui cūq; de eo non biberit: vel propinātibus nō crediderit: ad vite eterne beatitudinē nō perueniet. Cineris etiā aspersio per quā penitētie humilitas intelligitur tam necessaria est vt sine ea nō fiat in adultis remissio pcōrum. per ipsam enim venitur ad baptismū: z ipsa est singulare refugiū peccatorū post baptismū. Unde et nō immerito baptism⁹ vocat dicēte domino i euāgelio de Jo. q; venit in vniuersam regionē galilee predicās baptismū penitentie in remissionē pcōrum. Et nota quatuor genera esse aque bñdicte: de qua in quarta parte dicet sub tit. de aque benedicte aspersiōe. His omnibus permixtis pōtifex quatuor cruces cū aqua ipsa in quatuor cornibus altaris z vnam in medio facit. Quatuor cruces representāt ñdruplicem charitatē quam hi qui ad altare accedunt habere debent scilicet vt diligāt deū seipsos amico z inimicos. De quibus quatuor cornibus charitatis dicitur Ecc. xxvij. Dilataberis ad orientem z occidentē septentrionē et meridiē: et ideo q̃tuor cruces in quatuor cornibus fiunt ad designādū q; xp̃s per crucē quatuor mundi partes saluauit: scdo fiūt ad significādū q; quatuor mundi crucē oēs portare debem⁹: scilicet in corde per meditationem in ore per cōfessionē: in corpore per carnis mortificationē: z in facie per assiduā impressionē. Crux in medio altaris significat passionem quaz christus in medio terre subijt per quā operat⁹ est salutē in medio terre. i. in hierusalē. ¶ Deinde septies altare pontifex circuit. Primo ad significandū q; ipse debet pro oībus curā impendere z vigilantiā habere que per circuitū designatur. Unde tunc cātatur. Inuenerāt me vigiles qui circuibāt ciuitatē: debet enim sollicite vigilare super greges sibi commissos: nam vt ait Hilbertus. Ridiculosa res est speculator cecus pcursor claudus: predicat⁹ negligēs: doctor insipidus: z preco mutus. Secundo septenus circuitus circa altare significat septem meditationes quas circa septemplicē virtutem humilitatis christi habere debemus z per ipsas circuire frequenter. Prima virtus est q; de diuite factus est pauper. Secunda q; in presepio positus. Tertia q; parentibus subditus. Quarta q; sub manu serui caput inclinauit. Quinta q; discipulum furem z proditorem sustinuit. Sexta q; ante iniquum iudicem mansuetus stetit. Septima q; pro crucifigentib⁹ clementer orauit. ¶ Tertio per septem circuitus septem vie christi significantur. Prima fuit de celo in vterum. Secunda de vtero in presepium. Tertia de presepio in mundum. Quarta de mundo in patibulum. Quinta de patibulo in sepulchrum Sexta de sepulchro in lymbum. Septima de lymbo in celum. Consequēter episcopus aspergit altare. Quid autem altare in templo significet apostolus dicit. Templū enim dei est quod estis vos. Si ergo templum dei sumus altare habemus. Altare nostrum est cor nostrum: hoc enim est cor in homine quod altare in templo. In hoc altari fit sacrificium laudis et immolationis iuxta illud psalmus. Sacrificium deo spiritus. ꝛc. In hoc altari fit commemoratio corporis z sanguinis christi. Hinc preces ad celum ascēdunt: quia ad cor respexit deus. iiij. q. v. si quod. Hoc igitur altare aqua aspergitur quando corda hominum per euangelicam predicationem a peccatis mundantur. Nam predicatio aqua est. Juxta illud. Omnes sitientes venite ad aquas. Hac igit aq̃ idest p̃dicatiōe euāgelica z sancti spūs sanctificatione et altare cordis et totus homo mundatur et sanctificatur. Consecratur etiam altare cordis per conceptum timoris vt inuitetur ad bonum z per effectum amoris vt confirmetur in melius: nam initium sapiēcie timor domini. Septies autem altare aspergitur aqua ad notandum q; in baptismo septem dona spiritussancti tribuuntur. Per hoc etiam figuratur q; habere debemus memoriā dominice passiōis. Septē nāq; aq̃ aspersiones sunt septem sanguinis xp̃i effusiones. Prima fuit in circūcisione: secūda in oratiōe qñ sudor ei⁹

Spiritussanct⁹ vocatur aqua

Sine fidei cōdimēto nemo vnq; saluari poterit quātūcumq; aquabaptismatis aspergatur.

Pontifex qui septies altare circuit quid representat.

Septez meditationes habere debem⁹ circa septemplicem virtutez humilitatis christi id quod septenus circuit⁹ circa altare significat

Septez vie xp̃i

Septez sanguinis christi effusiones.

fuit sicut gutte sanguinis: tertia i corporis flagellatione: quarta in capitis coronatione: quinta in manuū pforatione: sexta in pedū cruci affixione: septima in lateris aptione. Quidā vero ter aspergunt: qi i sancte trinitatis noīe baptizatur: vel qr ecclesia a peccatis cogitationis locutionis r operis emūdatur: vnde r tunc miserere mei dr. Fiunt insuper hmōi aspersiones cū aspersorio de ysopo facto: per quā herbam que humilis est: xpi humilitas congrue designatur: qm predicte sanguinis effusiones facte fuerunt cū ysopo humilitatis xpi inextinguibilis charitatis quo aspersa ecclesia catholica mundatur. Hec etiam herba naturaliter crescit in petra: r humilitas nature creuit in christo petra. Nam iuxta apostolum. Petra aūt erat xps. Calide etiā nature est: r xpi humilitas corda frigida ad exercenda opera charitatis accēdit. Item eius radices sara penetrāt r humilitas duritias abstinentie cōfringit. Valet ad pectus r cōtra tumorē: r hic tumorē superbie sanat. Item illa nascitur r renascitur r radicatur in terra. Unde si per eam tota fidelīū multitudo intelligi possit precipue tñ illi per ysopū figurātur qui in xpi fide radicati r fundati ab eius amore euelli et separari nō possunt per quos quid melius q̄s epos r presbyteros intelligere possumus: qui quāto maiorē in ecclesia obtinent dignitatē. tāto firmius xpi fidei inherere debēt. Per hos siquidē aspergit aqua p hos r ab his baptizant xpi fideles: his datū est p ficere baptismatis sacramenta. Dum vero altare aspergitur eps cātat. Domus mea dom⁹ orōnis est r̄c. Et iterū narrabo nomē tuū fratribus meis. Et qr sine deo nullū opus perficitur: in cōsummatione orat vt exaudiantur ingredientes ibi beneficia petituri. Cōsequēter qñ ecclesia simul r altare pcrātur tota ecclesia aqua illa aspergit prout in precedenti titu. tactū fuit: quo facto pōtifex ad altare cū ps. accedit r residuum aque infunditur ad basim altaris sicut in veteri testamēto residuū sanguinis fundebatur in crepitudinē qd̄ idē est q̄ basis: per qd̄ significatur q̄ residuū qd̄ excedit vires humanas in tanto sacramēto deo cōmendat qui est summus sacerdos cuius est alios sacerdotū supplere defectum. Sepulchrū vero siue forma mē in quo reliquie recōdi debēt significat vnā aream plenā mana q̄ in archa testimonij posita erat: prout sub ti. de altari dictum est. Siquidem sepulchrū hmōi qd̄ a quibusdā cōfessio nūcupatur est cor nostrū qd̄ quatuor crucib⁹ de chrismate factis cōsecratur: qr quatuor sunt virtutes in libro sapiē tie descripte. s. prudentia: fortitudo: temperātia: r iustitia quib⁹ cor nostrū quasi inungitur dū ad suscipiēda secretor celestiū mysteria per donū sancti spiritus preparatur. Fit autē sepulchrū hoc q̄nq̄ ex superiori parte altaris r q̄nq̄ ex latere anteriori. Sane sine sanctor reliquijs aut vbi ille haberi nō possunt: sine corporis xpi non fit cōsecratio altaris fixi. de cōse. dñ. j. de fabr. r ca. placuit. s̄ viatici vel portatilis sic ca. dist. cōcedimus. Reliquie siquidem sunt exempla triusq̄ testamē. auctores passionis martyrū r vita cōfessor que nobis sunt ad imitationem relicta. Hec in capsa recōdimus cū ad imitandum ea in corde retinemus: q̄ si audimus et intelligimus r opera non facimus magis est ad damnationem q̄m ad salutem: quia non auditores legis iusti sunt apud deum. sed factores tantū: vnde apostolus dicit. Imitatores mei estote sicut et ego christi. Solēnis vero reliquiarū deportatio et ad imitationem eius q̄ sicut legitur in Exo. In archa testamenti erant duo circuli aurei totum lignū penetrātes. xxv. di. Fecce. r per eos vectes de lignis sethin deaurati imittebant quibus archa ferebatur. Et priusq̄m pontifex intraret in ecclesiam circuit eam cū reliquijs vt sint illius ecclesie protectores. Legitur quoq̄. iij. Reg. viij. c. q̄ in tēpli dedicatione cōgregati sunt oēs maiores natu israel cum principibus tribuum r duces familiarum ad regem Salomonem in hierusalem vt deferrent archā federis dñi venerūtq̄ cūcti senes de israel sacerdotes autem intulerūt archā federis dñi in locum suum in oraculū tēpli in sancta sanctor subter alas cherubin. Siquidē cherubin extendebāt alas sup locum archē r protegebant illā vectes ei⁹. Rex autē Salomon r oīs multitudo israel q̄ ad eū conuenerāt gradiebat cum illo ante archam. In cuius quidem rei testimonium prelati magnates et apostoli prouincie hodie conueniunt ad ecclesiarū dedicationē r sequunt processionaliter consecrantē: et reliquie per sacerdotes sub papilione seu vmbraculo solenniter deportantur. Deinde pontifex priusq̄ ecclesiam cū illis ingrediatur: sermonem facit ad populum. Nam r Salomon archa deportata conuertit faciē suam et benedixit omni ecclesie israel: r pro orātibus in ecclesia orauit. Omnis em̄ ecclesia israel stabat et ait Salomon. Bñdictus dñs deus israel r̄c. prout legitur ibidem. Recondunt autē reliquie sanctor cum tribus granis thuris i capsula: qr exēpla sanctorū cum fide trinitatis. i. patris et filij et spiritus sancti debemus in memoria retinere. Nam debemus credere vnum deum: vnam fidem: et vnum baptisma: quia iustus ex fide viuit: siue quia sicut dixit apostolus. Impossibile est placere deo. Supponitur et aptatur ipsi sepulchro quedam tabula signo crucis ex chrismate roborata. Siquidē per crisma intelligitur spiritussancti domum quo tabula id est charitas superinungitur: quia cor nostrum ad obseruanda secreta celestia spiritussancti gratia roboratur. Tabula ergo hoc signo roborata reliquis supponitur: quia per exempla sanctorum charitas accenditur que operit multitudinem peccatorum sicut r tabula reliquias operit. vnde apostolus. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis. Hec autē tabula siue lapis continet siue dicitur sigillum sepulchri sicut ait Alexāder papa. iij. extra de conse. ec. vel alta. ca. j. Postea vero lapis qui mensa altaris dicitur super altare adaptatur per quē perfectionē r solidit̄atem notitie dei possumus intelligere que nō ppter duriciē. sed ppter soliditatem fidei lapidea esse dr. de cōse. di. j. altaria. sicut dñs ait petro. Tu es petrus r super hāc

Sctōr reliqecū trib⁹ granis thuris in capsula recūdūt: r quare.

quatuor virtutes libro sapiētie descripte.

petram.i.hāc fidei firmitatē edificabo ecclesiam meā.i.di.fideliū. Sicut ēīm mensa confirmatio et perfectio altaris est: ita notitia dei confirmatio et perfectio est oīm bonoꝝ. Hñ dī i sapiētia ad deū. Noscere ēīm te ꝓfirmata iustitia est: ꝛ noscere iusti tiā tuā ꝛ virtutē tuā radix ē īmortalitatis. Et dñs per hiere. In hoc glorietꝫ q̄ gloriaꝫ scire et noscere me. Uel per ipsum lapidē xp̄s intelligitur de quo dicit apls. Ipso summo angulari lapide xp̄o iesu per lapidē q̄dē xp̄i humanitas designaꝫ. De quo i Danīele legīt q̄ lapis abscissus est de mōte sine manib⁹. qz xp̄s de beata virgine que propter emi nentiam virtutē mons dī sine viri semine mira biliter est natus. et factus in montē magnū totū repleuit orbē terrarum. de quo etiā per p̄s. dī. La pidē quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. qm̄ xp̄s q̄ edificantes.i. iu dei reprobauerunt dicēres. Nolum⁹ hunc regna re super nos. hic factus est in caput anguli: quia sicut ait apls. Exaltauit illū deus ꝛ dedit illi no mē ꝛc. vel per lapidē charitas intelligitur vt pre missum est qui dz esse magnus ꝛ latus quoniā la tum est mandatū charitatis q̄ etiā ad inimicos extendit iuxta preceptū dñi. Diligite inquit inimi cos vestros. Nō ergo vngunt altaria nisi lapidea: qz xp̄s per altare significatus est lapis excrescēs in montē vt dictū est. ipse est mons pinguis: oleo letitie pre consortib⁹ vnctus. Uerūtamen in Exo. legitur dñm ꝓcepisse fieri altaria de lignis sethim que sunt imputrescibilia: et altare laterū ligneum est. Salomon quoq; fecit altare aureum prout le gitur.iij.Reg.viij.c. sz illa facta sunt in figura. Et in comitatu prouincie in castro sancte Marie de mari est altare terreū q̄ ibi fecerūt maria magda lena et martha ꝛ maria Jacobi ꝛ maria salome. Post hoc aspersō altari ꝛ cū aqua baptizato: re stat vt oleo et chrismate liniaꝫ. Episcopus enim super infundit oleū et chrisma ꝛ cantat. Erexit ia cob lapidē in tit. fundēs oleū desuper. Illa enim ecclesia fuit titulus altarū: qz de syon exiuit lex et verbū domini de hierusalē. Faciens primo super illo quinq; cruces ex oleo infirmoꝝ ꝑm ordinem romanum ꝑm quasdam vero alias ecclesias de vtroq; oleo vnam in medio ꝛ quatuor in cornib⁹ postea modo totidē ex chrismate. sane per oleum spiritussc̄i gr̄a intelligitur de quo dicit Esa. pro pheta cōputrescet iugū a facie olei: qz sicut episco pus oleū infundit super altare ita xp̄s q̄ est sum mus pontifex infundit gr̄am super altare nostrū qđ est cor nostrū: qz ipse est distributor oīm gr̄arū per spiritū sanctum sicut dicit apls. Alij datur ser mo sapientie: alij sermo scientie: alij fides⁹: alij gra tia sanitatū ꝛc. Et sicut per oleum eps purificat mēsam altaris: ita ꝛ spiritussanctus purificat cor nostrum ab omnibus vitijs ꝛ peccatis. Christus quoq; oleo fuit vnctus non quidē visibili: sed in uisibili.i. gratia spiritussancti. Unde dauid. Unxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortib⁹ tuis idest plus q̄ oes sanctos qui fuerunt participes gratie eius.i. christi: vnde vnctio expressius cōue nit christo q̄ alijs: qz pre oībus alijs vnxit eū de⁹ ad habendum plenitudinem bonoꝝ: ideoq; in terpretatur vnctus. Unctio quoq; ex oleo miseri cordiā significat: iuxta illud euāgelij. Unge oleo caput tuum: ꝛ facē tuā laua: quia sicut oleum in liquoribus: ita misericordia in bonis operibus su perior est: quēcunq; enim liquorem oleo superin fundas illud semper desuper natat. De misericor dia vero scriptum est. Suauis dñs vniuersis et miserationes eius super oia opera eius ꝛ misericor dia superexaltat iudicium. Hoc igitur oleo linia tur altare cordis nostri: vt semper misericordie me mores aspersionis aque ꝛ regenerationis baptismi et affectū nō amittamus. Quinq; cruces de oleo significant q̄ memoriā quinq; passionum christi quas pro nobis in cruce sustinuit semper habere debemus. Ipse nāq; quinq; plagas sustinuit sci licet in manibus in pedibus ꝛ in latere. Designāt etiam quinq; passiones misericordie q̄ nobis sunt necessarie. Necesse enim est vt homo misereatur christo passioni eius compatiendo. vnde Job in psona christi. Miseremini mei miseremini mei ꝛc. Oportet etiam vt homo misereatur proximo cu ius mala videt. vnde in ecclesiastico. Miseratio hominis circa proximū suū. Et sibipsi ꝛ hoc tri pliciter sc̄z pro cōmissis plangendo illa. Hñ Ihie. Nullus est qui agat penitentiā super peccato suo dicēs. Quid feci. pro omissis. vnde Esa. ve mihi quia tacui.i. quia nō sum locut⁹: quasi dicat: quia omisi bonum q̄d facere potui: ꝛ pro bonis minus pure factis. vnde Lu. Cum bona omnia fecerim⁹ dicamus q̄ serui inutiles sumus ꝛc. quasi dicat bona fecimus non bene: non pure: et ideo inutiliter fecimus: sicut faciens eleemosynam ad vanaꝫ gloriam bonum facit: sed non bene non pure. De hac triplici miseratione dicit Eccle. Miserere ani me tue placens deo quia vera compassio mentis debet esse cū exhibitione operis ideo bis fiūt cru ces. Primo de oleo postmodū de chrismate. vnde ps. Beatus qui mi. ꝛ cō. qui mēte miseretur ꝛ cō modat opere. Et quoniā non sufficit habere com passionē in mēte cū boni operis exhibitiōe absq; odore bone fame iuxta illud euāgelij. Sic luceāt opera vestra vt glorificetur deus: et ideo fiūt cru ces de chrismate quod cōstat ex balsamo ꝛ oleo. Balsamū quidē propter bonum odorem signifi cat bonā famā. oleum propter claritatem nitorem consientie quā habere debemus: iuxta illud apo stoli. Gloria nostra hec est testimoniū consientie nostre. extra de sac. vnc. c.j. Tunc autē balsamum oleo recte ꝓiungitur qm̄ bonus odor mie additur.

¶ Rursus per quinq; cruces de oleo ꝛ chrisma te quinq; sensus corporis nostri intelliguntur qui duplicantur ꝛ in denarium surgunt: qz quandoq; in sensibus corporis bene vtēdo ꝛ nosmetipsos cu stodimus ꝛ alios exēplo ꝛ doctrina nostra in bo no ope cōfirmam⁹. vñ ille bonus negociator glo riabat dicēs. Ecce alia q̄nq; suplucratus sum. Dū aūt fiūt ille p̄missę inūctiones cātat. Unxit te de⁹: deus tu⁹. qđ de xp̄o dictū est. ¶ Ter ergo altare inungit bis oleo: tertio chrismate: qm̄ eccl̄ia fide: spe: charitate: q̄ maior est ceteris insignit: et dum chrisma

Notitia dei confirmatio et perfectio est oīm bonoꝝ.

Quinq; cruces de oleo q̄d signt.

Attēde de q̄nq; sensib⁹ corpis nostri.

Christ⁹ oleo inuisibili fuit vnctus.

chrisma infundit cantatur. Ecce odor filij mei sicut odor a. p. Hic ager est ecclia que floribus vernat. virtutib⁹ splēdet operib⁹ flagrat ⁊ ibi sunt rose martyrū lilia virginū viole cōfessorū: ⁊ vtror⁹ insipientiū. Post vnctionē adoletur incēsum qđ deuotionē orationis significat. Qui em̄ hȝ septē dona spūs sancti: assimilat⁹ est deo. deuotā potest illi offerre orationē cui⁹ hȝ similitudinē. ¶ In quinq; locis adolet videlicet in quatuor angulis: ⁊ in medio: quia sic quilibet sensus corporis exercere debemus: vt fame boni opis nr̄i vsq; ad proximos extēdatur. De qua dicit apl's. Christi bonus odor sum⁹ in omni loco. extra de sac. vnc. c. j. Et in euāgelio. Sic luceat lux vestra. ⁊c. Ad hoc incēsi frequentatio est continua christi sacerdotis atq; pontificis pro nobis apud deum patrē interpellatio.

Crucez cū incēso facere qđ sit.

Crucē cum incenso facere est eius passionē patri ostendere ⁊ ipsum pro nobis interpellare. Incensum coptose in medio ⁊ in angulis comburere est orationes per hierosolimā ⁊ in vniuersali ecclesia multiplicare. Consequēter altare cum signo crucis confirmatur dicendo. Confirma hoc deus ⁊c. que confirmatio ex chrismate a pontifice in fronte lapidis facta significat confirmationē que quotidie fit a spiritusancto per charitatē in altare cordis: vt nulla tribulatio cor nostrū a charitate dei valeat separare: vnde dicit apostolus. Quis separabit nos a charitate xp̄i: tribulatio: an angustia

Altaris vltima benedictio qđ ōsignat vtēsilia bñdicere quid sit.

⁊c. Et subiungit gloria patri ⁊ laus trinitati canetur. Ultima altaris benedictio signat illam finalem benedictionem quando dicetur. Venite benedicti patris mei ⁊c. Deinde altare lintheo cādido extergitur ad notandū q; cor nostrum castitate vite mundare debemus. Deinde benedicuntur vasa vestes ⁊ lintheamina diuino cultui deputāda. Nam ⁊ moyses per. xl. dies edoctus est a domino facere lintheamina ⁊ ornamenta in templo necessaria. Nempe vtensilia benedicere est opera nr̄a ad deum referre. Post hoc altare albis ⁊ mundis pannis vestitur de quo sub titu. de altari dictum est. ¶ Postremo ornatur ecclesia ⁊ accēduntur luminaria tunc enim opera iustorum splendescent: tunc fulgebunt iusti ⁊ tanq; scintille in arūdineto discurrent. Et inde super altare hoc ordine consecrato missa celebratur ⁊ sacrificiū altissimo offertur. Illud videlicet de quo propheta ait. Sacrificium deo spiritus contri. ⁊c. prout dicetur in prohemio quarte partis. Non enim debet fieri consecratio sine missa scōm Gelasium papam de cōsecr. di. j. omnes. quia tunc reuelat sacramētū qđ etiā angelis ab initio fuit absconditū. Et attēde quoniam in aspersione basilice pontifex lineis dumtaxat ⁊ minoribus vtitur indumentis: sed in missa vestibus ornatur pontificalibus ⁊ preciosis: recolens q; legalis pontifex in lineis sanctuarium expiabat: ⁊ post lotus in pontificalibus in olocaustum arietum offerebat. Sed quia in eisdē lineis hircum emittebat post expiationem ideo etiam in consecratione frontium ⁊ immersione catheccuminorum vbi peccata eorum transferuntur quidam vtuntur, simplicibus ⁊ lineis indumentis.

¶ De ꝓsecrationib⁹ ⁊ vnctionib⁹. Rubrica.

Egitur dominū p̄cepisse moysi vt cōficeret chrisma quo vnguento vngeret tabernaculū dedicatione ⁊ archā testamēti mēsamq; cū vasis: ⁊ quo similiter sacerdotes ⁊ reges iungerent de cōse. distin. j. §. j. Moyses tamē non legit fuisse vnctus nisi vnctione spirituali sicut ⁊ xp̄s. Voluit itaq; xp̄s non vnctione materiali iungi: vt ex illa cōsequamur spirituale: ⁊ ideo pia mater ecclesia diuersas exhibet vnctiones. De quibus hic aliqua persti ngamus dicentes. Primo quid hmōi significent vnctiones. Secūdo ex quib⁹ fiāt. Tertio de vnctione baptizandorū. Quarto de vnctione baptizatorū que p episcopū fit in frōte. Quinto de vnctione ordinandorū. Sexto de vnctione cōsecrandorum eporum ⁊ principū. Septimo de vnctione ecclesie altaris calicis ⁊ aliorū ministeriorū ecclesiasticorū. Octauo de extrema vnctiōe. Nono de cōsecratione ⁊ benedictiōe cymiterij vestium ⁊ aliorū ornamētorū ecclesiasticorū. Decimo de cōsecratione ⁊ benedictione virginū. Circa primū igitur notandum est q; due sunt species vnctionis. extra de sa. vnc. ca. j. exterior que materialis siue corporalis ⁊ visibilis est ⁊ interior que spiritualis ⁊ inuisibilis est: exteriori visibiliter vngitur corpus. De prima. Jacobus apostolus ait. Infirmatur quis ex vobis: inducat presbyteros ecclesie ⁊ orēt super eum vngētes eum oleo in nomine dñi ⁊ oratio fidei saluabit infirmū. De scōa. Jaco. apl's ait. Et vos vnctionē. i. vnctio quā ab eo accepistis maneat in vobis vt non necesse habeatis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio ei⁹ docet vos de omnib⁹. Unctio exterior signū est interioris. Interior ꝛo nō solū est signū id est significatū sed etiā sacramentū: qz si digne sumitur vel egit vel auget absq; dubio quod designat puta salutē. iuxta illud. Super ilios manus imponent ⁊ bene habebūt. Circa scōm sciendū q; exhibēdo exteriorē ⁊ visibilē vnctionē duplex oleū benedicitur. extra de sac. vnc. c. j. videlicet oleū sanctū vel catheccuminorū quo catheccumini vngunt ⁊ oleū infirmorū de quo infirmi vnguntur. De qua vnctione loquitur dicta auctoritas infirmatur quis ex vobis ⁊c. ¶ Qualiter autē fiunt benedictiōes vtriusq; olei ⁊ chrismatis in. vij. parte sub. v. feria cene dñi dicet. ¶ Sed queritur quare infirmi ⁊ catheccumini eleo iunguntur. Respōdeo vt ex visibilibus inuisibilia facilius capiātur sicut em̄ oleū fugando infirmitatē recreat artus fessorum: ⁊ de sui natura lumen prestat: sic credendum est q; vnctio olei consecrati quod est signū fidei peccata fugando sanitatem anime confert ⁊ lumen ei prestat. Si quidem oleum visibile in signo: oleum inuisibile in sacramento ⁊ oleum spirituale int⁹ est. De oleo infirmorum auctoritatem accepimus ab apostolis. De oleo catheccuminorū ab ap̄licis vir's: et licet deus posit oleum spirituale sine corporali tribuere quia tamen apostoli pro infirmis apostolici viri pro catheccuminis hac arte vsi sunt non sine peccato omitti potest quod eorum auctoritas

Moyses sicut ⁊ christ⁹ sola vnctiōe spirituali legitur fuisse vnctus.

vnctionis due sunt species.

Infirmi ⁊ catheccuminū re oleo vnguntur.

consecrauit prout sub tit. de altari dictū est sicut t antiquitus iusti sine circancisione placuere deo: sed postq̄ eis preceptū fuit vt circuncideret. hoc omittentes pctō subiciebantur. xxxv. di. ab exordio. ¶ Tertio dicendū est de vnctione baptizandorum. Et quidē in nouo testamēto. extra de sac. vnc. non solū reges t sacerdotes vngunt: sicut tā dicit. verumetiam quia xp̄s in sanguine suo fecit nos deo nostro regnum t sacerdotes. i. regales sacerdotes iuxta quod petrus apls ait. Vos estis genus electū. i. electi ex generibus hominū: regale sacerdotiū id est bene vos regentes. oēs xp̄iani bis ante baptismū iunguntur. s. oleo benedicto. Primo in pectore deide inter scapulas. t bis post baptismū scilz chrismate sacro. primo in vertice. deinde per episcopū in fronte: t p̄m Aug. vj. di. ecclasticarū. pme tres vnctiones introducte sunt potius vsu q̄ per aliquā scripturā. In pectore q̄dē in quo est locus. cordis baptizandus vngit oleo. Primo vt per spiritussancti bonū abiciat errorē: t ignorantiā t suscipiat fidē rectā: quia iustus ex fide viuit: t corde creditur ad iustitiā. Inter scapulas vero vt per spiritussancti gratiam excutiat negligētiā t torporē t exerceat bonā operationē: quia fides sine operibus mortua est: vt per fidei sacramētum fit mūditia cogitationū. In pectore vt per operis exercitiū sit fortitudo laboz. In scapulis quatenus fides per dilectionē p̄m apostolū operet. Oleū igitur a corde ad scapulas transfert quādo fides que mēte cōcipitur opere perficit: q̄ iuxta hoc fides est facere q̄ dicis. In vertice vero baptizatus chrismate a sacerdote inungitur vt sit paratus omni poscēti de fide reddere rationē: quia per caput mēs intelligit. iuxta quod legitur. Oculi. i. intellect⁹ sapiētis in capite. i. in mēte eius. s. mentis superior pars est ratio: t inferior sensualitas. Unde bene per verticem que est superior pars capitis intelligitur ratio que est superior pars mētis. De hoc etiā i. vj. pte sub sabbato sancto vbi agitur de cōfirmatione dicetur. Ideo aūt ante baptismū vngitur oleo benedicto t post baptismū chrismate sacro. quia chrisma solū competit xp̄iano. Christus cū a chrismate dicit vel potius a xp̄o dicit chrisma nō p̄m nominis formam: sed p̄m fidei rationē. A xp̄o vero christiani dicuntur tanq̄ vncti deriuent ab vncto. s. a xp̄o vt oēs cōcurrant in odorē vnguēti illius scilz christi cui⁹ nomen oleum est effusum: sed p̄m vim nominis christiani a chrismate dicunt secundum Isy. do. de hoc dicetur in prohemio scde partis. ¶ Rursus p̄m aug. de conse. di. iiij. prima vnctio ex oleo ostendit nos ad auditū plene fidei preparatos: t ad bonū xp̄i odorē vocatas: t ad renunciandum diabolo esse cōmonitos. Secunda vnctio in pectore t inter scapulas fit p̄m Rabanū ea. di. Deinde vt per fidē vndiq̄ muniamur. t ad bona opera perficiendaiper dei gratiam roboremur. Nēpe per pectus fidei virtus: per scapulas vero in quibus onus portatur hominis robur t operatio recte intelligitur. iuxta illud. xxvj. q. vj. alligant. alligant onera importabilia t imponūt humeris hominum. Ungitur ergo in pectore t inter scapulas: ve mente t actu opera diaboli postponat: t vt sit capax ad intelligendum verbū dei: t robustus ad portandū iugū ipsius t onus legis. Unctio vero que fit in vertice. i. summitate capitis super cerebrum fit p̄m ipsum eadē dis. postq̄ t dist. v. nouissime. vt celestis regni particeps fiat inunctus: t quia baptizati anima capiti. i. xp̄o desponsatur: t propterea fit cum chrismate oleo t balsamo cōfecto vt sciamus q̄ spiritussanctus ei datur qui inuisibiliter operatur: oleum nāq̄ fessa membra fouet: t lumen prestat: vt premissum est. Balsamus vero redolere facit. Siquidē fessa sunt aie membra quando penitet se contra deū egisse spiritussanctus venit ad illam illuminans eius intelligentiam t demonstrās ei peccata sibi esse dimissa vel dimittenda: t prestans illi bona opera que in aliis bonum inspirant odorē: quod per fragrātem balsamum designatur. Itē quia sedes superbie que semper iuxta ipsius nominis cōsonantiā superiora appetit in vertice esse videtur: ideo rite fit ibi hec vnctio sub forma crucis: t sub nomine humilitatis. Hanc vnctionem Siluester papa fieri instituit per presbyteros propter occasionē mortis. Unde credibile est q̄ ante eius tempus vtraq̄ vnctio: scz t verticis t frontis episcopo reseruabatur. Cum enim gremiū dilataretur ecclesie nec omnibus episcopi valerent per confirmationē occurrere: ideo ne sine chrismatis vnctione perirent instituit vt a sacerdotib⁹ in vertice supra cerebrū: vbi est sedes sapientie vngerētur ad robur t augmentū gratie. Unde si postea decesserint dicit Richardus in mitrali q̄ pro rata gratie augmentum cōsequētur t glorie. Uerūtamen t sine vnctione credimus solo baptismo saluari t sine manus impositione spiritū sanctū dari cui deus dare voluerit prout in actibus apostolorū legit. Arnaldiste tamē perfidi heretici asserūt q̄ nunc̄q̄ per baptismū aque hoies spm̄ sanctū accipiūt: nec samaritani baptizati illū receperūt donec man⁹ impositionē acceperūt. Sane vtraq̄ vnctio fit p̄m Rabanū. de cōse. di. iiij. postea in modū crucis vt ab eo tpe diabol⁹ in vase suo pristine cognoscēs signū sue interēptiōis. i. scē crucis qua iterēptus est tā sibi deinceps illud sciat alienū. i. a se alienatū. Fit quoq̄ p̄m eū. ea. di. deide vnctio i pectore cū inuocatione trinitatis: vt nulle reliquie latētis inimici in eo resideāt: sed in fide sancte trinitatis mēs ei⁹ cōfortet: t suscipiat t habeat intelligētiā mādatorū dei. Quisq̄s ergo fidelis bis inūgit p̄⁹ oleo postea sit⁹ bis chrismate. Primo in baptismo in vertice. Secundo post baptismum in fronte scilicet in confirmatione: quia etiā spiritussanctus bis fuit apostolis datus vt dicetur in sexta parte sub sabbato sancto. Quarto loco dicendum esset de vnctione que fit per episopum in fronte baptizati. sed de hoc dicetur in sexta parte sub sabbato sctō. Quinto loco circa vnctionem ordinādorū notādū est q̄ manus presbiteri ab epō inungūtur vt cognoscat hoc sacramēto se per spiritūsanctū susciperevirtutē t gratiā p̄secrādi. Unde eps

Christiani oēs ante baptismū bis oleo inungūtur.

Xp̄s vñ dicat

Xp̄iani a christo dicunt.

Arnaldiste perfidi heretici.

Unctio i pectore cū inuocatione trinitatis cur fiat.

eas inūgens dicit. Cōsecrare ⁊ sanctificare digneris dñe manus istas per istā vnctionem ⁊ nostrā benedictionē: vt quecūq; cōsecrauerint consecrentur: ⁊ quecunq; benedixerint benedicantur in nomine domini. xvj. q. j. §. Hoc ide ⁊ extra de sac. vnc. cap. j. Ideoq; viri deuoti osculantur manus sacerdotū statim post ordinationē eorum: credētes per hoc orationū illorum ⁊ bonorū participes fieri. Et vnguntur oleo sacro: vt opera misericordie pro viribus ad omnes debeant exercere. Per manus enim opera: per oleum misericordia designatur. Unde samaritanus ille appropiās vulnerato vinū super infudit ⁊ oleū vulneribus eius. Ungūtur etiā oleo vt humide sint ad offerendū deo hostiā ꝓ peccatis ⁊ large ad cetera officia pietatis: non aride et curue ad retinēdū. j. q. j. sicut vigeri. Utrūq; enim videlicet gratia curationis ⁊ charitas dilectiōis per oleū designat. Rursus ideo impositio manus cū oleo super caput ordinandi fit qz per manus opus. per digitos dona spiritussancti: ⁊ per caput mens intelligitur. Manus ergo imponitur: qz donis spiritussancti imbuit ad opera christi mittitur. Sexto circa episcoporū ⁊ principū vnctionē sciendū est ꝙ episcoporū vncto a veteri testamēto sumpsit originem. extra de sacra vnctione ca. j. Nā Leui. xxj. c. dicitur. Pontifex super cuius caput fusum est vnctionis oleū: et cuius manus sunt in sacerdotio cōsecrate. Sane episcopus vngitur chrismate: quod sicut premissum est cōficitur ex oleo ⁊ balsamo ⁊ vngitur illo tam in corpore q̄ in corde: vt interius nitorē conscientie quātum ad deū quod per oleū ⁊ exterius habeat odorem fame quo ad ꝓximū quod per balsamū designatur. De nitore conscientie dicit apostol⁹. Gloria nostra hec est testimoniū conscientie nostre. Nam omnis gloria filie regis abintus scilicet procedit. De odore bone fame idem apostolus ait. Christi bonus odor id est exemplum ⁊ imitatio sumus in omni loco: ⁊ alijs sumus odor vite in vitam. xxij. q. iij. Nabuchodonosor. in princi. quasi diceret: sumus exemplum dilectionis ⁊ bone opinionis ducentis invitam eternā. alijs odor mortis in mortem id est inuidie ⁊ male opinionis ducentis in mortē eternam. Debet enim episcop⁹ in se bonum habere testimoniū ⁊ ab his que sunt intus: ⁊ ab his que sunt foris vt cortina. i. fidelis cortinam. i. infidelem trahat scilicet ad fidē: ⁊ qui audit: scilicet addiscendo. credēdo dicat veni scilicet predicā. do et do. hoc vnguento caput ⁊ manus episcopi consecrantur. per caput enim mens intelligitur. iuxta illud cuāgelij. Unge id est humilia caput tuum et faciē tuam. i. conscientiā lana: scilicet lachrymis. Per manus opera designātur. iuxta illud in cānticis ⁊c. Manus mee. i. bona opera distillauerunt myrrhā. i. dederūt alijs bonū exēplū. Caput igitur vngitur balsamo charitatis. Primo vt episcopus diligat deū ex toto corde ⁊ ex tota mente ⁊ tota anima sua: ⁊ etiam christi exemplo proximū tuū sicut. i. ad id qd scripsi. Oleum enim in capite est charitas in mente ꝑm Greg. Secūdo caput vngitur propter auctoritatē ⁊ dignitatē qm̄ non solū episcopus: sed etiā rex cōsecratur. Tertio vt ostēdatur illius scilicet christi tāq; ei⁹ vicarius representare personā. de quo dicit ꝑ prophetā. Sicut vnguentū in capite ⁊c. Caput enim viri est christus. caput christi deus qui de se dicit. Spiritus dñi super me eo ꝙ vnxerit me ⁊ euangelizare pauperibus misit me. Christus em̄ caput nostrum vnctus est oleo inuisibili ipse pro vniuersa interpellat ecclesia: episcopus pro sibi cōmissa. Manus vero vnguntur propter mysteriū ⁊ officiū. Manus quidē que opera designant vngunt oleo id est chrysmate pietatis et misericordie. Primo vt episcopus operetur bonū ad omnes: maxime autē ad domesticos fidei nemini claudantur omnib⁹ aperiantur: iuxta illud. Manus aperuit inopi ⁊ brachiū extēdit ad pauperē. Manus arida manus auara. manus tenacitate contracta aperiri non potest. Ungantur igitur vt sanent ⁊ aperiantur: ⁊ vt indigentibus elemosynas largiantur. Sco vt ostendatur accipere potestatē benedicendi ⁊ consecrādi. vnde cum eas consecrator inūgit. consecrare inquit ⁊ sanctificare inquit dñe dignetis manus istas ⁊c. vt supra. Tertio vt munde sint ad offerēdum hostias pro peccatis. Et nota ꝙ licet manus epi inuncte fuerint oleo cū in presbyterū ordinaretur: iterū chrismate inungūtur cū in epm̄ cōsecrat extra de sac. vnc. c. vno. Siquidē per manus opera: per oleum spiritussancti vel gratie copta. per balsamū quod oleo admiscetur in chrismate odor bone fame designatur. Eccle. xxiiij. quasi balsamū non mixtum odor meus. Quia ergo in operibus episcopor⁹ ⁊ aliorū superiorū plus q̄ in alijs inferioribus munus spiritussancti apparere: ⁊ odor fame sentiri debeat. Iuxta illud secūda ad Corinthios. ij. Christi bonus odor sumus deo. nam ⁊ in celesti hierarchia superiores angeli inferioribus donis ⁊ gratia eminēt. lxxxvij. dist. ad hoc. idcirco in cōsecratione cōsecrationē manus alias oleo inūcte chrismate rationabiliter inūguntur. Poller etiā chrismate cōfirmatur: vt pollicis impositio cūctis proficiat ad salutē. Nēpe in veteri testamēto: nō solum vngebatur sacerdos: verūetiam rex et propheta: sicut in libris Regū habetur. Unde dñs precepit Helye. Uade ⁊ reuertere in domū tuā per desertū in damascū cumq; perueneris illuc vnges Azael in regē super syriam ⁊ Jeu filiū nausi: vnges regem super israel. Helyseum aūt filiū saphat qui est de abel vnges prophetam pro te. Samuel quoq; vnxit Dauid in regē. Sed postq̄ Jesus nazarenus quē vnxit deus spiritusancto sicut in actibus apostolorum legitur. vnctus est oleo pre consortibus suis qui secundum apostolum est caput ecclesie que est corpus ipsius principis vnctio a capite ad brachium est translata: vt princeps a tempore christi non vngatur in capite: sed in brachio siue in humero vel in armo in quibus principatus congrue designatur. iuxta quod legitur. Factus est principatus super humerum eius ⁊c. Ad quod etiam signandum Samuel fecit poni armum ante Saul cui dederat locū in capite mēse

Episcoporū vnctio a veteri testamēto sūpsit originem.

Sacerdos non solū vngebatur in veteri testamēto: verūetiā rex ⁊ ꝓpheta.

ante eos qui fuerant inuitati. In capite ꝥo pontificis sacramẽtalis est delinitio obseruata: qꝫ persona capitis scilicet christi qui est caput ecclesie in pontificali officio representat. Differt autez inter pontificis ꝛ principis vnctionem: quia caput põtificis chrismate consecratur brachiũ vero principis oleo delinitur. vt ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatẽ pontificis ꝛ principis potestatem. Et nota ꝙ sicut in euãgelio legitur quidam paterfamilias vocauit seruos suos et dedit illis decẽ minas. Siquidẽ vocatio serui est canonica electio cpi que fit ꝑm vocationẽ domini vocantis Aaron. extra de elect. trãsmissa. Mina datur ei quando is qui sibi manus imposuit dat ei verum euangelij: dicens. Vade predica. ꝛ ipse cũ primo ingreditur ciuitatem suam preter euangelium in pectore suo iuxta morẽ quarũdam ecclesiarũ ostendens quasi negociator minam suã. In quibusdã etiã ecclesijs cum archiepiscopus dat illi virgã dicit. Vade predica. ꝛ ille statim benedicit populum in quo signatur ꝙ moyses cum virga missus est in egyptum. Rursus episcopi in die sue consecrationis consueuerunt equitare equos albis pãnis coopertos representãtes illud quod legitur in Apo. xix. Exercitus qui sunt in celo sequuntur illum in equis albis. Siquidẽ exercitus qui sunt in celo sunt boni ꝛ iusti viri ꝛ prelati qui quotidie sequuntur pro celestibus deũ in omnibꝰ bonis operibus: qui ideo dicuntur esse in celo: qꝫ sola celestia diligunt ꝛ querunt. Vnde Apostolꝰ. Nostra cõuersatio in celis est. Ibi exercitus: id est boni ꝛ iusti viri ꝛ prelati sequũtur iesum quando scilicet expugnant in se vitia per correctionem. et in proximis per admonitionem. vnde Jacobus. Qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore vie sue liberabit animam suam a morte ꝛc. Isti exercitus sunt in equis albis ꝛ in corporibus castis. Corpora bonorũ dicuntur equi quia sicut equi diriguntur ꝑm voluntatẽ sessoris: ita iustorum corpora reguntur ꝑm voluntatẽ christi. Isti equi debent esse albi siue albis operti. id est corpora iustorum et prelatorum debent esse casta ꝛ munda. Si enim casta non fuerint: christum sequi nõ poterunt. Et petrus. Christus passus est ꝙ nobis vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius ꝛc. Sed ꝛ clerici sancte Romane ecclesie ex cõcessione constantini imperatoris. xcvi. dist. cõstantinus equitant equos decoratos lintheaminibus candidissimis colonis. Qua die debeat episcopus consecrari: quare et codex euãgelij ponitur super humeros cõsecrãdi dicetur in secũda parte sub titu. de episcopo. Septimo loco dicendum est de vnctione ecclesie altaris calicis ꝛ aliorũ ministeriorum ecclesie que ꝑm morem dum dedicantur inũguntur. extra de sacra. vnc. c. vno. non solũ ex mãdato legis diuine: sed etiam ꝙ moyses tabernaculum ꝛ omnia vasa ministerij sanguine aspersit: et ofa pene in sanguine mundabant: verũtamen exemplo beati siluestri qui qñ consecrabat altare illud chrismate perungebat. Precepit enim dominus moysi vt faceret oleũ vnctionis de quo vngeret tabernaculũ testimonij mensam archã testamẽti candelabrũ ꝛ suppellectilia. Exod. xxx. ꝛ xl. ca. et alia vt premissum est. Que vnctiones fiũt in rebꝰ inunctis ꝛ vt maior reuerentia exhibeatur et maior eis gratia infundatur. De his vnctionibus in suis locis dictum est ꝛ dicetur. Verum vnctionis sacramentum aliud quidem efficit ꝛ figurat tã in nouo ꝙm in veteri testamento. extra de sacra vnct. Vnde non iudaizat ecclesia cũ vnctiõis celebrat sacramentum sicut aliqui antiqui mentiũtur qui neqꝫ scripturas neqꝫ dei nouere virtutem. De vnctionibus ecclesie ꝛ altaris in suis titulis dictum est. Patena siquidem consecratur ꝛ inungitur ad ministrationem corporis christi: qui in ara crucis pro omnium salute immolari elegit. Hã ꝛ omnipotens deus cõspersam similaginem in patenis aureis ꝛ argenteis ad altare suum deferri iussit. Calix quoqꝫ cõsecratur ꝛ inungitur vt gratia spiritussancti perficiatur nouum sepulchrũ corporis ꝛ sanguinis christi: ꝛ ipse dignetur illum sua virtute perfundere qui calicẽ melchisedech famuli sui perfudit. Octauo de extrema vnctione que scilicet ex institutione Felicis pape quarti ꝛ ex precepto Jacobi apostoli datur laborantibus in extremis dicendum est. De qua dicunt quidam ꝙ illa non est ita proprie sacramentũ sicut chrismatio q̃ fit in fronte vel alia: quia sicut asserũt iterari põt cũ sit oratio super hominẽ quod in sacramentis nõ cõtingit. de cõse. di. iiij. ostẽditur ꝛ no. de cõse. di. v. ca. j. Sane hec vnctio nõ per solũ sacerdotẽ fieri potest si plures adesse non possunt. extra de verbo. signi. quesiuit. per quã quidẽ venialia remittuntur. iuxta illud Jacobi. Infirmatur quis ex vobis vt supra. Fit autem vnctio hec in diuersis partibus corporis siue membris propter causas que ex orationibus que tunc dicuntur colligũtur ꝛ specialiter in illis in quibus quinqꝫ sensus hominis vigent vt quicquid per illos infirmus deliquit per huius vnctionis virtutem aboleatur. De quibusdã ordinarie legitur ꝙ inungẽdus debet esse ad minus. xviij. annorũ ꝛ ꝙ egrotans semel dũtarat debet in anno inũgi: licet pluries egrotet: et ꝙ nullus inungendus est nisi qui prius compos mentis existẽs verbis aut signis illud postulauerit. xxvj. q. vlti. is qui. ꝛ capi. sequẽ. extra de senten. excõmu. ca. a nobis. ꝛ ꝙ nõ debẽt scapule inungi: quia in baptismo fuerũt inuncte ꝛ ammodo ministerio carent: ꝛ ꝙ cõfirmatus nõ debet inungi in fronte: sed in timporibus nec presbyteri manus vngebãt interius sed exterius: puta in ordinatione eiꝰ interius inuncte fuerũt: ꝛ ꝙ ab episcopo semel inunctus nõ debet propter eiꝰ reuerẽtiã vlterius per presbyterum inungi: extra de tempo. ordina. cũ in distribuendis de conse. di. iiij. c. fina. ꝛ ꝙ si eger inunctus cõualescit: loca inuncta lauentur ꝛ aqua lotionis in ignẽ proiciatur. Si vero decedat nõ lauet corpꝰ propter recẽtem vnctionem ꝛ ꝙ si eger in extremis laborat: cito vngatur ne inunctus decedat. v. dist. baptizati. Quidam etiam penitentes ꝛ morituri alicuius induunt ꝛ sternuntur in cinere vt dicetur in sexta.

Episcopi qui in die sue cõsecrationis eqũs albos equitãt quid representant.

Opinio aliquorum qui dicũt extremam vnctionem nõ esse ita ꝓprie sacramentũ sicut chrismatioq̃ fit in fronte.

parte sub quarta feria in capite ieiuniorū. Nono cymiterū quod eisdē gaudet priuilegijs cū ecclesia cōsecratur ⁊ benedicitur. xvij.q. iij. sicut dñs contumax. ⁊ ca. sequē. extra de. cōse. eccle. consuluisti ⁊ de immu. ecclesie. in rubrica. ⁊ ca. cū ecclesia. sicut dominꝰ benedixit per manꝰ seruorū suorum abrahā ysaac ⁊ iacob: terrā filijs effron. causa sepulture comparatā. Benedicitur autē vt vlterius desinat illic immundorū spiritū habitatio esse ⁊ fidelium corpora ibi vsq; ad diem iudicij requiescant in pace nisi paganorū vel infidelium vel etiā excommunicatorū corpora ibi fuerint inhumata donec inde fuerint electa. de ꝑse. di. j. ecclesiā. ⁊ c. ij. extra de sepul. fac. Illud etiā notādum ꝙ palle altaris vestimenta sacerdotalia. ⁊ huiusmodi ecclesiastica ornamēta benedicēda sunt. Legimꝰ cīm de cōse. dis. j. §. j. Moysen ex precepto domini tabernaculū diuinis precibꝰ sacrasse cū mensa ⁊ altari ⁊ vasis ⁊ vtensilibus ad diuinū cultum expiēdum. Si ergo iudei qui legis ⁊ futurorū vmbre seruiebāt hoc agebant. Heb. viij. ⁊. x. c. quāto magis nos quibꝰ veritas per xp̄m patefacta est hoc agere debemus. ⁊ hoc per epos sacratos ⁊ nō per coepiscopos. lviij. di. q̄uis. Unde legitur Exo. penul. Cuncta vasa ministerij benedixit moyses: ⁊ si sacre vesti petia vel filū adiungatur: nō ideo benedictionem iterari debere iuris testimonio cōprobatur. argu. instit. de re. diui. §. cū ex aliena. ⁊ §. qui tamē extra de cōse. eccle. qō in dubijs. Quare autem res hmōi ⁊ sikes bñdicantur ex earū benedictionibus colligitur euidēter. De vestibꝰ vero sacris dicetur ī prohemio tertie partis. Et attēde ꝙ benedictio seu cōsecratio ecclesie ⁊ vestiū ornamētorū ecclesiasticorū non fit: eo ꝙ illa sint gr̄e susceptiua cum sint inanimata: sed hoc noscit introductum: quia sicut ⁊ hoīes sic ⁊ illa per benedictionē ⁊ cōsecrationē diuino cultui habilitant: et idonea ⁊ maioris reuerētie efficiunt. Personis vero ꝙ vnctionē ⁊ bñdictionē maior gr̄a infundit. Quidam autē ornamētorū bñdictiōe manꝰ suspēdūt. de quo dicet in scḋa parte sub tit. de diacono De cimo esset de consecratione virginum dicendum sed de hoc in prohemio secunde partis agetur.

Cymiterij benedicto.

Palleal taris vestimēta sacerdotalia ⁊ hmōi ecclīastica ornamēta benedicenda sunt.

¶ De ecclesiasticis sacramētis. Rubrica.

Circa ecclesiastica sacramēta notādū est ꝙ ꝑm Gre. j. q. j. multi Sacramētū est in aliqua celebratione cum res gesta ita sit: vt aliquid significate rei accepimus quod sancte ⁊ digne accipiēdum est. Mysterium vero est qō occulte ⁊ inuisibiliter operat spiritus scūs: ita ꝙ operando significat ⁊ sanctificando benedicit. Mysterū ēm est in sacramentis: ministerium dicitur in ornamentis. Sed ⁊ ꝑm Augusti. de con. e. distin. j. sacrificium. ⁊ ca. signum sacramentū est inuisibilis gratie visibilis forma. Item sacrificiū visibile: inuisibile sacramentū. Item idem ſignum est res preter speciē quā ingerit sensibus aliquid aliud ex se faciens in cognitionē venire. Dicit etiā sacramentū sacre rei signum vel sacrū secretū. De hoc etiā in quarta parte sub sexta particula canonis dicet sufficienter.

Mysterium. Sacramētum Signū.

Sacramentipli cia.

Sacrm necessitatis ḋd ⁊ q̄re sic dicatur.

Scrm dignitatis ⁊ voluntatis.

Sacramētū voluntatis tantū.

Ḃñalis ecclie cōsuetudo circa matrimoniū ꝓhēdū.

Per verbo mysterū fidei ⁊ sub tit. de oblatione. Sane quedā sunt sacramēta necessitatis tātum: quedā dignitatis ⁊ necessitatis: quedā ordinis ⁊ necessitatis. quedā dignitatis ⁊ volūtatis: quedā vero volūtatis tantū. Sacramētum necessitatis tantū est baptismꝰ q̄ in summa necessitate a quocūq; dā tamē in forma ecclesie collatus prosit ad salutem. de sum. tri. ca. j. §. pe. xxij. di. §. verū. Et dicitur necessitatis: quia sine eo nemo saluari potest si ex cōtēptu deserat. De hoc sacramēto in sexta parte sub sabbato sancto dicet. Sacramētū dignitatis ⁊ necessitatis est cōfirmatio dignitatis: qr a solo epo cōfertur. extra de confirma. cūcto. de sac. vnc. c. j. necessitatis: qr ex contēptu illud dimittēs nō saluatur: vt in predicto. ca. quāto. De hoc etiā sub dicto sabbato dicet. Sacramēta vero ordinis ⁊ necessitatis sunt penitentia: eucharistia: ⁊ extrema vnctio: ordinis quia tantū a rite ordinatis secundū claues ecclesie dari debēt. nisi in necessitate in qua quis potest etiā laico confiteri. Necessitatis quoniā ex comtemptu illa dimittēs saluari nō potest. De penitētia vide in sexta parte sub tit. de quinta feria cene domini: ⁊ dixim⁹ in repertorio nostro sub titu. de pec⁹ re. De eucharistia in quarta parte sub canone dicetur. De extrema vnctiōe in precedēti titulo dictū est. Sacramētum vero dignitatis ⁊ volūtatis est ordo dignitatis: quia a solis epis cōfertur: vel quia nō nisi dignus ⁊ digne ad illum assumendus est. extra de sum. tri. ca. j. in fine. Volūtatis: qr sine illo quis saluari potest extra de episcopo qui re. epis. ca. j. ⁊. j. q. j. §. sed notādum. ⁊ §. ecce cum. De hoc dicetur in ꝓhemio secunde partis. Sacramentum volūtatis tantū est matrimoniū ⁊ dicitur volūtatis: quia sine illo q̄s saluari potest. Nō enim expedit homini ad regna celorum tendere volenti nubere. xxij. q. iij. tunc saluabitur. Circa qō notandū est ꝙ ꝑm canones xxij. q. iij. nō oportet. extra de feriis. capellanus. solennitas nuptiarū facienda non est a septuagesima quod est tēpus tristitie vsq; in octauā pasche nec tribus ebdomadis ante festū sancti ioannis. Sed ꝑm cōsuetudinē ecclesie generalis matrimonium publice contrahit in ecclesia a crastino dominice in albis: videlicet ab octaua die pasche vsq; ad primū diem rogationum Et in prima die rogationū in mane clauditur hec solennitas: ⁊ durat prohibitio vsq; ad octauā dié post pentecostem inclusiue: ⁊ sic loquitur Clemēs papa in sua epistola decretali extra de feriis. capellanꝰ. A prima quoq; dominica aduentꝰ vsq; ad epyphaniā nō debent nuptie celebrari vt in predicto ca. non oportet. xxxij. q. iij. Hec etiā fierent vsq; ad octauam epyphanie nisi qr dominus nuptias tum sua presentia: tum etiā miraculo decorauit. Unde tūc cantatur. Hodie celesti sponso iuncta est ecclesia. Quidā tamē dicunt sanctus esse ꝙ hec prohibitio vsq; ad octauā ipsius festi extendat. sicut officiū cōuersionis aque in vinū in nuptijs. In ꝑmissis ergo tēporibꝰ matrimonia nō contrahunt: quoniam ipsa tēpora sunt orationi deputata. Et ideo debet tunc homo etiā a lecto vxoris sequestrari.

Tpeq̃ a nuptiis abstineat ꝛ cõiugali ꝛ am plexu abstinẽdũ est.

Generaliter enim tempore quo abstineatur a nuptiis abstinẽdũ est etiã a coniugali amplexu. xxxiij. q.iij. per totũ. nisi forte ob fragilitatẽ humanitatis vir ab vxore poscat coniugale debitũ vel econuerso: quoniam poscenti soluẽdum est: quia scõm apostolũ vir nõ habet potestatẽ corporis sui sed mulier ꝛ econuerso. ꝛ extra de conuer. coniug. quo ãdã. Licet autem solennitas nuptiarum premissis temporibus interdicta sit quocũq; tamen tempore matrimoniũ legitime per verba de presenti cõtractum fuerit tenet. Quod vero statutũ est in canone. xxxiij. q.iij. ꝺ oportet. Ex trib⁹ septimanis precedentib⁹ festum beati Joannis baptiste nuptie celebrarentur ideo factum fuit vt liberius oratioñi vacetur. Instituerat enim ecclesia pu⁹ duas quadragesimas ꝑter maiorẽ vnã ãnatale domini que cõmuniter vocat sancti Martini. ꝛ durabat vsq; ad natale. Aliam scilicet quadraginta dierum ante festum beati Joãnis bap. in quibus vacandum erat orationibus: elemosynis: ꝛ ieiunijs. Sed propter hominũ fragilitatẽ ille due ad vnam sunt redacte: ꝛ iterum illa diuisa est in tres ebdomadas aduent⁹ ꝛ tres ante natiuitatem sancti Joannis in quibus est ieiunandum ꝛ a nuptiis est abstinẽdum. ¶ Porro scõm beatum Jsido. ea.q. femine dum maritãtur: ideo velantur: vt nouerint se semper viris suis subditas esse: ꝛ quia Rebecca videns Jsaac se velauit. Item ideo nubentes post benedictionem vitta vno inuicem vinculo copulãtur ne compaginem id est fidem vnitatis coniugalis disrumpant. Eadem vero vitta candida purpureoq; colore permiscetur: quia candor est mundicia vite purpura ad sanguinis posteritatẽ adhibetur vt hoc signo ꝛ continentia ꝛ ter continendi ab vtriq; ad tempus admoneatur: ꝛ post hoc ad reddendum debitum non negetur. Item ꝙ in primis anulus a sponso sponse datur: fit nimirum propter mutue dilectionis signũ vel propter id magis vt pignore id est signo eorũ corda iungantur. Unde ꝛ in quarto digito ideo anulus infertur: quia in eo vena quedã vt fertur sanguinis ad cor vsq; perueniat. Item protheus quidã sapiens primum ob amoris signũ ferreum anulũ fecit ꝛ inibi adamantẽ inclusit: ꝛ inde subb arrari sponsas instituit: qi sicut ferũ omnia domat: sic amor omnia vincit: quoniã nihil amoris furore vehemẽti⁹: in aut. de nup. Et sicut adamas est ifrãgibilis: sic amor est insuperabilis. Fortis est enim vt mors dilectio. Jdeoq; in digito anulari in quem vena procedit a corde illũ portare instituit. Postmodũ vero pro ferreis sunt aurei constituti: ꝛ pro adamante gẽmis ornati: quia sicut aurum cetera metalla: sic amor vniuersa bona precelit: ꝛ sicut aurũ gẽma decoratur: sic coniugalis amor ceteris virtutibus adornatur. Nuptie autem scm Ambrosium ea.q. nec illud dicte sunt a nubẽdo. Ille enim que nubunt caput propter verecũdiam obnubere nõ loqui solent: vnde ꝛ Rebecca viso Jsaac cui desponsari debebat caput obnubere cepit. xxxij. q.ij. honorat ti fi. Verecũdia nãq; debet pcedere nuptias quo ipsum coniugium pius verecundia commendet ꝛ magis expetita debet videri a viro q̃s ipsa virum expetisse. Sed scm Hiero. ca. connubia. Connubia legitima peccato carẽt nõ tamen tẽpore illo quo act⁹ cõiugales gerunt ꝑsentia spũssancti datur etiã si propheta esse videatur que officio generationis obsequitur. ¶ Notandum etiam est ꝙ triplex spirituale sacramentũ in carnali matrimonio consummato designatur. Primum sacramentum est vnio fidelis anime ad deum per fidem: dilectionem ꝛ charitatem siue vnio voluntatis scilicet charitatis que consistit in spiritu inter deum ꝛ iustam animã. extra de big. debitum. Unde apostolus. Qui adheret deo vnus spiritus est cũ illo. Hoc sacramentum significatur per coniunctionẽ animorum habitã in prima desponsatione carnalis matrimonij. Secundum est vnio humane nature ad deum que facta est in vtero virginali per incarnationem verbi dei siue nature conformitas que consistit in carne inter christũ ꝛ sanctam ecclesiam. de conse. dist. ij. in christo patre. Ad quod ꝙ tinet illud. Verbũ caro factum est ꝛc. Hoc sacramentũ designatur in matrimonio carnali per coniunctionem corporum consummato: nõ ꝙ ipsa cõiunctio in qua spiritussanctus nõ adest illud designet sed per ipsum actum consummatũ significatur. Tertium sacramentum est ecclesie vnitas ex omnibus gẽtibus collecta: ꝛ vni viro scilicet christo subiecta. xxvij. distin. acutius. Hoc sacramentum significatur in eo qui vnicam tantum ꝛ virginem habuit vxorem facto postmodũ clerico ꝛ ordinato: vbi vero quis ad bigamiã siue ad secundum matrimoniũ transit: iam ab vnitate recedit: quia carnẽ suam in plures diuidit. ꝛ sic huius tertij sacramenti significatio in eo non cadit: quare promoueri non potest: nam promotus vnitatem significare non potest. Preterea per scõm matrimonium receditur a prioris coniunctione matrimonij. Ecclesia vero ex quo christo se coniunxit nunq̃ ab eo discessit: nec ipse ab ea. Bigamus ergo talem vnitatẽ significare nõ potest. Unde merito propter huius sacramenti defectũ promoueri nõ põt. extra de secũ. nup. c.j. ꝛ c. vir. ꝛ xxxj. q.j. de his. Illud etiã nota ꝙ sicut statutum est in cõcilio chartagi. xxv. distin. sponsus. ꝛ xxvij. di. sponsa. Sponsus ꝛ sponsa benedicendi a parentibus vel a paranymphis offerantur ecclesie sacerdoti. Accepta autẽ benedictione eadẽ nocte pro reuerẽtia benedictionis in virginitate permaneant. Celerũ nuptie benedicẽde sunt a sacerdote cuz precibus ꝛ oblationibus ex institutione Euaristi pape xxx. q.v. ca.j. Verũtñ vir vel mulier ad abigamiã trãsiens matrimoniũ ꝓtrahendo nõ debet a presbytero benedici. extra de secun. nup. ca.j. ꝛ c. vij. xxxj. q.j. de his qui. quia cum alia vice benedicti sint eorũ benedictio iterari non debet. Non ergo debent nuptie benedici. nisi vbi virgo cum virgine cõtrahit propter rationem que ponitur in prohemio scõe partis immo presbyter qui benedictionem cum secunda vxore celebrauerit officio ꝛ beneficio suspensus est ad sedem apostolicã mittenꝺi.

Anul⁹ ꝙre sponse dat a sponso.

Anul⁹ ꝙre i ꝙrto digito ponit.

Nuptie vnde dicte.

Triplex spũale sacramẽtũ in carnali matrimonio cõsummato designat.

Vir vel mulier ad bigamiã trãsiẽs matrimoniuz ꝓhendo nõ debz a ꝑsbytero benedici.

dus:quod quidē ad exhortationē cōtinentie nō fatur introductū secundum quorūdam locorum cōsuetudinē si quis contrahat cū secūda virgine benedictio iteratur ꝛ hoc si dñs papa sciat ꝛ tole rat:alioquin non valet. Dicūt etiā quidā ꝙ si aliqui virgines contrahentes nō fuerint benedicti: facti bigami iterū cōtrahendo poterūt benedici: sed ꝛ si cōtrahētes fuerint benedicti:licet se nō cognouerint carnaliter:non ideo iterū cōtrahentes benedicent:de benedictione virginū dicet in prohemio secūde partis. Notandū aūt est ꝙ vnū sacramentū dignius est alio:quattuor modis.s.ratione efficacie vt baptismus:ratione sanctitatis: vt eucharistia. de cōse. dist.ij.nihil:ratione significationis:vt cōiugiū:quidā tñ nō approbant istū modū:ꝛ ratione cōferentis:vt cōfirmatio ꝛ ordo.

Sacramētum vnū alio dignius est q̄tuor modis.

¶Sed querit quare instituta sunt sacramēta: q̄ sine illis potuisset deus humano generi vitā eternā ꝛ gratiā donasse:Respondeo ꝓpter tria. Primo ꝓpter humiliationē vt dū hō ex dei precepto se reb⁹ insensibilib⁹ ꝛ se inferioꝛib⁹ reuereēter subiicit ex hac obedientia magis apud deū mereatur. Scōo ꝓpter eruditionē:vt per id quod fons in specie visibili cernit ac inuisibilē virtutē que intus est agnoscendū mens eruditat. Tertio ꝓpter exercitationē:q̄ cū hō ociosus esse nō debeat ponit ei vtilis ꝛ salubris exercitatio in sacramentis:qua vanā ꝛ noxiā declinet occupationē. Juxta illud. Semp aliq̄d boni opis facito vt diabolus inueniat te occupatū de ꝑse. dist.v.nūq̄. Nō ergo debēt omitti ꝙt in preced.ti tl.dictū est.

¶Incipit liber secūdus.

¶De ministris ꝛ ordinibus ecclesiasticis ꝛ de eorum officijs.



In hac secunda parte de ministris ꝛ ordinibus ecclesiasticis eorūq̄ officijs tractare pretendimus: premittentes ꝙ tres sunt secte famose:videlicet gentilū:hebreorum ꝛ christianorum. Prima est erroris. Secunda veritatis. Tertia veritatis ꝛ salutis. In prima naufragamur. In secunda a periculo eripimur. In tertia saluamur. Prima secta dicitur a secando:quia secat:id est separat nos a deo. Secunda ꝛ tertia a secando ꝛ tenēdo quoniam illuminant saluant et liberant. Christianorum persone tam seculares q̄ ecclesiastice de alijs duabus sectis sumpte sunt:hebrea videlicet et gentili. Sicut enim apud nos sunt duo genera personarum videlicet laicales et ecclesiastice.xij.q.j.duo. sic apud gētiles ꝛ hebreos. Apud gentiles quidem seculares persone erant he.non monarchas.scilicet imperator romanus:patricij: qui ꝛ senatores dicebantur. Ad quorum arbitriū vniuersa ordinabantur: reges: duces: comites: presides:prefecti:suffecti:tribuni militum:tribuni plebis:pretores:centuriones:decuriones:quaterniones:duumuiri questores:ediles:ꝛ aule ianitores. Inter poetas vero erant aduocati:carminum relatores:carminum scriptores:comedi: tragedi: et hystoriographi. Vates autem qui a vi mentis dictus est modo sacerdotem: modo prophetam: modo poetam significat secundum Jsidorum. In ritu templorum erant apud gentiles archiflamines:prothoflamines:flamines ꝛ sacerdotes vt iam dicetur. Erant quoq̄ apud eos virorum et mulierum religiosi conuentus. Apud hebreos quoq̄ eadem erat diuersitas personarum:alienā q̄ erant seculares:alie diuino cultui: videlicet in templo dedicate. In templo erant summus sacerdos:vt melchisedech:minores sacerdotes:leuite: nathinei:luminum extinctores: exorciste: ianitores:editui seu cantores. Super populum vero regendum erat dux populi Moyses ꝛ sub eo quos ipse constituerat ad consilium Jetro soceri sui: erant etiam ciliarche ꝛ acontharche:penthacontarche: et decacontarche.i. milenarij: centenarij: quinquagenarij ꝛ decani. Cilios enim interpretatur mille:ꝛ archos princeps:inde ciliarcha id est princeps super mille:ꝛ a centum inde et a centarcha qui super centum potestatem habebat. Penthacontarchus dicitur qui preest quinquaginta: penta enim quinq̄ sonat. Decanus qui decem. deca enim decem sonat. Apud christianos quoq̄ similis diuersitas reperitur. ¶Et nota ꝙ christiani a xp̄o dicti sunt. Christus vero a chrismate: de quo dictum est in parte prima sub titulo de consecra. Nomen christianorum primum in antiochia inuentum est. Antea enim omnes vocabantur discipuli vel fratres:donec apostoli in antiochia cōsilium fecerunt.ij.q.iij.ad mensam. Et dicunt christiani orthodoxi id est recte gloriātes:ꝛ vt credūt viuentes:nam orthos grece dicitur recte latine:ꝛ doxa gloria. Dicitur ergo christus a chrismate q̄si vnctus. Ipse autez vnctus est eternaliter a deo pre consortibus suis:prout legitur in act.apostolorum.ꝛ hoc nomen est oleum effusum. Hinc est ꝙ in veteri testamento sacerdotes ꝛ reges christi nuncupabantur:quia vncti erant vnctione temporali. Juxta illud. Nolite tāgere christos meos. Hoc autem nomen christus non est proprium nomen saluatoris:sed est communis nuncupatio potestatis: est enim commune nomen dignitatis. Sed hoc nomen Iesus proprium est vocabulum persone saluatoris quo ab angelo. Gabriele

Persona ꝛ duo genera.

Vates a vieo dictos per multis placet.

in conceptione vocatus est euangelista testante. Vocabis inquit nomen eius iesum: et ab hominibus in circuncisione. Et nota q iesus hebraice dicitur messias: grece christ⁹: vel sother: vel sophir: latine unctus: vt premissum est: vel saluator eo q ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Potestatem enim habet dimittēdi peccata sicut et ipse dicit: vel saluatorus: q ipse nobis salutē dedit. Si enim precepta eius seruauerimus: vitam eternam possidebimus. Hoc autem nomen iesus porphirius philosophus greca et latina lingua peritꝰ scribebat latine iesus grece vero per h quā greci per i longā sonant. Unde et quidā proferunt gyesus: latini per e longam. Rectius ergo videtur sic esse pingendum yhs per grecam abbreuiationem: q̄ hiesus per latinam aspirationem. Sed et hoc nomen christus cū sit grecum: greca scribitur abbreuiatione sic christus. Nam greci ponunt x pro ch. p. pro. r. et. c. pro. s. Si autē scribitur per s a latina terminatione finitur: ergo si longa scemate scribitur sic per aspirationez pinguatur christ⁹.

Jesus p priū saluatoris vocabulum.

De christi nominibus.

Circa nomina autē christi notandū est q quedā ex ipsis dicuntur de christo latine seu quasi relatiue seu relatiue. vt pastor: spōsus: et mediator: quedam nō relatiue: vt homo: quedam transitiue: vt agnus: ouis: vitulus: serpens: aries: leo: vermis: et quedam cum sint institutione relatiua: sunt ēm prerogatiua priuilegij appropriata vt christus. Jesus autem est proprie proprium nomen eius: vt premissum est. vocatur etiam christus alpha et o: id est principiū et finis et hebraice emanuel q̄ est nobiscum deus interpretatur. Nobiscum enim est per presentiam maiestatis: per participationē veritatis: per vinculum charitatis: et per adimpletionem veritatis. Vocatur preterea via veritas et vita. Job. xviij. Via in exemplo vel precepto: veritas in promisso: vita in premio. Sabaoth vero: id est deus exercituum. adonay quod est dñe. athanatos. id est immortalis. kyrios. id est dominus. Theos id est deus. Panthocrator. id est pater disponēs vel perfectus. Homoyson. id est vnius essentie. Nomina sunt dei non tantū persone christi. de conse. dist. ij. ego. Vocatur propterea christus ꝑm Esa. admirabilis consiliarius deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis: admirabilis in incarnatione: consiliarius in integra rerum cognitione: deus in rerum creatione: fortis in rerum dispositione: pater futuri seculi in meritorum retributione: princeps pacis dicitur vel quia fuit mediator dei et hominum vel etiam hominum et angelorum: vel quia confert illis pacem que exuperat omnem sensum cuius pacis non erit finis: vocatur etiā christus ineffabili nomine tetragramaton. id est quattuor litterarum que sunt: ioth: hee: vau: beth. q̄ sunt apud nos i: e: u: he. est ergo nomen iehue quod dicitur ineffabile: nō quia nō valeat fari: sed quia non est deus hoc nomine nisi in ardus in nocandus: vel quia eius tentetia sufficienter nequeat explicari. cuius interpretatio est talis. ioth. principiū he. iste. vau passionis. beth. vite. quasi iste est principium vite passionis. Genitiuus more grecorum ponitur pro ablatiuo passionis: pro passione. id est per passionē. Quomodo autem vita nostra ab ipsius morte dependeat non possumus intueri. De hoc dicet in tertia parte sub titu. de indumentis legalibus. Hoc autem nomen deus appropriatur patri et filio et spiritui sancto prout in symbolo athanasij legitur. Quāuis etiam quandoq ad alias personas extendatur iuxta illud. Dijs non detrahes. extra de here. cum ex iniuncto. ij. questio. j. ex sacerdotibus. Et alibi. Applica illum ad deos. Et apostolus. Nam et si sunt qui dicātur dij siue in celo: siue in terra: nobis tantum vnus deus pater ex quo omnia et idem. Si nostrum euangelium est opertum: in his qui pereunt est opertum: in quibus deus huius seculi excecauit mentes infidelium. Rursus. Jesus dictus est nazarenus a quodam vico galilee: deus dictus est propter vnicam cū patre substātiā dominus vero dicitur propter seruientē creaturā deus et homo dicitur: q verbū et caro: verbū dicitur q pater per eum omnia cōdidit siue iussit ymago dicitur propter parem similitudinem patris. Siquidem apud christianos seculares ꝑsone laici dicuntur. laos enim grece dicitur populus latine. Clericales sunt qui i ecclesia deseruiūt vel ipsam regunt a cleros quod est sors prout iā dicetur. Hec autem subdiuiduntur in monachos. id est in singulariter degentes. xvj. questio. j. si cuis. nam monos grece dicitur singularis latine et arios religiosos. Sunt autem quattuor genera monachorum. alij sunt cenobite qui videlicet in cōmuni monasterij regula et vita obedientie maiorum deseruiunt. alij sunt anachorite qui videlicet edificant solitudines: et q̄ibus in communi vita positi priuate tamen contemplationi vacant. Alij sunt heremite qui videlicet solitarie in desertis degunt. Alij sunt gyrouagi. id est vagabundi et circuncelliones. xxij. questio. v. ca. primo. Religio vero dicta est q per eaz vni deo religamur ad diuinum cultū vinculo seruiendi: et in clericos seculares qui vsurpato nomine seculares dicūtur. extra de offi. ordi. licet. ad differentiam regulariū qui proprie carent: quod contingit in istis. Nā et ꝑm Augu. ij. q. j. legi. bonus non monachus vir bonū clericū facit. Sed ecclesiasticarū personarū duo sunt genera. Nam aliud est dignitatis: aliud ordinis. Dignitatis vt papa: patriarcha: primas: archiepiscopus siue metropolitanus quod idem est: episcopus: archidiaconus: et archipresbyter: et prepositus. Quamuis omnes qui presint prepositi generaliter rite vocentur. extra de verb. signi. q̄ibus. in choro vero persone sunt decanus: subdecan⁹: cātor siue precētor: succētor: thesaurari⁹: siue sacrista archiacola et hmōi. Dignitates autez vt ordines o lege originem et exemplū traxerunt. iuxta illud. Constitues eos principes super oēm terrā q̄q̄ quidam dicūt dignitates a gentilitate sumpsisse initium. Ordinis autē persone sunt: sacerdos: diaconus. et ceteri quos inferius ꝓsequemur. Qualiter a veteri ritu tā gentiliū q̄ hebreorū ad cultū presentis ecclesie translatio persona-

Persone seculares apud christianos vocātur laici: et q̄ sint clericales.

rum facta sit: z qualiter ab illis persone dignitatum in ecclesia z originem habuerunt: breuiter videamus et quidem dominus papa qui pater vel custos patrum est vicem gerit summi pontificis: romanus imperator monarche similitudinem gerit. Senatoria et patriciorum dignitas manet in ecclesia in quatuor patriarchis: et in ecclesia romana in cardinalibus. lxxxvj. distinctione. constãtinus. Primates qui trib⁹ archiepiscopis preesse habent regem exprimũt qui tribus ducib⁹ preest. Metropolitani seu archiepiscopi ducibus comparantur qui plurib⁹ comitibus presunt sicut illi pluribus episcopis. Pelagius tamen papa dicit vj. q. iij. scitote. q vna prouincia habet regem et metropolitanum. Episcopi comitum similitudinem gerunt coepiscopi quorum potestas sublata est. dist. lxviij. cuius ca. coepiscopi. presidum et prefectorum. Prepositi vero tribunos militum imitãtur. Archipresbyteri tribunos plebis: cancellarij pretores: archidiaconi centuriones: decani decurriones: presbyteri curati aduocatos. Persone quoq; ordinum ab illis originem habuerunt: nam presbyteri vices gerunt edilium: diaconi quaternionum. subdiaconi duũuirorũ: exorciste questores imitantur: ostiarij aule tanitores. lectores carminum relatores: accoliti carminum scriptores. Sane episcopalis ordo ꝑm Isido. xxj. dist. cleros quadripartitus est. vcz in patriarchis: archiepiscopis: metropolitanis atq; epis. Aplica autẽ fides sicut ait Anacletus papa. xxij. dist. sacro. caput et cardo est aliarũ: qm̃ sicut ostiũ cardine regitur: sic illius auctoritate oẽs ecclesie reguntur et inde dicti sunt cardinales p quos tota ecclia sicut ostiũ per cardinalẽ gubernat. Illius autem prelat⁹ papa. i. pater patrum vocatur et vniuersalis: q vniuerse ecclesie principatur. et apostolicus: quia principis apostolorũ vice fungitur: z summus pontifex: quia caput est oim pontificũ: a quo illi tanq; a capite mẽbra descendũt: et de cuius plenitudine oẽs accipiunt quos ipse vocat in partem sollicitudinis non in plenitudinẽ potestatis. extra de vsu pallij. ad honorẽ. Hic est Melchisedech cui⁹ sacerdotiũ nõ est ceteris cõparatum. Patriarcha vero greca lingua summus patrũ interpretat: q primum. i. apostolicũ retinet locũ. xxj. di. cleros. et ideo q summo honore fungitur tali nõie censetur sicut romanus ꝓstantinopolitanus antiochenus alexãdrinus Hierosolymitanus. Dicatur etiã patriacha quasi pater arche. i. ecclesie vel pater patrum princeps. Archos enim grece princeps interpretatur latine. hic est Moyses qui aaron in pontificem oleo cõsecrauit. Archiepiscopus greco vocabulo dicitur eo q sit summus seu princeps episcoporum. Tenet em̃ vicem apostolicã z presidet tam metropolitanis q̃ ceteris epis Metropolitani seu metropolite a mensura ciuitatũ vocãtur: singulis em̃ prouinciis preeminent quorũ auctoritati z doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt sine quib⁹ nihil reliqs epis agere licet. Sollicitudo ei totius prouincie ipsis cõmissa est. vnde Pelagius papa ait. v. q. iij. Scitote. Scitote certã esse prouinciã que habet decez aut vndecim ciuitates z vnũ regem: z totidez minores potestates sub se: z vnũ metropolitanũ alioq; suffraganeos decẽ vel vndecim iudices epos. Ad quorum iudiciũ omnes cause episcoporum reliquoq; sacerdotũ ac ciuitatum referantur. Omnes autem superius designati ordines episcoporum z superiorum vno eodẽq; vocabulo episcopi nominantur. Sed priuato nomine quidã vtuntur propter distinctionẽ potestatũ quã singulariter acceperũt. Episcopatus vocabulũ vnde dictum sit sub tit. de epõ dicẽ. Porro ꝑm Anacletum papã. xcix. dist. prouincie. Primates et patriarche diuersorum nominũ: sz eiusdem forme atq; officij sunt. Et ideo quidam primates vsurpant sibi nomen patriarche vt aquileiensi. z grandẽ. Primatia autem dicta est a primi tis conuersionis ad fidem. In concilio quoq; affricano eadem distinctione prima statutum est vt prime sedis episcopis princeps sacerdotũ aut summus sacerdos aut aliquid huiusmodi sed tãtum prime sedis epus appelletur. Pelagius etiam papa statuit cadẽ dist. nullus. vt nullus patriarcharum vniuersitatis vocabulo vnq; vtatur: nec aliquis in suis episcopis vniuersalem nominet illum: quasi si vnus patriarcha vniuersalis dicitur patriarcharũ nomẽ ceteris derogatur z subtrahitur. Ad hoc summoq; pontificum presulũ atq; reliquoq; sacerdotum institutio in veteri testamẽto sumpsit exordium z in nouo est plenius consummata. xxj. dist. §. j. Summi namq; atq; minores sacerdotes a deo per moysen instituti sunt vt ppetuus esset cultus tabernaculi per successiones eorum a filijs israel. Exo. xxvij. Dauid aũt ministeria domus dei amplians tanitores instituit z cantores. Salomon exorcistas inuenit: sicut sub titu. de sacerdoce dicetur. Hec omnia ecclesia in nouo testamento imitata est vt iam dictum est. Habet em̃ tanitores quos ostiarios appellamus pro cãtoribus vero lectores simul z cantores instituit. Exorcistas etiam nomine et officio antiquo manente recipit pro filijs aarõ. Oẽs infra summũ põtificem sacerdotũ administrantes consecrati sũt inter quos quedã discretio est exorta vt alij appellentur simpliciter sacerdotes: alij archipresbyteri: alij episcopi: alij archiepiscopi seu metropolite: alij primates: alij patriarche: alij summi pontifices vt premissum est. que discretio maxime a gentilibus introducta est qui suos flamines: alios simpliciter flamines: alios archiflamines: alios pthoflamines. i. primates appellabant: hi in capite pileum habebãt in quo erat breuis virga qua a cornibus sacrificioꝝ aues arcebant. Pileum autem ipsum desuper aliquid lane habebat qõ cum pondus ferre non possent filũ tm̃ in capite ferre ceperũt. vnde a filo quo vtebant flamines dicti sũt quasi filamines. Verũ festis diebus filo deposito pro sacerdotij eminẽtia pileũ imponebãt. Mosaico quoq; z minorum sacerdotũ discretio in nouo testamẽto ab ipso christo sumpsit exordium: qui apostolos pro maioribus: discipulos pro minoribus sacerdotibus instituit. Petrum vero in sum-

Epalis ordo q̃ dnptus est.

Prima tes z patriarche diuersorũ nom̃ sz eiusdẽ forme atq; officij sunt.

mum sacerdotem elegit. Apostoli etiam eandem formam secuti in singulis ciuitatibus episcopos et presbyteros ordinauerunt prout sub titu. de sacerdote dicetur. Leuitas vero ab apostolis legimus ordinatos. vnde Cyprianus ait. xcij. di. dñs. Meminisse debent diaconi qñ episcopos ⁊ prepositos dñs elegit. Diaconos autē post ascēsum dñi in celum apostoli sibi constituerunt: subdiaconos ⁊ accolitos tempore p̄cedēte ecclesia sibi constituit. Et sic canon clementis pape testat. lxxxj. distin. quibus beatus Petrus episcopos primates vel patriarchas in illis ciuitatibus poni precepit: in quibus olim apud ethnicos siue gentiles erāt flamines eoꝝ atq; prime legis doctores. In quibus vero olim apud eos erāt eoꝝ archiflamines: quos minores reputabāt q̄s dictos primates eoꝝ archiepiscopos instituī precepit: ⁊ in singulis reliquis ciuitatibus singulos episcopos. Anacletus papa instituit ꝑsbiteros p castella ⁊ villas poni et ordiari.

Anacletus quoq; papa ea. di. episcopi. instituit presbyteros per castella ⁊ villas poni et ordinari. Leteruñ in leui. legitur voce superna ad Moysen dictū esse. Loquere ad aaron homo de semine tuo per familias qui habuerit maculā non offerat panes deo suo: nec accedat ad ministeriū eius si cec⁹ fuerit: si claudus: si paruo vel grandi vel torto naso: si fracto pede: si mancus: si gibbus: si lippus: si albuginē habens in oculo: si iugē scabiē: si impetiginē in corpore: si p̄derosus: si languidus: qui dignū est dare deo q̄ dedignatur homo. lxxj. dist. hinc esñ. ⁊ c. sequēti in quo instituit quales a clericatu sint repellēdi. Dicuntur aūt clerici a cleros grece q̄ est sors seu hereditas latine quasi sint de sorte dñi: vel quasi dñs eoꝝ sit. Juxta illud pphete. Dñs pars hereditatis mee ⁊c. xij. q. j. clericus. ⁊. c. qui. extra de preben. cum 9m. Ex quo patet q nihil extra deū habere debēt: sed solum decimas primitias ⁊ oblationes que sunt hereditates dñi accipiant siue quasi sint sorte electi. In veteri namq; testamēto ⁊ apud gentiles ⁊ clerici ⁊ sacerdotes sorte et liberis eligebantur et in nouo testamento Mathias sorte electus est. Primus autez clericus factus est petrus. Jginus papa decim⁹ a beato Petro cōposuit clerū. ⁊ distribuit gradus Circa coronam clericorum tria attendenda sunt scilicet capitis abrasio: capillorū detruncatio ⁊ forme circulatio. Ad capitis abrasionē tria sequūtur scz mundicie cōseruatio deformatio ⁊ denudatio. Mūdicie cōseruatio: qr ex capillis sordes in capite aggregātur. Deformatio: quia capilli ad ornatum sunt significat ergo tonsura mundā ⁊ nō formabilem vitam. i. q clerici debent habere mundiciam mentis interius ⁊ non formabilem vitam id est non exquisitum habitum interius 9m Dionysium in ecclesiastica hierarchia. Rasura quoq; et tōsura capillorū est depositio omniū tēporaliū. Clerici esñ victu ⁊ vestitu contēti oīa communia habere debēt. j. q. j. clericus. ⁊. c. dilectissimus. Ñ contra apostolum comā non nutriant: sed caput desuper in modu sphere radant. xxij. di. prohibite. Denudatio autū superioris partis capitis nullum debere esse medium inter nos et deum demōstrat vt reuelata facie gloriam domini libere contemplemur. ¶ Rursus radimus caput relictis inferius in modum corone capillis: quia caput mentē signat: capilli ꝙo seculares cogitationes. Sicut ergo caput mundatur superius a capillis ita mēs nostra dū superiora. i. celestia cogitat a secularib⁹ cogitationibus mundari debet: sed pars inferior capillos habet: quia non est prohibitum aliquando de secularibus cogitare sine quibus vita presens duci non potest. j. q. j. si quis obiecerit. ¶ Circa detrūcationem capillorum notanduz est q illa significat q clerici oēs superfluas cogitatiōes debent a mente abscindere. ¶ Abrenso igitur capite et patentibus auribus incedere debēt ne capilli crescendo aures operiant et oculos impediant. xxij. di. non liceat quoniam prouidendum est ne seculares cogitationes aures et mentis oculos impediendo nos ad secularia trahāt: vnde capillos super aures tondeamus vt quinq; capitis sensus expeditos ad dei seruitium habeamus. ¶ Bene igitur ad Ezechielem dicitur. xliij. c. Sacerdotes caput suum non radant: neq; comaz nutriant sed tondentes attondeant capita sua. Siquidē vt ait Greg. in pasto. li. v. c. xvij. Capilli in capite exteriores sunt cogitationes in mente qui dum super cerebrum insensibiliter ouūtur curas vite presentis exprimunt: que quia ex negligenti sensu importune aliquando prodeunt: quasi non nobis sentientibus procedunt. Quia ergo sacerdotes qui sunt sacri fidelium duces sollicitudines exteriores habere possunt: nec tamen eis vehementer incūbere debent: recte caput radere et comam prohibentur nutrire: vt cogitationes cordis de vita subditorū nec a se funditus amputent: nec rursus ad crescēdum nimis relaxent. Et bene subditur. Tōdētes attondeant capita sua vt videlicet cure temporalis sollicitudines ⁊ q̄tum necesse est prouideant ⁊ tamen rescindantur citius ne imoderatius excrescant. Dum ergo per administrationem exteriorū prouidentia corporum vita protegitur: ⁊ rursum per moderatam cordis intentionem non impeditur. capilli in capite sacerdotis reseruantur: vt cutem cooperiant: ⁊ resecantur ne oculos claudant. ¶ Circa forme circulationem seu coronam sciendum est q fit propter multa. Primo in signum q christus rex noster seipsum in ara crucis oblatur⁹ spineam coronam portauit. Unde et nos qui per eandem passionem saluari desideramus dominice passionis signum id est formam spinee corone: quam ipse vt spinas peccatorum nostrorū auferret in passione portauit in capite in verticibus nostris portamus: vt sicut ille pro nobis sic ⁊ nos p illo irrisiones ⁊ opprobria paratos esse libenter sufferre monstremus. ¶ Secundo circulus capillorum virtutem equalitatis vndiq; rationi consentientem designat: tūc enim temporales res bene cogitantur: si conueniant rationi. ¶ Tertio circularis figura fit quia hec figura non habet principium neq; finem per quod datur intelligi q clerici sunt ministri dei qui nō habuit principiū neq; habebit finem. ¶ Quarto hec figura nullum ha

Detruncatio capillorum clerici qd significat.

bet angulum per quod significatur q̄ clericinon debēt habere sordem in vita: qm̄ vbi angulus ibi sordes vt dicit Bernar. ¶ Et q̄ debēt habere veritatē in doctrina: quoniam veritas angulos non amat vt dicit Hiero. ¶ Quinto quia hec figura omnium figurarum est pulcherrima. Unde in hac deus celestes creaturas fecit per qō significatur q̄ clerici debent habere pulchritudinem interius in mente ⁊ exterius in conuersatione. ¶ Sexto q̄ hec figura est omniū simplicissima. Nam secundū Augustinum nulla figura ex vna linea tātum cōsistit nisi sola circularis quevnica linea clauditur per quod significatur q̄ clerici debēt habere simplicitatem columbinam. Juxta illud. Estote simplices sicut colūbe. v. q. j. ex merito. ¶ Septimo corona clericos esse specialiter regnū dei demonstrat. Ipsi namq; ꝑm Hier. xij. q. j. deo sunt reges ⁊ sacerdotes. i. regales sacerdotes ⁊ sunt reges id est se ⁊ alios in virtutibus regentes ⁊ ita in deo regnum habent. ¶ Sane rasura capitis clericorum fit sicut ait Beda in hystoria anglorum in memoriam eius: q̄ cum beatus petrus in antiochia predicaret abraserunt summitatem capitis eius in contumeliam nominis christiani ⁊ dominice passionis: quod quidem hodie totī clero in honorem traditur. Fuerunt tamē qui dicerent q̄ tonsure ecclesiastice vsus a nazareis qui omnia veteris legis custodiunt exortus est. xxiij. q. ij. versi. nazareī. Hi enim prius crine seruato denuo post magne vite continentiam caput radebāt: ⁊ capillos in ignem sacrificij mittebant vt perfectionem deuotionis suo dño consecrarent quorum exemplo ab apostolis introductū est: vt ⁊ nazarei ac sancti dei crine pretonso innouentur cuius olim xp̄iani a iudeis quasi in opprobriū nazarei vocarentur pro eo q̄ saluator noster a vico quodā galilee nazarenus appellatus est. Potest etiam dici q̄ vsus tonsure a lege occasionem traxit. Sacerdos nāq; legis tyaram. i. pileum ex bysso in modum medie sphere in capite: rex vero coronam gestabat: pars vero capitis rasa tyaram: circulus crinium designat coronā ad notandū q̄ instituit eos deus genus electum et regale sacerdotium. Rursus lex coronam quatuor digitorum super mensam ⁊ de super aureolam fieri iubebat. Ceterū ad Ezechielem dominus dicit. Sume gladium acutum: ⁊ educ per caput tuum ⁊ barbam: longitudo namq; capillorum multitudinem significat peccatorum. Hinc igitur clerici barbas sibi radere informantur. Ratio namq; pilorū barbe que ex superfluis stomachi prouenire dicunt humoribus, designat q̄ vitia ⁊ peccata que in nobis superflua sunt resecare debemus. Radim⁹ em̄ barbas vt per innocentiam ⁊ humilitatē puri videamur: et angelis qui semper in iuuenili etate florent cocquemur. In ieiunijs tamen quādoq; capillos crescere permittimus: q̄ cogitationes que cōtra deū nō sunt vt est ecclesiā edificare agruz colere ⁊ similia que tēpore abstinētie fieri solent prohibere nō debent. Cōci. carthagi. statuit extra de vita ⁊ ho. cle. clerici. xxiij. di. si qd vt clerici neq; comā nutriāt, neq; barbam. ¶ Ordinantur autem clerici vt deo seruiant nec de cetero seruiant mundo neq; glorie mundi. Debent ergo offerre corpora sua hostiam viuentem sanctam deo placentem. Unde apostolus ad romanos. Confundantur omnes qui gloriantur in stultitia sua id est in gloria mundi que non est vera gloria: sed ymago glorie. Quare autem ordinandis manus imponatur dicetur in tractatu de diacono. ¶ Ordinantur in quatuor tem poribus: ideo quia sacerdotes ⁊ alij clerici locum in ecclesia obtinent quem leuite in populo israel obtinuerunt: quos sicut in libro numerorum legitur dominus pro primogenitis recepit ⁊ eos i egypto dum primogenita egyptiorū interficerentur custodiuit: primogenita vero quasi quedam primitie sunt. Unde quasi primitias domino offerimus cū aliquos ad sacros ordines consecramus. Cōuenīēs igitur est vt in primitijs tēpor̄. s. i quatuor tēporibus primitias hominū offeram⁹. Rursus ideo in quatuor tēporibus vt quatuor virtutibus exornēt: ⁊ sub quatuor euāgelijs seruire xp̄o et ecclesie moneātur. In vere vt virtutib⁹ floreāt In estate vt fructus afferāt. In autūno vt fruct⁹ bonor̄ operū metant. In hyeme vt collectos cōseruent in horreo ⁊ eis fruantur in dño. Et vide i sexta parte sub sabbato post dñicā. xvij. Ideo autem potius in sabbatis quatuor tēporū q̄s i quartis vel sextis feriis fiunt ordinationes: q̄ illa dies spiritui sancto consecrata est cuius dona in ordinibus recipiūtur: preceptum em̄ est a priori populo sabbatū celebrare ad hoc vt hoc esset figura sanctificationis spūssancti. Ūñ Exo. xvj. c. Recōes sabbati sanctificata est dño. Et iterū. Custodite sabbatū meū sanctū est enim mihi: quia erit signum inter me ⁊ vos i generationib⁹ vestris. Exo. xxxj. ⁊ xxxv. cap̄. Preterea nūq; legimus in genesi sanctificationē fieri per oēs priores dies: sed de sabbato solum dictū est. Sanctificauit deus diē sabbati: fiunt etiā sabbato in signū q̄ ordinandi debent habere sabbatuz peccatoris: vt tādē trāseāt ad sabbatum eternitatis. Ordinatio autē que fit in sabbato sequentis diei est: figurat em̄ sacerdotes ordinatos esse ministros diuersor̄ dominicorū sacramētor̄. Idcoq; fit hora nona: q̄ iam illō tēpus ad dñicū diē. s. resurrectionis intelligit pertinere. lxxv. di. quia partibus. extra de tēpo. ordi. literas. Ordinandi em̄ ad xp̄i similitudinē sabbato resurrexisse intelliguntur. Cōgrue igit̄ in hac die scz dominica celebrantur ministeria sacerdotaliū benedictionū in qua sunt collata carismata gratiarum: in ea enim dominus resurrexit: i ea aplis insufflauit spiritum sanctū dicēs. Accipite spiritū sanctū quor̄ re. pec. re. eis. In hac promissus spiritus sanct⁹ aduenit. Recte ergo ad eā benedictiones sacerdotales dirigimus: vt cū apostolis hylariter cātare possim⁹. Veni sancte spirit⁹ reple tuorum corda fidelium scz ordinatorū. Fiunt etiā ordinationes in sabbato medie ebdomade quadragesime qua cantatur. Sitientes. lxxv. di. c. ñ. lxvij. ca. principali. xvj. q. j. in parrochijs. ⁊ etiā in sabbato sancto. Verūtamen vsq; ad tempora Simplu

Tonsure ecclesiastice vsus vnde exortus.

Clerici q̄tuor tēporibus ordināt.

tis pape romani pontifices dicuntur semper in decembri ordines celebrasse. vt dicetur in. vj. parte sub sabbato post. xvij. dominicam. Unde & tunc officia plena inueniuntur quod in aliis non contingit. In sabbato vero ante penthe. ordines sacri non conferuntur: quia in sequēti tunc septima recepta spiritussancti gratia celebrantur. Solus autem romanus pōtifex potest subdiaconos facere in diebus dominis. extra de tempo. ordi. ca pi. j. Alij prelati possunt in diebus dominicis solū minores conferre & virgines consecrare. Si autez vigente necessitate in die dominica ordinatio fiat quia forte perfici non potuit in sabbato debet hoc fieri ieiunio continuato: tam ab ordinando q̄ ab ordinatore: quia tunc propter continuationē ieiunij fingitur vna dies. extra de tempo. ordi. literis lxxv. dist. quod patribus. & c. sequen.

Solus romanus pōtifex pōt subdiaconos facere in diebus dñicis.

¶ Ceterum in quibusdam locis habentes festa suarum ecclesiarum in sabbatis quatuor temporum transferre dicuntur ieiunium in precedentem septimanā ob honorem suarum festiuitatum: sed dicim⁹ nec hoc eis licere: nec tunc posse ordines celebrari. Melius igitur esse festiuitates ipsas transferri. de hoc dicetur in. vj. parte sub quarta feria tertie ebdomade aduentus. Qua die & hora fiat episcoporū consecratio sub titu. de epi. dicetur. ¶ Illud etiā considerandum est q̄ sacerdotes diaconi tantum nominantur ab apostolo in epistola: eo q̄ ipsi precipue in ministerio altaris necessarij sunt. Ceteri vero ordines post ea adiecti sunt pro vtilitate ministerij: quia propter multitudinem credentiuz rite per illos non poterat adimpleri. Unde ꝑm Ambro. illorum ordinatio precipue circa altaria celebratur: et pro eis episcopus ante altare prosternitur. Alij vero nequaq̄ ad altare ordinantur eo q̄ nec ad altaris ministeria statuuntur: sed alia officia implent siue cantando: siue legendo: siue alia seruicia faciendo: omnes tamen querunt faciem prelati. i. presentiam domini vt valeant in primogenitis hereditare ad instar Jacob qui sibi fratris primogenita vendicauit. Et attende q̄ in quibusdam ecclesijs immediate post collationem cuiuslibet ordinis cantatur responsorium vel tract⁹. prout apparet in libro pontificali per nos edito: & bene: ad denotandum q̄ ordinati in lectione tam lecta instructi ad solliciturdinem & laborem que p responsum et tractum significātur vocant. Quia vero de virginum consecratione mentio facta est videndum est primo quibus diebus benedicantur. Secundo quid significent que in eorum benedictione aguntur. Benedicuntur autem in dominicis diebus et in diebus epyphanie rum & in albis paschalibus et in festis apostolorum vt spiritussanctus super eas simplices vt columbas descendere videatur: vt per apostolos qui more virginitatis ecclesie prius tradiderunt quasi per paranymphos sponse domino consecrentur. ¶ Se quitur videre quid significent que in earum benedictione aguntur: & licet ois aia deo desponsetur per fidem. Unde Osee. ij. Spōsabo te mihi in fide virgines tñ specialius xp̄o despōsari dicunt: quia earum caro carni xp̄i familiarius se cōformat: propter q̄ illa sicut nec caro christi corruptionem sensit Et inde est q̄ virgines sequūtur agnum quocūq̄ ierit. Apoca. xiij. Sane virgines benedicende sub papilione vel aliquo alio loco stant incluse q̄ archipresbytero vel alio ante euangelū alta voce cantāte. Prudentes virgines &c. cum cereis ardentibus in manibus nudis capitibus exeūt obuiam episcopo & ecclesiam ingrediuntur. Siquidem cereos accensos ferunt in manibus. Juxta illud Luce. xij. Sint lumbi vestri precincti: et lucerne ardentes in manibus vestris: vt ostendant se imitari prudentes virgines que ornauerunt lāpades suas et exierunt obuiam spōso: spōsus nāq̄ earū est christus quem pontifex eius vicarius representat. Lucernas quidem ardentes in manibus tenere est per bona opera exemplum proximis mōstrare. Juxta illud Luce. xxv. Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona &c. Egressus vero earum de papilione & ingressus in ecclesiam designat q̄ per suscipiendaz benedictionem & a christo desponsationem: de ergastulo & erumnis ac tenebris presentis vite fallacis ad celestis regni libertatem gaudium ac claritatem & ad supernū regis thalamū trāsducuntur. Unde in cāticis. Veni electa mea & ponam in te thronum meū. Nudis capitibus obuiam venūt: & pontifex cantādo dicit illis. Uenite. & ipse cantando similiter respōdēt: & nūc sequitur ad representandū quod in canticis legitur. Surge amica mea sponsa mea ostende mihi faciem tuam & sonet vox tua in auribus meis. ¶ Rursus denudatio capitum depositionem & abrenunciationē mūdanorū congrue designat. Nudato etiā capite ecclesiā ingrediuntur: ad notandū q̄ velut formose & sponso placide in ipsius sponsi tabernaculum introducuntur. Juxta illud in canticis. Nigra sum sed formosa: & introduxit me rex in tabernaculum suum. Ter autē dicitur eis: venite: ad notandum q̄ ad hoc tripliciter debent venire scilicet per abdicationem proprietatis: per votum castitatis: et per sponsionem obedientie. Debent quidem venire. Primo per abdicationem proprietatis de cōuersatione mundana: de seruitute egyptiaca: de carcere: de laqueis: & de retibus. vnde psalmus. Cadent in retiaculo eius peccatores. Et Sapiē. xiiij. Creature dei facte sunt in tentationem anime hominū & in muscipulā pedibus insipientiū. Secūdo debent venire per votum castitatis delectatione carnali: & de immūditia & de loco toxicato: de quo si quid anima sumit: & per penitentiaz non reiicit moritur morte eterna. Tertio per sponsionem obedientie de propria voluntate sicut de corruptione & de clibano accenso: & de babylonica fornace: & ideo cum pueris qui erant in fornace illa dicūt. Et nūc sequimur i toto corde & timemus te: & querimus faciē tuā. Danielis tertio parum ante psal. Benedic. de quolibet autē istorum exeūdū est firmo cordis proposito solēnioi voto & toti⁹ vite pseuerātia. Et he sunt quasi tres diete. Exo. tertio. Uiam trium dierū ibimus in solitu

Virginibus in dicit re nite: a quib⁹ i ordina vide.

dine. Quas tres dictas premisse tres vocationes tripliciter facte designāt. Qz vero post susceptū tam laudabile propositum restant insidie z tēptationes demonū arqz acerrima contra mūdum carnem et demones certamina: z insuper regularis obseruantie difficultas: que muliebris infirmitas sufficienter per se sustinere non posset: ideo diuinū auxilium et sanctorum suffragia per letanias que subiicitur implorantur. Consequenter deponunt vestes veteres z induunt nouas benedictas: ad notandū q in hoc proposito vetus homo exuit: et nouus induitur: qui sicut legit Ephe. iiij. Creatus est in iustitia z sanctitate veritatis: z debent esse vestes munde z candide ad significandum q quia dei filio despōsantur: debent de cetero se mūdas z sanctas abisqz macula preseruare vel cōseruare. Juxta illud apostoli. Despondi enim vos vni viro virginē castam exibere christo. hec enim candor seu munditia vestis ostendit. Unde ecclesiastes. ix. ca. Omni tempore vestimenta tua sint candida: z hoc est sumptum a beata Cecilia q exterius veste fulgebat: intus castitate nitebat: z ab angelis qui in christi resurrectione visi sunt in vestibus albis. Uel si sit niger habitus significat carnis mortificationē: qz eīm xp̄s sponsus suus mortuus est p ipsis: debēt z ipse cōmori p illo. Unde gal. v. Qui xp̄i sunt carnē suā crucifixerunt cū viciis et cupiscentiis. Et Roma. vj. Si cōplantati facti sumus similitudine mortis xp̄i simul z resurrectionis erimus. Rursus nigredo habitus est cōtēptus virilis amplexus. ¶ Subsequēter indute vestibus benedictis versus eīm venitūr quasi tpo actu dicant. Regnū mundi z oēm ornatum seculi contēpsimus propter amorē dñi nostri iesu xp̄i. etc.

Uela su p scapulas z pectora virginū de pēdētia q cū signo crucis earū capitib⁹ iponūt/ q d signi ficant.

¶ Uela quoqz sup scapulas z pectora depēdētia ex institutione Sotheris pape cum signo crucis earum capitib⁹ imponunt. Primo ad significādū q pro christo debēt mundū humiliter cordez opere otēnere z sensus velare ac memoria passionis xp̄i munire ne ad mūdana lasciuiendo hereāt: vel illa ad illorum sensus intrent. Juxta illud Gal. v. Mihi mūdus crucifixus est z ego mūdo: secūdo velantur: qz non sunt imago dei. xxxiij. q. v. mulierem. Tertio vt ostendantur subiecte. Quarto vt illicite cunctis viris appareant. Quinto ne species earū occasio inspectorib⁹ sit peccandi: qz p̄s. ait. Dñe delectasti me cū factura tua z creature dei facte sunt in tentationē vt premissum est. Uelū ergo est signū pudoris z futuri honoris. ¶ Deinde qz xp̄o desponsantur qui est alpha z o. i. principiū z finis: ideo datur ei anulus qui est rotūdus puncto z fine carens. Et ponitur in quarto digito ex quo vena quedam sanguinis ad cor proteditur: vt sciat se sponsum suū xp̄z toto corde debere diligere z ei inseparabiliter adherere. Postremo vero corone capitibus earū imponūtur. Juxta illud in canticis. Uenī sponsa xp̄i z accipe coronaz. etc. ad notandum q quando virgo per consecrationē summo regi desponsatur regina efficitur. id est se et alios in virtutibus regens. Unde prouer. j. Ut addatur gratia capitti tuo et torques collo tuo. In qua coronatione pontifex cantat illud cantticum letanie. Veni electa mea. etc. tāqz celestis spōsi paranymphus. Et hinc est q illarum amici z consanguinei in hac consecratione letantur. Leo papa primus instituit in concilio calcedon. qō ipse celebrauit solas virgines debere velari. Quia velum ro in premissis de velo mētio facta est: ideo notandum est q velum aliud est conuersionis: aliud consecrationis: aliud p̄fessionis: aliud ordinationis: aliud prelationis. Uelum conuersionis aliqua de seculari vita: ad religionem transiens assumit: et tunc si per annū inter velatas steterit vlterius exire nō poterit. extra de reg. vidua. z capi. statuim⁹. Uelū cōsecrationis a solis episcopis solis virginibus et solum in festis et dominicis diebus datur. Urgente tamen necessitate sicut et baptismus oī die dari posset. xx. q. j. deuotis. non datur etiā nisi in. xxv. anno illud recipientis nisi forte dispensatiue. lxxvij. distin. placuit. Uelum aūt professionis suscipitur a virgine quando continentiam profitetur: non tamen ante. xij. annum ea. q. j. z. q. ij. puella. quoniam nec ante illud tēpus benedicit extra de regu. cum virum. Datur velum huiusmodi cū benedictione solēni z cum letania extra eo. ex parte. Hoc velum nullus episcopus dat viduis vel coruptis. vt i. c. deuotis. in fi. sed ipsummet de altari vt quidā dicunt assumunt. xxvij. q. j. viduas. extra de regu. virum. sane virgo et nō vidua ideo ab episcopo velatur: quia virgo in hac desponsatione typum gerit ecclesie que pura et virgo vni nupsit viro. i. christo. Et in signum huius rei velatur ab episcopo: quia a xp̄o recipitur in coniugiū. In cuius personam dictum est anulo suo subarrauit me dominus. Sed vidua non gerit in tali facto typum ecclesie sicut virgo cum non sit integra mente z corpore sicut illa. Unde non sic coniungit christo vt representet ecclesie coniunctionem quare nonvelatur. Preterea sacerdos prohibetur secundis nuptijs interesse: z super secundo nubētes benedictionē infundere. extra de secū. nup. c. j. prout dictum est in prima parte sub titu. de sacramentis. sed hec vidua quasi secundo nubit primo homini postea in p̄fessione christo. ideoqz et quasi celebranti secundas nuptias non porrigitur velū consecrationis nec etiā professionis: sed ipsa illud suscipit de altari. Aiunt tamen quidam q licet nō ab episcopo potest tamen a sacerdote velo p̄fessionis vel conuersionis velari. extra de regu. vidua. xx. q. j. deuotum. extra quod metus cau. c. j. a quo seu a cuius ministro habitum seu vestem religiosam assumit. xx. q. j. vidua. extra qui cle. vel vo. cō suluit. In libro tamen pontificali scōm ordinem romanum habetur benedictio vidue continentiā profitentis et velti eius. Nam et dominus sareptanam viduam per helyam prophetam consolatus est. Et vidimus in vrbe episcopum hostien. inter virgines benedicere duas viduas moniales. Uelum ordinationis olim diaconisse in quadragesimo anno dabatur: vt posset legere euangelium in nocturnis. xxj. q. j. sanctimoniales. xxvij. q. j. diaconissam. in concilio tamen laudicen. xxxij. distin-

Multiplex.

ctione.ca.fi. statutum: est vt mulieres que apud grecos presbytere appellãtur: apud nos vero vidue aut seniores vniuire: aut matricurie appellãtur in ecclesia tanq̃ ordinatas constitui non debere. Velum prelationis olim abbatisse in quadragesimo anno dabatur.xx.q.ij.iuuenculas.xxxj.q.j.quo modo. Illud autem sciendũ est q̃ sacrosancta mater ecclesia gradus et ordines habet distinctos. Et romanus pontifex celebriter missarum solennia agens sex habens secum ordines clericorum.s.episcopos presbyteros:diaconos:subdiaconos:accolitos:z cantores ipso numeri sacramento perfectionem huiusmodi officij manifestans. Senarius nãq̃ numerus perfectus est: vt in prohemio terne partis dicetur. Sed z septem ordines ministrorum fuisse in veteri legimus testamento. videlicet pontifices.sacerdotes:leuitas:nathineos:ianitores:z psallentes: quos ex maiori parte distinxit artaxerxes in epistola quam Esdre scribe direxit dicens. Notum facimus de sacerdotibus vniuersis et leuitis cantoribus et ianitoribus et nathineis:et ministris domus dei:vt eis vectigal tributum et annona nullatenus imponatur. Ordines vero ecclesiasticos Siluester papa enumerat xxiij.distin.a subdiacono.z.j.q.vij.clericus. dicẽs põtifici pbyter:pbytero diacon⁹:diacono subdiacon⁹:subdiacono accolit⁹:accolito exorcista:exorciste lector:lectori ostiarius:ostiario abbas:abbati monachus:in omni loco obsequiũ representẽt. Beatus quoq̃ Isidorus.xxj.dist.cleros.ita dicit generaliter clerici nuncupantur omnes qui in ecclesia christo deseruunt:quorum gradus z nomina sunt hec.ostiari⁹:psalmista:lector:exorcista z c. mentionem enim faciens post alia de cantore. Et hi omnes gaudent priuilegio clericali. Verũtamẽ quidam perfidi heretici sacramentum ordinis cõdẽnantes falso mentiuntur q̃ ecclesia christi non habebat personas quas exorcistas ceroferarios: lectores vel diaconos appellaret:sed solum exorcistas demonum qui aduersabantur Paulo nec ea que christus fecit vel apostolus dixit pro tam vilib⁹ significationib⁹ que infra sequuntur fecit z dixit: sed altiora et preciosiora que romana nescit ecclesia demonstrauit. ¶Horum autem ordinum quidam sunt non sacri et quidam sacri. Non sacri seu minores ordines sunt hi. cantoratus: psalmistatus:ostiariatus:lectoratus:exorcistatus: accolitatus:Sacri vero seu maiores sunt isti.subdiaconatus:diaconatus:presbyteratus:episcopalis ordo. ¶Communiter autem asseritur septem ordines fore quorum ostiarius est primus:et sacerdos vltimus propter septiformẽ spũssancti gratiã cui⁹ munere sua officia prosequuntur. Si autem velis ad singulos ordines singula dona referre a timore incipiens illum ostiario deputabis z exinde singula singulis referẽs sapiẽtiã presbytero adaptabis. Hę sunt septem mulieres in quibus spiritussanctus habet hospitium z vnaquaq̃ illarũ suum parat conuiuium. ¶Rursus spiritualiter ostiari⁹ est qui cum q̃ spiritualiter alios in ecclesiam introducit.i.qui fidem predicando docet.lector est qui libet mores docendo' exorcista orando accolitus illuminãdo:subdiaconus humilitatem monstrando:diaconus alios exortãdo:sacerdos seipsum hostiã sanctã deo offerẽdo:episcopus sacramẽta ministrando:de quolibet tamen seriatim specialiter prosequamur.

Romanus põtifex celebriter missarũ agẽs solẽnia sex hȝ secuȝ ordines clericoȝ

¶De cantore. Rubrica.

OMnulli cecitate ignorantie ducti cãtoratum de minoribus esse autumãt ordinibus pro eo q̃ vt iam premissum est in quibusdam canonibus inter minores ordines fit mentio de cantore. fallentur tamen:quoniam nomen est officij et nõ ordo:qui autem in veteri testamento cantores dicti sunt hodie lectores vel psalmiste vocantur. ¶Cantor itaq̃ vocatur qui vocem modulatur in cantu.xxj.distinc.cleros.cuius duo sunt in arte musica genera:precentor scilicet et succentor: precentor vocem premittit in cantu:succentor canendo subsequenter respondet. Concentor vero dicitur qui consonat.vnde qui non consonat non concinit nec concentor erit. Sane Dauid prophetarũ eximius cultum dei volens solennius ampliare cantores instituit qui coram archa federis domini musicis instrumentis z modulatis vocibus decãtarent:inter quos precipui fuerũt hemã:asaph et ethã:sed omnium primus hemam: cuius vicez nunc in ecclesia primicerius obtinet vel precentor qui cantoribus est prelatus.vnde legitur in paralipomenon. Isti sunt quos constituit Dauid sup cantores domus domini stantes iuxta ordinem suum in ministerio de filijs caphath.hemã cantor filius iohel z a dextris suis asaph.filius barachie ad sinistram autem ethan filius cusi. ¶Porro debent cantores cantare consonis vocibus z suaui modulatione concinere quatinus animos audientium ad deuotionem dei valeant excitare. Verum ẽm Grego.xcj.distinctio.in sancta. Plerumq̃ in sacro ministerio dum blanda vox queritur congrua vita negligitur.z cantor deum moribus stimulat cũ vocibus ppẽm delectat. Et Augusti.libro confessio. Cum me magis mouet cantus q̃ res que canitur penaliter peccasse cõfiteor: et tunc me audisse cantantem. Ideoq̃ in ecclesia romana altaris ministri cantare non debent. solumq̃ euangelice lectionis officium intra missarum solennia exoluant. Et apostolus ait:cantantes et psallentes in cordibus vestris domino. et Hier.xcij.distinctio.c.j. Non audiant inquit adolescentuli.audiant hi quibus est officium in ecclesia psallendi deo non voce tantum sed corde esse cantandum nec in tragediarum modum gutture et fauces medicamine liniende sunt: vt in ecclesia theatrales moduli et cantica audiantur. Cantantes igitur in corde et in charitate cantent in choro:quoniam magis deuotione cordis q̃ iubilatione vocis cantandum est.xxxvij.distinctio.edulio non tenente manibus cymbala vel aliquid huiusmodi prout in veteri testamento fiebat: ceterum propter carnales non propter spirituales cantandi vsus in ecclesia institutus est vt qui verbis nõ

Attendãt hec plati et principes q̃s cãt' magis mouet q̃ res q̃ canitur.

compunguntur suauitate modulaminis moueantur. Unde Augusti. in libro confe. Consuetudinē canendi probat ecclesia: vt per oblectamenta aurium infirmior animus ad defectū pietatis assurgat. Antiqui pridie quod cantandum erat cibis aliis abstinebant propter causam vocis: preterq̄ leguminibus psallentibus aptis. Unde ꝛ cantores vulgo fabarij dicti sunt. Cantores autez sunt qui dei laudatores representant p̄dicatores alios ad dei laudem excitantes: eorum namq̄ simphonia plebem admonet in vnitate cultus vnius dei persueraré. Per cantoris quoq̄ officium pater familias intelligitur qui de thesauro suo noua ꝛ vetera profert. Nec est pretereundum q̄ cantores tenent baculos in choro ad representādum illud quod in lege precipiebatur: vt videlicet edentes agnum baculos in manibus haberent significantes q̄ qui ad patriam festinant esu celestis agni ꝛ baculis id est scripturarū sententijs indigent contra demones. per baculos enim cantorum sententias scripturarum vel doctrinas predicatorum intelligimus. Unde cum legitur euangelium deponuntur: quia per euangelicam predicationez legales deposuimus obseruantias. De choro dictum est in prima parte sub tractatu de ecclesia. De cantu vero in fine prohemij quinte partis dicetur.

Cantores qui sint.

Cantores ad q̄d i choro tenēt baculos

¶ De psalmista. Rubrica.

Salmistatus quandoq̄ tonsuratus vocatur sicut constitutio Innocen. iij. extra de regu. iur. cum inter. euidēter ostendit: quandoq̄ etiam clericatus. Unde in alia eiusdem Innocen. epistola extra de eta. et qualita. contingat. dicitur q̄ abbas benedictus ꝛ sacerdos potest in suo monasterio clericalem dare tonsuram per quam ordo clericalis confertur qui ordo sic collatus psalmistatus vocatur. In canone quoq̄ Leonis pape. xxxi. distinctio. seriatim sic inter cetera continetur. Seriatim et aperte prosequamur q̄ sancta romana ecclesia in gradibus. clericorum aut clericos ostiarios lectores ꝛc. At nomine clericorum psalmistas ibi intelligi indubitatum est. Uocatur etiā quādoq̄ cantatoratus. Unde in toletano cōsilio. xxij. distinctio. si psalmista ita legitur: psalmista id est cantor potest absq̄ conscientia episcopi sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi dicente sibi presbytero vide vt quod ore cantas corde credas: et quod corde credis operibus comprobes. Sane q̄ in plerisq̄ sacris canonibus et precipue. xciij. distinct. a diacono. lxxvij. distinctione. cap̄. primo secundo et tertio. facta de alijs ordinibus mentione nihil de hoc ordine tangitur ex eo contingit quoniam alij omnes cum solennitate et a solis episcopis dantur: iste vero etiā a sacerdote conferri potest. Ideoq̄ hunc non ordinem sed officium fore plurimi asserunt q̄q̄ in eo ab episcopo collato qui clericale priuilegium assequatur. xxj. dis. cleros. in princi. Dictus est autem psalmista a psalmis dicendis siue ab officio canendi: prout sub lectore dicetur. Ad ipsum nāq̄ pertinet sm Ysid. xxv. di. perlectis. officium canendi dicere benedictiones. i. benedicamus domino laudes id est alleluya: vel christ⁹ vincit: vel christus regnat ꝛc. sacrificium id est offertorium responsorium id est officium misse ꝛ quicquid ad canendi peritiam spectat.

¶ De ostiario. Rubrica.

Ostiarij sm Ysid. xxj. dist. cleros dicti sunt eo q̄ ostijs templi presunt. Ipsi claues ecclesie tenentes omnia intus extra quoq̄ custodiunt atq̄ inter bonos ꝛ malos habentes iudiciū fideles recipiūt. infideles respuūt ꝛ excōicatos repellunt. Ostiarij idem sunt q̄ ianitores: qui in veteri testamēto ad custodiā tēpli electi sunt: ne ingrederetur in illud immūdū in omni re id est aliquid de omnib⁹ reb⁹. Stabāt enim prout legitur in Paralipomenon: in quattuor tēpli partib⁹ videlicet in oriente: in occidēte: aquilone. ꝛ austro. Portas templi singulas ita obseruantes vt nec in puncto discederent a ministerio. Leuite enim quibus numerus ianitor⁹ creditus erat ei cibos parabant. Hi aūt imitantur edituos qui apud gētiles erāt ꝛ edē tuebantur ꝛ custodiebant. Sane iuxta decretū tholetani cōcilij. xxiij. di. ostiarius. Ostiari⁹ cū ordinat⁹ postq̄ ab archidiano instructus fuerit qualiter in domo dei debeat ouerti ad suggestionem archidiaconi tradat ei ep̄s claues ecclesie de altari dicens ei. Sic age: ac viue quasi reddit⁹ deo rationē pro his rebus que his clauib⁹ reclauduntur. Clauium ergo traditio ꝛ verba premissa sunt huius sacramenti substantialia cetera sunt solennitatis hoc officium implemus dum per fidem in ecclesiam aliquem introducimus vel docemus. Xp̄s hoc officium impleuit quando dixit Attolite portas p̄ncipes vestras ꝛ eleuamini porte eternales ꝛc. Et quando ementes ꝛ vendentes de templo eiecit. xxj. q. vij. sed hec diximus q̄ in ecclesia spiritualiter agit. Unde in euangelio dicit. Ego sum hostiū.

Ostiarij offīm q̄n Christ⁹ impleuit

¶ De lectore. Rubrica.

Lector sm Ysido. xxj. di. cleros a legēdo psalmista a psalmis canendis vocati sunt. Lector enim predicat. i. legit siue recitat populo que sequat⁹. psalmista vero canit vt excitet ad cōpunctionē animos audientium: licet quidā lectores ita miserabiliter p̄nūciēt scilicet alte ꝛ per vocem sonorā vt quosdā ad luctum lamētationēq̄ compellant. Lectores etiā pronunciatores vocantur pro eo q̄ porro siue a longe pronunciant tanta enim et tam clara debet esse eorum vox: vt q̄uis longe positorum aures impleat. Ad lectores quoq̄ pertinet lectiones et legendas in matutinis pronunciare et ea que prophete vaticinati sunt: ꝛ apostoli direrunt populis predicare id est legere. Ad hoc enim ordinantur vt libros dei distincte ꝛ aperte ad intelligendum legat sicut in veteri testamento accepimus Esdram fecisse neemie. viij. Ad eiusquoq̄ pertinet officium panem ꝛ oēs nouos

fructus benedicere. Lectores vero idē sunt q̄ carminū relatores qui erant apud gentiles. ¶Martinus papa. xxij. di. lectores statuit vt nullu liceat in populo psallere aut legere nisi q̄ ab episcopo fuerint ordinati lectores. Sane iuxta decretum tholetani concilij. xxiij. di. lector. Lector cum ordinat faciat de illo verbum eps ad plebē indicans eius fidem ac vitam atq̄ ingeniū post hunc ipecrāte plebe tradat ei codicē in quo lecturus est dicens Accipe & esto relator verbi dei habiturus es si fideliter & vtiliter impleuens officiū partem cum eis qui verbum dei ministrauerint. Codicis ergo traditio & verba premissa sunt de substātia huius ordinis: cetera sunt solennitatis. ¶Hoc officiuz implemus dum male viuentes in ecclesia corrigimus: & aliquē bonis moribus instruimus. Christus hoc officium implenit q̄n in medio seniorum librum Isaye prophete aperiēs legit distincte ad intelligendum dicens. Spiritus domini super me eo q̄ vnxerit me &c. extra de sac. vnc. c. vno.

¶De exorcista. Rubrica.

Exorcista ꝑm Isi. xxj. di. cleros grece latine adiurans siue increpās vocatur Inuocat enim super catheçuminos seu super eosqui habent spiritū immūdū nomē dñi iesu adiurās per illud vt egrediat ab eis de quo in sexta parte sub sabbato sancto dicetur. Decet igitur vt mūdū habeat spiritum qui debet immūdis spiritibus imperare. Ad eū itaq̄ pertinet exorcismos memoriter retinere manꝰ super energuminos & catheçuminos exorcizando imponere. xxv. dist. perlectis. Et secūdū cōciliū carth. de cōsecra. di. v. energuminis. ipsis energuminis in domo dei assistentibus victū quotidianum oportuno tempore ministrare. ¶Refert iosephus regem salomonem modos exorcismi id est cōiurationes adinuenisse q̄bus immūdi spiritꝰ ab homine obsesso per Eleazarum exorcistā pellebant: ita vt reuerti vlterius non auderent. ¶Huic officio mācipati exorciste vocati sunt: de quibus in euangelio legitur. Si ergo i beelzebub eiicio demoniū: filij vestri exorciste videlicet in quo eiiciunt & imitantur questores qui erant apud gentiles. Sane iuxta decretū tholeyhani concilij. xxiij. di. exorciste. Exorcista cum ordinatur accipiat de manu epi librū in quo scripti sunt exorcismi siue adiurationes dicēte sibi episcopo. Accipe & commenda memorie & habeto potestatē imponēdi manū super energuminū siue baptizatū siue catheçuminum. Libri ergo acceptio & verba premissa sunt de substantia huius ordinis: cetera sunt solennizatio energumini sunt qui a demonibus obsessi sunt vel lunatici: siue morbū caducū patientes sic dicti ab erge quod est labor: & mene quod est defectꝰ & moys qđ est mens: q̄ scz defectū mentis in defectu lune maxime patiūtur. Catheçumini dicuntur in fidei articulis ante baptismū instructi. ¶Hoc officiū implemus dū per nostras orationes vitiū diaboli de homine expellimus. Christus hoc officium exercuit quādo de maria magdalena. vij. demonia eiecit.

Salomō siue potius. Salomō modos exorcismi (vt refert Iosephus) adinuenit.

¶De accolito. Rubrica.

Accoliti grece latine ceroferarij vel accensores luminū nūcupant. Hi ab aarō & filijsei ministerij fuit suz pserūt exēplū. Iuxta illud Exod. Precipe filijs aarō vt offerāt oleū de arboribus oliuarū purissimum pilocq̄ cōtusum vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij et collocabunt eam aaron & filij eius vsq̄ mane luceat coram domino. Quod ergo tunc sacerdotes agebant hoc nūc accoliti facīūt in ministerio lucernarum: quoniam preparant luminaria in sacrario. multa quippe nō solum in nouo: verūetiā in veteri testō legi mosayce superaddita legimus & mutata. extra de consanguinita. & affinita. non debet. Unde dauid in libro Paralippomenon dixisse perhibetur non erit officium leuitarū vt portent vltra tabernaculum & omnia vasa eius ad ministrandū. Accoliti autem ꝑm Isidorum. lxxxj. distinctione. cleros. xxiij. distinctione accolitus cereos ferunt accensos dum legitur euangelium aut offertur sacrificium: non vt tenebras aeris sed cordis illuminent: cum sol forte eodem tempore rutilet & vt proximis opera lucis ostendant atq̄ ad signum letitie demonstrandum vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendat de qua in euangelio legitur. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ipsi etiam preparant pro cucharistia suggesta. i. vinum et aquam seu vasa in quibus ponitur aqua et vinum. xxv. dist. perlectis. ¶Accoliti imitantur carminū scriptores qui erant apud gentiles seu verius emunctores siue luminū extinctores qui lucernas emūgebant: et luminaria continuabant: vt Nadab: et Abiu. Sane iuxta decretum concilij toletani. xxj. di. accolitus. Accolitus cum ordinatur ab episcopo quidem doceatur qualiter in officio suo agere debeat: sed ab archidiacono accipiat ceroferariuz id est candelabrum cum cereo vt sciat se ad accendenda ecclesie luminaria: id est cereos dum euangelium legitur mancipari. Accipiat & vrceolū vacuum ad suggerendum: id est administrandū vinum in eucharistiam. i. in calicez in quo est eucharistia sanguinis christi. Premissa igitur verba et vtensilia sunt huiusmodi ordinis substātialia: cetera sunt de solennitate. ¶Hoc officium implemus dum ignem verbi celestis quo fratres ad cognoscendum deum illuminentur et inflammentꝰ predicando ministramus: et dum lucem boni operis aliis ministramus. Dominus autem hoc officiuz se habere testatur cum dicit. Ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habet lumen vite.

Multa nō solū i nouo ve rūetiā i veteri te stamēto legi mo saice superaddi ta & mutata legimus.

¶De subdiacono. Rubrica.

Remisimus de non sacris & minoribus ordinibus. Nunc de sacris & maioribus qui anthonomastice sacri dicuntur subiiciamus et primo de subdiacono. Ordo enim subdiaconatus sacer hodie ꝑm Innocentium tertium reputatur

extra de

extra de eta. ⁊ qualit. ordi. a multis. Sqdē subdiaconi nathyneorū vices in ecclesia representāt. De quib⁹ in Esdra legit q̄ dauid dederat nathyneos ad ministeria leuitarū. Unde grece hypodiaconi dicunē: qz officijs ⁊ preceptis leuitaꝝ subiacent ⁊ eis ministrēt ex quorū ordine fuit ille nathanael quē dñs i euāgelio cōmēdauit dicēs. Ecce vere israelita in quo dolus nō est. Nathinei autē hebraice dicūtur latine in humilitate dño seruiētes vel deo oblati. Subdiaconos debēt ſm Isid. xxv. di. perlectis. oblatiōes in tēplo dñi a fidelib⁹ suscipere ⁊ leuitis superponēdas altarib⁹ deferre: calicē ⁊ patenā ad altare christi deferre: leuitis tradere etiā ministrare viceolū quoq; cū vino ⁊ aqua manile ⁊ manutergiū tenere epō ⁊ p̄sbytero ⁊ leuitis pro lauādis ante altare manib⁹ aquā prebere corporalia ⁊ subſtratoria lauare de quib⁹ recte placuit patrib⁹. xxxj. di. lex. ⁊ c. omnino. vt qui mystica sacramēta pertractant legē cōtinentie debeāt obseruare sicut scriptū est in propheta. Mundamini qui fertis vasa domini. Tenent autē locum duum virorū qui erāt apud gentiles. Sane iuxta decretū concilij toletani. xxiij. dist. subdiaconus. Subdiaconus cū ordinatur q manus impositionem cōsecratoriā nō accipit patenā de manu episcopi vacuāt accipiat dicente sibi episcopo. Vide cuius ministerium tibi traditur. De manu vero archidiaconi pro eo q in eius adiutorū cōsecrat accipiat vceū. s. cū vino ⁊ aqua manile. i. bacille ⁊ manutergium. Premissa igitur verba ⁊ vtēsilia sunt hmōi sacramēti substantialia: cetera sunt de solēnitate. Queritur autē quare subdiaconus legit lectiones ad missam: cū nō reperiatur hoc sibi competere vel ex nomine vel ex ministerio sibi concesso? Respondeo in primitiua ecclesia diaconus nō legebat euangeliū: quia hoc statutū non erat: postq̄ vero illud statutū fuit: p̄ceptū est etiā ⁊ vt subdiaconus qui diacono subest epistolā siue lectionē legat. subdiacon⁹ autē vtit amictu alba ⁊ baltheo sicut ⁊ ostiarij. lector exorcista: ⁊ acolitus. ⁊ insuper tunica ⁊ sudario. tunicā strictā portat vt se iustitia quasi lorica induat. sudariū vt sordes ex vasis exergat. de quo in parte sequēti sub tit. de tunica ⁊ manipulo dicetur. Hoc officio vtiq; qui tante mūditie est q ipsi⁹ exēplo ⁊ cōsilio ceteri a sordibus criminū lauant. ¶ Christ⁹ hoc officiū exercuit quādo i chana galilee de aqua vinū fecit ⁊ quādo cena facta mittēs aquā i peluim pedes discipulox lauit. Canō adriani pape. lxij. dist. valentianus. in fine videt innuere q imperatori debet ordinē subdiaconatus habere: vbi dicitur. Adiutor ⁊ defensor tuus vt meū ordinem decet semper existam: sed nō est ita: gerit tamē illud officium: quoniam in die ordinationis sue recept⁹ primo in canonicum a canonicis sancti Petri ministrat domino pape in missa in officio subdiaconatus parando calicem et hmōi. Quidam etiam dicunt. vt no. ff. de re. dist. sancta. q sit presbiter. Juxta illud. Cui⁹ merito quis nos sacerdotes appellat. Imperator etiā pōtifex dictus est prout in tractatu de episcopo, dicetur.

Subdiacon⁹ q̄re legit lectiōez ad missam.

Xp̄s qñ h⁹ officiū exercuit.

¶ De diacono. Rubrica.

Diaconi grece dicūtur hebraice leuite latine vero ministri siue assumpti siue offerētes ſm Isido. xxxj. di. lxx. ⁊ xx. distin. cleros. Diaconorū quidē ordo i libro numeri a tribu leui filio Jacob sumpsisse legit exordiū ⁊ inde leuite: id est assumpti vocabātur: quoniā assumpti sunt ad auxilium sacerdotū. vt eleazar ⁊ ithamar. Dominus enim ad moysen locutus est dicens. Applica tribum leui ⁊ fac eam stare in conspectu aaron sacerdotis ⁊ ministrent ei vt excubent ⁊ obseruēt quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij: ⁊ custodiant vasa tabernaculi seruientes in ministerio. sicut enim in sacerdote ⁊ consecratione ita in diacono ministerij dispensatio habet vt tam dicetur. A quinquagesimo autē anno: iussi sunt leuite vasa custodire. ⁊ a. xxv. an⁹. ⁊ supra iussi sunt in tabernaculo deseruire tāq; eratis ad onera portanda robusti qui possent archam federis mēsam propositionis ⁊ vasa tabernaculi deportare qō ⁊ in nouo testamēto recolit cū diaconi bus supra sinistrum humerū stola imponitur: ⁊ in diebus ieiuniorū super eundē humerū casula cōplicatur. quia quicquid laboris in hac vita sufferimus tanq; in sinistra portantes donec a sinistra tranſeamus in dexterā in qua requiē habeamus. Hinc etiā diaconi cardinales mensam lateranēsē. altaris humeris suis in die cene ad sacrarium deportant: ⁊ in sabbato sancto ab altari reportant. Ipsi quoq; semper summū pontificē velut archā federis deportant. Non ergo diaconus dalmaticam nec subdiaconus tunicellā in diebus ieuniorum in officio misse portāt propter rationē in. iij. parte sub tit. de diacono. ⁊ in. vj. parte sub tit. de septuagesima scriptā. sed casulas seu planetas super humerū sinistrū cōplicatas gestant non replicatas a dextris ⁊ a sinistris sicut facit sacerdos sed ab anteriori parte sup brachia eleuatas. Sub diaconus tamē epām lecturus illā deponit qua lecta eam resumit ⁊ diaconus euāgeliū lecturus illam exuit ⁊ eā decēter plicatā super sinistrū humerū imponit ⁊ sub brachio dextro ligat: ita q ab humero sinistro ad latus dextrū ad modum stole descendat: sicq; circūcinctus eam tenet donec dicatur illa vltima oratio post cōmunionē tunc enī illā induit sicut prius. Missa vero finita tam subdiaconus q̄ diaconus illas deponit. Sane hoc diuino pleno sunt mysterio. Planetas vero replicatas his temporibus portant. Primo propter iam suprapositam rationē. Secundo eas portant ad ostendendū q ipsi ad tantā perfectionē in illis tenentur ad quantā sacerdos in alijs diebus. et adnotandum q ex charitate que per planetam significatur ministrāt. ⁊ nō ex timore prout in veteri lege fiebat que erat lex timoris ⁊ nō amoris: sicut noua presertim tēpore ieiuniū quod sine charitate factū meritorū nō est. Ferunt autē illas ab interiori parte eleuatas: vt liberius valeant ministrare: ⁊ ad ostēdendū q ipsi iuxta aplm ad hebreos, que retro sunt obliuiscentes ad interiora se

Diaconorum exordiū.

In diacono ministerij dispēsatio habetur.

runtur. Portãt etiã illas super brachia eleuatas ad significandũ q̃ opere debẽt charitate ostendere quã gerũt in mẽte. q̃ manꝰ est ꝛ brachia charitas cõgrue designat. nõ autẽ replicatas a dextris ꝛ a sinistris ꝓut facit sacerdos ad insinuãdã diuisi multitudinẽ potestatis ꝛ officiorũ suorũ. Subdiaconus tamẽ epl̃am lecturꝰ tanq̃ officio suo functurus illã deponit. ipse nãq̃ ex officio suo veterẽ legem representat. Unde ꝛ epla qñq̃ de veteri lege sumũtur sub qua nõ ex amore vt premissus est sed ex timore seruiebat: q̃ ꝯ illud durauit quãdiu lex durauit: ideo ad hoc figurandũ donec epl̃a finiatur nõ tenet planetam que amorem designat.

¶ Diaconꝰ vero euãgeliũ legẽs eam nõ deponit sed iuxta modũ stole suo officio cõpetẽtis illã sibi coaptat: quia eius officiũ est doctrinã euãgelicã que est lex amoris predicare: ꝛ hoc est est amore q̃ facit iugũ dñi suaue: q̃ iugũ ex quo oĩa mandata premũtur per stolã super sinistrũ humerum significatur. Ungitur autẽ planeta. i. charitate ab humero sinistro in latus dextrũ vt sit ei suaue iugum domini in prosperis ꝛ in aduersis que per leuam ꝛ dextram designat: tanq̃ armatꝰ in humeris cõtra aduersa ꝛ succinctus in latere cõtra mũdi suauita seu prospera. Rursus diaconus dupler gerit officiũ. s. predicandi pplo. vnde lecturꝰ euãgelium dicit populo. Dominus vobiscum. ꝛ minis trandi sacerdoti. Nempe propter predicãdi officium casulã super humerũ portat: quia predicator in p̃senti vita opera populi portare debet q̃ a legali sacerdote tractũ est: qui dum sacrificabat summitates balrhei super humerũ reflectebat. p eo vero q̃ sacerdoti ministrat ꝛ q̃ propter instantes necessitates ire atq̃ redire habet dexterã habere debet expeditã ꝛ liberã. Unde in toletano cõcilio. xxv. dist. vnũ ita legitur. Unũ orantũ opz lineam gestare in sinistro humero propter q̃ orat idest pro eo q̃ predicat. Preterea subdiaconus et diaconi leuiti deponũt casulas quasi profitẽtes nõ esse vestẽ propriã sed ob reuerentiã tẽporis recipere commodatam. ¶ Denicq̃ circa finẽ misse diaconus planetã induit ad notandũ q̃ nõ sufficit opus ex charitate ĩchoare ꝛ nisi in charitate p ficiatur. Tertio etiã dici potest q̃ diaconus casulam induẽs innuit se esse predicatorẽ qui in dilectione feruear: ꝛ vite cõtemplatiue inhiet. dum vero se illa precingit ꝛ humero duplicatã imponit opus predicationis: orationis: ꝛ lectionis intromittit. ꝛ proximo in necessitatibus subuenit q̃ reflectit in dextrũ cum oĩa referr ad summũ bonũ. Et sic dum casulã induit Martã: dum precingit representat in ministerio marthã. Quarto dũ diaconus leuitorũ tẽpore casulã super humerꝫ replicat quasi gladiũ contra hostem vibraturꝰ vt dicetur prohemio tertie partis. In nouo vero testamẽto ordo iste ab apostolis sumpsit initiũ qui septẽ viros boni testimonij plenos spiritusãcto diaconos elegerunt vt iam dicemr. Unde ꝛ sancti patres decreuerunt. xciij. distinc. diaconi. ꝛ ca. fe. vt in matrice ecclesia septem diaconi circa altare pontifici in celebratione misse assistant. Ubi in apocalypsi dicuntur septem angeli tuba canentes quia illorum est alta mysteria de superna inspiratione foris resonare. Ubi sunt septem cãdelabra aurea qui christi lucem euangelij aliis ostendere debent. Ubi dicuntur septem tonitrua: quia terribiliter cõminari debẽt q̃ omnis arbor que nõ facit fructũ bonũ ꝛc. extra de deci. quãuis. in fi. xciij. di. diaconi. ꝛ. c. sequen. Ubi preconis more balaam admonent ad orandum ꝛ genua flectendum. Ad eos quidem pertinet assistere sacerdotibus ꝛ ministrare in oĩbus que aguntur in sacramentis christi in baptismate scilicet in chrismate: in patena ꝛ in calice oblationes id est hostias inferre et disponere in altari: cõponere etiam id est ornare mensam domini: id est altare atq̃ vestire: crucem ferre: puta in processionibus ꝛ predicare id est legere euãgelium ꝛ apostolum id est epistolam: puta subdiacono deficiente. xxv. distinc. perlecti. extra de deci. quanuis. in fi. Nam sicut lectoribus vetus testamentum: ita diaconibus nouum predicare id est legere preceptum est. sicut enim dominus donec euangelium predicauit minister fuit. Juxta illud. Non veni ministrari sed ministrare. ita nulli magis conuenit euangelium legere q̃ diacono qui minister interpretatur. Unde cum ordinatur ideo stolam per quam christi iugum significatur accipit quia euãgeliũ in quo de ipso iugo continetur lecturus est. Ad ipsum quoq̃ pertinet officium precum: id est dicere letanias ꝛ recitatio nominum eorũ qui ordinandi vel etiam baptizandi sunt. Ipse premonet aures adhibere od deum cum dicit humiliate capita vestra deo: vel humiliate vos ad benedictionem ipse hortatur clamari dicendo. Kyrieleyson in rogationibus: ipse donat pacẽ scilicet subdiacono: vel saltem cum dicit dominus vobiscũ ꝛ annunciat festiuitates. ¶ Hec siquidem ꝛ alia plura ad eius pertinent officium que in canonibus Hieronimi. xxij. distinctione diaconi. ꝛ ca. legimus plenius continetur. Debent etiam tanq̃ oculi episcopi cuncta circunlustrare ꝛ episcopo referre. xxiij. distinctione diaconi ecclesie. ꝛ capitulo sequenti vsq̃ ad. §. compagis. non tamen debent baptizare nec dominicum corpus dispensare nisi in necessitate scilicet episcopo vel presbytero absentibus et iubentibus: nec possunt calicem benedicere. Non debent etiam inter sacerdotes vel coram eis vel supra ipsos nisi eorum iussu sedere. possunt tamen in conuentu presbyterorum rogati predicare. ¶ Diacones tenent loca quaternionum qui apud gentes erant. ¶ Sane sicut in canone. xxiij. distin. diaconus. legitur diaconus cum ordinatur solus episcopus qui eum benedicit manus suas super caput illius imponit: quia non ad sacerdotium sed ad ministerium: id est diaconatum consecratus id est ordinatur. In actibus tamen apostolorum ita legitur. Hos statuerunt ante conspectum apostolorum ꝛ orantes imposuerunt manus super eos. In quo ostenditur non solum episcopum: verumetiam presbyteros tunc astantes debere manũ super diaconũ dũ ordinatur imponere. Ulquid ẽm plꝰ pũt pres-

Diaconus dupler gerit officium.

Euãgeliũ legere nulli magis q̃ diacono cõuenit.

Diaconorũ ordo in nouo testamẽto ab apostolis sumpsit initium.

carl solus epūs cū plures apostoli: imponētes eīm manū nō dāt sanctū spiritū sed orant vt super eos veniat. Cū igitur vsus omniū donoruz non sit in vno: sed in pluribus: merito plures manus impo nunt vt vnusquisq; dominū deprecetur: vt patrē de spiritu suo tribuat ordinando ad instar moysi de cuius spiritu dñs ded it septuaginta viris. Jō autem fit manus impositio super ordinandos: q̄ per manū opera: per digitos spiritussancti dona. per caput vero mentem intelligimus. Recte ergo manus imponitur: q̄ donis spiritussancti in men te imbuti ad opera christi mittuntur. De manus impositione sub titulo de episcopo dicetur. Sed cū diacono manus imponatur. extra de sacramē. non iteran. c. si queritur quare quando postea fit presbyter ei manus impontur iterato. Respon deo quia per consecrationē trāsit de opere ad op⁹ id est de ministerio ad dei immolationem quod si cut nec illud gratia dei aduti agere nō valemus Suspensio vero manuum fit dum oratio super ca put effunditur ordinādi. extra de sacramen. non iteran. ca. fi. ¶ Et nota q̄ñ tunc & super cōfirma tos in frontibus & cum sal & aqua palle altaris ve stes sacerdotales & huiusmodi benedicunt: ideo manuū suspēsio fit: quia virtus quedā manib⁹ cō secratis inest que quasi suscitatur dū benedictio cū huiusmodi manuum suspensione super res ef funditur benedicendas. Unde apostolus monēs discipulū inquit. Admoneo te vt resuscites gratiā dei que est in te per impositionē manuū mearuz. ij. ad Thimo. j. ca. Ut sicut corde per effectum: sic corpore per suspensionem manuū deuotio excite tur: nō eīm solū in rebus animatis: verūetiam in rebus inanimatis virtus consistit vnde nonnulli asserunt q̄ virtute templi si quis illud ex deuotio ne ingredit venialia in eo delētur. ¶ Rursus suspēsio huiusmodi in prelationē exorcismoū potis sime fit: quasi sacerdos ipso corporis actu fugan do diabolos virtute consecrationis manuū cōmi netur. ¶ Tertio potest dici q⁹ dispensatio sacra mentorum soli deo principaliter: ministris vero ec clesie ministerialiter competit: ipsi enim nihil a se: sed a principali habēt agēre. Quia ergo in sacra mentorū dispēsatione vestiū vel aque & huiusmo di benedictione seu consecratione aliqua spiritua lis sanctificatio confertur quam ministri de suis meritis non confisi: debēt ab ipso deo corde & ope re postulare: cōgruū est hec per eleuationē seu su spensionem manuū per quas opera intelligūtur exprimi. Unde Threnorū. iij. Leuemus corda no stra cum manibus. ¶ Diaconus dalmatica vti tur: vt discat occultā rationē sublimiū indagare. Unde in quibusdam ecclesijs ea non nisi in festis vtitur: quia discipuli sublimia non intellexerunt nisi postq̄ dominus est glorificatus: et vtitur ea sine alba tempore oblationis & locutionis tātū si cut statuit zozimus papa. xciij. dist. diaconus se deat. Ab hoc diacono cū ordinatur traditur sub certis verbis stola & codex euāgelij que res & ver ba sunt huius sacramēti substātialia: cetera sunt de solennitate. Ideo autem stolam accipit quia euangelium quod per christi iugum figuratur le cturus est. Hoc officio vtit qui corpus & sanguinem christi discrete dispensat & qui ad orandū et vigilādū sui exēplo alios hortatur. Christus ve ro hoc officium exercuit quando post cenam sa cramentum corporis & sanguinis sui propijs ma nibus discipulis dispēsauit: & iterum quādo apo stolos hortatus est ad orandū dicens. vigilate et orate &c. & q̄ñ euāgelium predicauit.

Dan⁹ impositio sup ordinandos q̄re fiat.

Diacono cum man⁹ imponat: q̄ repostea q̄ñ fit p̄sbyter ei man⁹ iterato imponit.

¶ De sacerdote. Rubrica.

Sacerdotalis ordinis institutio a vete ri lege exordiū sumpsit: dñs nāq; legi tur precepisse moysi. Applica inquit fratrē tuū aaron ad te cum filijs suis de medio filioū israel vt sacerdotio mihi fungatur. Unxit ergo moyses aaron in ma iorem sacerdotem: filios vero illius in minores. Unde ppheta inquit. Moyses & aaron in sacer dotib⁹ eius: id est primi & summi inter sacerdotes fuerunt. Ipse tñ moyses prior fuit q̄m aaron ordi ne & maior administratione. xxij. dist. sacro. in glo. hinc est q̄ moyses illum instruebat: & tanq̄m mi norē redarguebat. de pe. dist. iij. inter hec. sed quo ad consecrationem sacerdotalem pares fuerunt. Moyses autē non offerebat hostias: sed solū vo ta pro populo. xxvj. distin. si quis vult. lxxx viij. di stin. decreuit. Ante legem etiam sacerdotes fuis se leguntur. Unde melchisedech iustus sacerdos dei altissimi legitur extitisse: cui decimas ex omni bus spolijs abrahā tāq̄m sacerdoti persoluit. Erāt aūt multi minores sacerdotes quos chananeos cōmuniter appellabant. et vnus erat summus sa cerdos quem vocabant specialiter arabarchum. Sed et dauid. xxiij. summos sacerdotes instituit sextedecim de eleasar. & octo de ythamar: quibus tamen omnibus vnum prefecit quem statuit prin cipem sacerdotum & singulis per sortem victis sue diuisit hebdomadas: quarum octaua peruenit Abie: de cuius genere zacharias pater Johan nis baptiste descendit. ¶ In nouo quoq; testa mento christus maiores et minores sacerdotes cōstituit videlicet duodecim apostolos et septua ginta duos discipulos p apostolos electos: quos premittebat binos in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus. xxj. distinctione. in noua. Sicut enim deus per moysen summos pōtifices regendis populis in lege prefecit: & ad eorum so cietates et operis adiumentum sequētis ordinis viros & secunde dignitatis elegit. Nam in eleaza ro & ythamar filijs aaron paterne transfudit ple nitudinis abundantiam vt hostias salutares et frequentious officij sacramenta ministerium suf ficeret sacerdotū. Et sicut in heremo p septuagin ta viroz prudentiū mētes moysi spiritū propaga uit. quibus ille vsus in ppl'o innumerabiles mul titudines facile gubernaret. sic & christus aposto lis suis discipulos addidit quibus illi totuz orbē sacris p̄dicationib⁹ repleuerūt sicut hec & alia i pō tificali sub ordinatione sacerdotis habētur. Apo stoloz itaq; vices maiores obtinent sacerdotes. i.

Moyses prior fuit q̄m Aaro ordine & maior administratiōe.

est qui dicunt summi.j.q.vij. accusatio. de pe. di
stin. v. manus: ⁊ c. de his discipulorū vero mino
res. i. p̄sbyteri. Petrū aūt quasi in summū sacer
dotē elegit et pre omnibus claues regni celorum
tradēs: ⁊ ipsum pre ceteris ponens caput et fidei
fundamentū: inquiens. Tu es petr⁹ et super hāc
petrā edificabo eccl̄iā meā. xxi. distinc. in nouo.
Iuxta illud prophete. Pro patrib⁹ tuis nati sunt
tibi filij ⁊c. lxviij. dist. quorum. Apostoli vero epi
scopos presbyteros ⁊ leuitas ordinauerunt sicut
in prohemio huius partis dictum est. Sacerdo
tes ergo sunt successores septuaginta virorū qui
bus dominus ℳoysi spiritum propagauit. ⁊ se
ptuaginta discipulos sicut episcopi sunt vicarij
moysi ⁊ apostolorum. ¶ Ceterum ꝑm Ysidorū.
xxj. dist. cleros. Presbyter grece latine senior in
terpretatur: non modo pro etate vel decrepita se
nectute: sed propter honorem ⁊ dignitatem quaz
acceperunt. Senectus enim venerabilis est: ⁊ ca
ni sunt sensus hominis extra de transla. quanto.
ij. q. vj. anterior. Unde ⁊ dominus inquit ad moy
sen. Congrega mihi septuaginta viros de senio
ribus israel quos tu nosti q̄ senes sint populi ⁊ ma
gistri. presbyter ergo ꝑm Hieron. xcij. distin. le
gimus ad finem: nomen est etatis episcopus ve
ro dignitatis. ¶ Porro sicut in libro numerorum
legitur. ℳoysi precipitur vt eligat presbyteros:
id est seniores. lxxxviij. dis. porro. vnde in prouer.
dicitur. gloria senum est canicies. Hec vero cani
cies sapientiam designat: de qua scriptū est. Ca
nicies hominum prudentia est. Cuncq̄ nongen
tis ⁊ eo amplius annis ab Adam vsq̄ ad Abra
ham vixisse homines legamus nullus alius pri
mus appellatus est presbyter. i. senior nisi Abra
ham qui multo paucioribus annis vixisse cōuin
citur. Non ergo propter decrepitam etatem: sed
propter sapientiam presbyteri nominātur. Hinc
est q̄ illi duo iudices qui falso iudicauerunt su
sannam presbyteri vocati sunt: qui autem presby
teri nunc nūcupantur. olim principes populi: vt
chore: dathan et abyron. vel magistratus aut ma
gistri templi vt nichodemus et Gamaliel dicebā
tur. ¶ Dicitur autem presbyter quasi alijs viuen
di prebens iter: vel prebens beatum iter videlicet
populo de exilio mundi ad patriam paradisi. de
presbytero etiam sub titulo de episcopo dicetur.
¶ Sacerdos vero antistes dict⁹ est: q̄ ante stat
⁊ supra se nullum in ecclesia habet. xxj. distin. cle
ros. Dicitur quoq̄ sacerdos a sacrificando: quia
consecrat ⁊ sanctificat. vnde etiā dicitur sacerdos
quasi sacra dās: vel sacer dux: vt ait Beda ⁊ Gre
go. in pastorali. lib. ij. xviij. c. Sacerdos etiam di
cit iusticie cultor. iuxta illud. Cuius merito quis
nos sacerdotes appellat. ff. de iusti. ⁊ iure. libro. j.
In plerisq̄ locis sacerdotes capellani vocantur.
Nam antiquitus reges francie ad bella procedē
tes cappaz beati ℳartini secū portabāt que sub
quodā tentorio seruabatur: quod ab ipsa cappa
dictum est capella: et clerici in quorum custodia
ipsa capella erat: inde capellani dicebantur: ⁊ cō
sequenter ab illis ad cunctos sacerdotes nomen

Presbyter grece latine senior interpretatur.

illud in quibusdam regionibus est transfusum.
Sunt etiam qui dicunt q̄ antiquitus in expedi
tionibus in tentoriis fiebant domūcule de pelli
bus caprarum super tecte in quibus misse celebra
bant: ⁊ inde capelle nomen tractum est. Sacerdo
tes vero gentilium flamines dicebantur: sicut in
prohemio huius partis dictum est. Presbyteri vi
ces gerunt edilium qui apud gentiles fuisse no
scuntur. ¶ Sane secundū canonicā traditionem
presbyter cū ordinatur episcopo cū benedicente:
⁊ manū benedictoriā supra caput eius tenente ⁊
omnes presbyteri qui presentes sunt man⁹ suas
iuxta manus episcopi teneant super caput illius
spiritum sanctū inuocātes que manus impositio
operū sancti spiritus exercitationē significat. Nā
per caput mens accipitur per digitos sancti spiri
tus dona: per manus opera figuramus. Quare
autem fit manus impositio cū facta fuerit cum in
diaconum ordinaretur dictū est sub titulo de dia
cono. Unguntur etiam manus presbyteri oleo in
sui ordinatione: de quo in prima parte sub titulo
de vnctione dictum est. ¶ Sacerdotes vicem ge
runt christi dum pro peccatis obsecrant: ⁊ per pe
nitentiam reconciliant peccatores. ℳediatores
enim sunt inter deum ⁊ homines prout in sequen
ti titulo plenius ostendetur. Hi stolā super vtrū
q̄ humerū accipiūt: vt ex hoc se per arma iusticie
esse munitos intelligant: prout in secunda parte
sub titu. de stola dicetur. Accipiunt quoq̄ de ma
nu pontificis calicem cum vino et patenam cum
hostia: quatenus his instrumentis potestatem se
accepisse cognoscāt. placabiles hostias ⁊ corpus
⁊ sanguinē christi offerendi. Unde episcopus hec
tribuēs dicit. Accipite potestatē offerre sacrificiū
deo missamq̄ celebrandi tā pro viuis q̄ pro de
functis in nomine domini. Hoc ordine nullus in
ecclesia celsior est. Episcopis tamen quedam su
peraddita est potestas sicut in proximo titulo di
cetur ⁊ in huius partis prohemio tactuz est: ne si
eadē potestas passim penes oēs sit obediētia sol
uatur ⁊ scandalū generetur. lxxxix. distin. ad hec.
¶ Non autem vacat a mysterio q̄ ordinator or
dinatum in sacerdotē cōmunicans osculatur: dia
conus vero vel subdiaconus ordinatt cōmunicā
tes osculantur manum ordinatoris. Ratio diuer
sitatis est primo: vt per hoc ordinum notetur di
stinctio. prout in quarta parte sub titulo de cōsca
tione sacramenti dicetur. Secūdo q̄ pōtifex oscu
lando sacerdotem denotat q̄ ille ad equalitatem
ordinis recipitur q̄tū ad sacramentū eucharistie
cōsecrandū: qō est q̄ sacramentū amoris qui per
osculū significatur. Diaconus vero ⁊ subdiacon⁹
nō recipiūtur ad talē equalitatē: sed ad imitatio
nē bone operationis q̄ ex charitate p̄cedit: qō ꝑm
Greg. per manus osculū designatur. Sane ei qui
in presbyterū ordinat traduntur sub ceteris verbis
stola et casula calix cum patena ⁊ etiā inūgitur. q̄
res ⁊ verba sunt huiusmodi sacramēti substātia.
Cetera vero precedētia ⁊ sequētia de solennitate
sunt. Porro sicut ait beatus Aug. xxvij. dist. que
ipsis. Sacerdotes scire debent librū sacramēto⁹

Sacerdotes mediatores sunt deus ⁊ homines

siue missale lectionariū antiphonariū: baptisteriū cōpotū canones penitentiales: psalteriū homelias p circulū āni dieb⁹ dominicis ⁊ festis aptas: ex qb⁹ oibus si vnū defuerit sacerdotis nomen vix in eo cōstabit. Magn⁹ etiā dionysius.ea. dis.oēs inqt. Substātia summi sacerdotij sunt eloquia diuinitus tradita id est vera disciplina seu scientia diuinarū scripturarū. Et propheta.quia tu scientiā repulisti ⁊ ego te repellā ne sacerdotio mihi fungaris: nō debēt em discere qui ex officio alios debēt docere.xxxvij.di.ecce.j.q.vij. cōuenientibus. De p̄missis vero libris ⁊ homelijs ⁊ in prohemio sexte partis dicetur. Itē qui sint canones penitētiales ⁊ virū sacerdos penitentias in illis diffinitas valeat moderari: ⁊ que sacerdotes scire oportet dixi mus in aureo repertorio nostro sub tit. de peni.et re. de cōpoto in finali parte dicem⁹. Hoc officium christ⁹ exercuit quando post cenā panē ⁊ vinū in corpus ⁊ sanguinē suū diuina virtute cōuertit dicens apostolis. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meum ⁊c. Excellēti⁹ quoq; hoc officio vsus est cum pro peccatis humani generis seipsum in ara crucis obtulit patri idem episcopus sacerdos ⁊ hostia. ⁊ adhuc glorios⁹ implet dum sedēs ad dexteram patris interpellat pro nobis.

Xps sacerdotis officium quando exercuit.

¶ De episcopo. Rubrica.

Ēpi nomē plus oneris q̄ honoris.

Propter ea que specialiter officio episcopali incūbūt episcopat⁹ inter ordines i sacris canonib⁹ cōnumerat.xxj dist.in. cleros. in prin. extra de pur .ca' quotiēs ⁊ decōse.eccle. vel alta.c.pe.' Episcopi autē nomē plus sanat oneris q̄ honoris Nā episcop⁹ grece superintendēs interpretat latine speculatoris officiū gerēs.xx.dis.cleros. Nā ppositus in ecclesia speculator dictus est. Juxta qđ domin⁹ inquit ppete. Fili hominis speculatorē dedi te domui israel. vt plebi sibi cōmisse nō negligēter incūbat: sed vitā ⁊ mores eorū ⁊ cūcta diligēter prospiciat. Quia ergo episcopus speculator est: ideo ex institutiōe clemētis primi cathedra siue locus eius in ecclesia altior est vt superintendat ⁊ populū custodiat: omnesq; cōspiciat ⁊ illum cūcti sicut vinitor altior locus est pro vinea custodiēda. ob hoc inquit apl's. Quiepiscopatū desiderat bonum opus desiderat. viij.q.j. qui episcopatum. nō dicit honorē sed onus: quoniā episcopus nō tam vt presit q̄ vt prosit eligit. ¶ Rursus faldistorū episcopi spirituale iurisdictionē anneram pōtificali dignitati designat: quā exercere diffinitēdo nō debet nisi pro tribunali sedēs: quod probatur ex verbis domini dicentis in euāgelio. Supra cathedram moysi sedent scribe ⁊ pharisei que dixerint facite ⁊c.xix.distinc. secundum. iij.q. vij.§.fina. Per scabellū vero tēporalis potestas significatur: que subiecta debet esse spirituali. sicut probat Gelasius papa extra de mato. ⁊ obe. solite.xcv.distin. duo. ⁊ c.seq. ⁊ Innocē. iij. in sua epistola decretali: ⁊ a spirituali per disciplinā correctois cōcutiatur quādo vero exorbitat per peccatū. extra de iud. noui. Ixiij. dist. valentian⁹. Ēt ps̄al. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū. Pōtifex vero princeps sacerdotū est quasi pons ⁊ via sequentiū factus.xxj.dist.cleros ipse summus sacerdos ipse a pōtifex maximus nūcupatur vt premissum est. ipse nāq; efficit sacerdotes atq; leuitas. ipse officia ⁊ ecclesiasticos ordines distribuit ⁊ disponit preordinator est in cunctis: ipse qđ vnusquisq; facere debeat ostēdit. Antea autem pōtifices ⁊ reges erāt prout actū est in prima parte sub tit. de con. Maiorū em hec erat cōsuetudo vt rex ⁊ sacerdos pōtifex esset. Unde ⁊ romani imperatores pōtifices dicebātur. Dicitur etiā presul quoniā in cōsilio presidet extra de tempo. ordi. q; trāslationē. Dicitur etiā antistes: quia ante alios stans preeminet populo vel ab anti qđ est cōtra qm̄ hereticis cōtradicit vt pastor lupis. Ordo episcopalis vnde processit dictū est in prohemio huj⁹ partis.

Epi nomē plus oneris q̄ honoris.

Episcopus speculator est.

¶ Sane cōsecratio episcopalis in qua spiritus sanct⁹ digne sumēti datur semp in die dñica ⁊ hora tertia fit. lxxv. di. c.j. qm̄ ipsi episcopi vicem apostolorū obtinent quib⁹ in die pentheco. ⁊ hora tertia spiritus sanct⁹ dat⁹ est nō tamen potest quis in episcopum cōsecrari die illa qua in presbyterū ordinatur: sed ⁊ iuxta canonū statuta .lxxviij. dist. si forte. episcopus cum ordinatur cōprouinciales episcopi cōuenire debēt cum metropolitano ⁊ duo episcopi ponant ⁊ teneant euāgeliorū codicē super caput ⁊ ceruicē eius siue super humeros vno super eum fundēte benedictionē: reliqui vero oēs episcopi qui assunt manibus suis caput eius tāgāt. xxiij. distin. episcopis. Siquidē tenetur liber super caput eius. primo vt dñs firmet euāgeliū in corde ipsius: secūdo vt per hoc intelligat cui labori ⁊ honori subijciatur: quia omne qđ hic eminet. i. omnis prelatus plus meroribus afficitur q̄ honoribus gaudeat. xxij. di. verum. tertio ad notandū q; pōdus euangelice predicationis eum circūquaq; ferre pigere nō debet. quarto ad monēdū illū vt magis soluto iugo sub iaceat ⁊ obediat euāgelio. ¶ Trium autē episcoporum ad minus cōputato metropolitano p̄sentia requiritur ratione ⁊ exēplo. Ratione: ne tantū beneficiū videatur furtiue prestitū vt pro illo pariter preces ad deum effundant. Et exēplo qr ⁊ Jacobus frater domini a petro iacobo ⁊ ioanne apostolis ordinatus est episcopus hierosolymitan⁹ lxvj. dist. porro. Manus vero impositio sumpsit exordium ab Jsaac qui dum Jacob benedixit imposuit sibi manū. ⁊ Moyses Josue cū eū populo prefecit: ⁊ dñs aplis cum eos principes mūdi cōstituit. Sed ⁊ ipsi apostoli per manus impositionem spiritū sanctū dederūt. De manus impositione dictū est sub titulo de diacono. ¶ Cetera circa episcopi ordinationē sciendū est q; ipse sabbato hora vespertina examinat de moribus ⁊ statu preterite vite vbi ter dñdictio petit vt sancta trinitas in ordinatione preesse mōstretur. Mane vero sequenti examinatur de futura conuersatione ⁊ fide primitiue ecclesie institutione ppter suspectos in fide moribus ⁊ conditione: ⁊ virgilat caput eius: ⁊ manus de quo dictū est in prima parte sub titu. de consecratio. Deinde vngunt ma-

De cōsecratione episcopali.


Altēdēda circa epi ordinationē.

tus eius ⁊ datur ei mitra in capite in signū q̄ benedictionē omniū gentiū dedit illi: ⁊ testamentū suum confirmauit super caput eius. Dantur etiā ei baculus ⁊ anulus de quibus in sequenti parte dicetur. Singula autē cum propriis verbis traduntur ⁊ sunt que verba ⁊ capitis ⁊ manuū unctio ⁊ pollicū cōfirmatio baculi ⁊ annuli atq̄ euāgelij traditio sint huius substantia sacramēti. Cetera solennitatis sunt. De euāgelio ⁊ baculi traditione ⁊ quare cōsecratus equū album seu albis coopertum equitat dictum est in predicto titu. de conse. Consecratur autem episcopus inter epistolam ⁊ euangeliū extra de elect. q̄ sicut. nec potest die sue cōsecrationis ordines celebriare quia ipse tunc non celebrat sed cōcelebrat principaliter celebranti. Papa tamē qui ante hymū angelicū cōsecratur hec posset quia ipse missarū solennia perficit cōsecratus. Differt autē inter episcopos ⁊ sacerdotes: quia licet sex sint que cōmuniter ad omnes pertinēt sacerdotes videlicet cathetizare: baptizare: predicare: cōficere: soluere ac ligare: tamē ad pontificē nouē specialiter speciāt scilz clericos ordinare: virgines benedicere: pontifices cōsecrare: manus imponere basilicas dedicare: degradā deponere: synodos celebriare: chrisma cōficere. vestes ⁊ vasa sacrare. ¶ Sunt ⁊ alia que ad officiū episcopale pertinent puta in fronte chrismare: benedictionē solēnem ante pacē dare ⁊ similia. xxv. dist. perlectis. lxviij. di. quāuis verūtamē ⁊ maiores ⁊ minores sacerdotes cōmuniter in quibusdā vicem gerūt summi pōtificis id est christi dum videlicet pro peccatis obsecrāt et per penitētiā recōciliāt pecatores. Unde apostolus ait. Deus erat in christo mundū sibi reconcilians ⁊ posuit in nobis verbū reconciliationis: obsecramus ergo pro christo recōciliamini deo. ¶ Mediatores em̄ sūt sacerdotes inter deū ⁊ homines: dum ⁊ precepta dei populo deferūt predicando: ⁊ vota deo porrigunt supplicando: quocirca tales debent existere vt ⁊ deo grati: ⁊ hoibus sint accepti. Nam vt ait Alexan. papa. j. q. j. christi sacerdotes. quanto digniores fuerint tanto facilius in necessitatib⁹ pro quib⁹ clamāt exaudiūtur. Et sicut apostolus dicit. Mediator nō est vnius: ⁊ discordes recōciliare nō potest qui simul vtriusq̄ societatis ⁊ amicitie vinculo non est consors. Si em̄ is qui displicet ad intercedēdū mittitur: irati animus ad deteriora prouocat. xlix. dist. ℣. primo. Episcopus quoq̄ ⁊ sacerdos nomine presbyteri intelligūtur: sicut patet ex his que ad tytum apostol⁹ scripsit: qui eundem ⁊ episcopū ⁊ presbyterū nominauit. Quod autē idē sit episcopus ⁊ presbyter multis modis comprobatur. Presbyteri a filijs Aaron in veteri testamēto sumpserūt exordiū. Episcopi vero ab ipso Aaron. Qui vero vocabantur sacerdotes nūc presbiteri dicuntur. qui tunc principes sacerdotū nunc episcopi nominantur. Hodie autē ideo diuersa sunt vocabula vt episcopus nō dicatur presbiter vel econtra: quoniā antiquitus quādo pietati studebāt presbyteri in omni loco ordinabant ⁊ apud iudeos qui populo preerant presbyteri dicebantur hoc nomen honoris accipientes. Vocabantur etiam episcopi ab illo opere quod implere videbantur: eo q̄ considerare habebant: quecunq̄ ad pietatis cultum fuerant constituta Unde etiam Hiero. sic ait. xcv. dist. olim. Olim idē presbyter qui ⁊ episcopus ⁊ anteq̄ diaboli instinctu studia siue dissentiones in religione fierēt ⁊ diceretur in populis ego sum pauli ⁊ ego sum apollo: ⁊ ego sum cephe cōmuni presbyterorū cōcilio ecclesie gubernabātur. Postq̄ autē vnusq̄sq̄ eos quos baptizauerat suos esse putabat non christi: in toto orbe decretū est vt vnus de presbyteris superponeretur. Episcopi ergo nouerint se magis cōsuetudine q̄ dispensatione dominice veritatis presbyteris esse maiores. Augustin⁹ vero ij. q. vij. q̄q̄. dicit q̄ q̄q̄ fm vocabula que vsus obtinuit episcopus sit presbytero maior. Aug. tamen mino: Hieronymo est. Hoc officiū xp̄s exercuit quādo manus super capita discipulorum leuans eis benedixit dicens: accipite spiritum sanctum quorū remiseritis peccata remittunt eis ⁊c.

Presbyterorū et epōrū exordia.

¶ Incipit liber tertius.

¶ De indumētis seu ornamētis ecclesie sacerdotū atq̄ pōtificū ⁊ aliorū ministrorū. Rubrica.



A quotidiano vsu non est vestibus sacris vtendum ad notandū q̄ sicut mutationem habitus secundum litteram facimus: ita et secundum spiritum agamus. Nō ergo cum vestibus communis vite vsu pollutis in sancta sanctorū ingrediamur: sed cum conscientia munda ⁊ vestib⁹ mūdis ⁊ sacris dei sacramēta tractem⁹ de cō. distinctione. j. capitulo primo. Unde Stephanus papa. de conse. distinctione. j. vestimenta. statuit sacris vestibus non nisi in ecclesiasticis et deo dignis officijs vti. et Eze. xlitij. Non sanctificabant populum in vestibus suis. Habet ergo religio diuina alterum habitum in ecclesiasticis officijs alium in communi vsu vt cuncto populo xp̄iano exēplum prebeat bone cōuersationis:

Vestib⁹ sacris in q̄tidiano vsu nō est vtendū: q̄re.

quatenus loti pr̃ sordes nouꝰ xp̃o fiãt homines Exuit enim tũc sacerdos veterẽ hominẽ cũ actib̃ suis ⁊ induit nouũ qui ꝑm deũ creatus est. Per vestes quoq; quibus in sacris vtimur tantũ nõ ola sacramenta forte populo reseuanda intelligimus. xlij. dist. in mandatis. §. ſi. q. iij. nolite. Et nota q̃ tẽpore Ludouici imperatoris filij karoli magni: epi ⁊ clerici cingulis auro texta: exquisitas vestes ⁊ alia secularia ornamenta deposuerũt. Sacre au tẽ vestes a veteri lege videtur assumpte. precepit em dñs Moysi vt faceret Aarõ sacerdoti ⁊ filijs eius vestes sanctas in gloriã ⁊ decorẽ vt loti ⁊ sacris vestibus induti fungerent officio in sacris. Exo. xxviij. xxxj. xxxv. ⁊. xl. ca. Docuit enim dñs Moysen per. xl. dies facere põtificalia ⁊ sacerdotalia vestimẽta sacerdotibus ⁊ leuitis suis ornamenta quoq; ⁊ linthea mina: sed ⁊ maria texuit ⁊ fecit illa in vsum ministerij tabernaculi federis. Et ecclesiastici. xlvij. dedit celebrationib̃ decus ⁊c. Quedã tñ ab apostolis sumuntur: sed tã ille q̃ iste virtutes designãt vel ministerium incarnationis. Sane pontifex celebraturus exuit vestes quotidianas ⁊ induit mũdas sacras. Et p̃mo sandalia calciat vt sit memor dominice incarnatiõis. Secũdo sibi imponit amictũ vt motus ⁊ cogitatus fauces ⁊ linguã cohibeat vt fiat cor mundũ: spiritũ rectum percipiens in visceribus innouatũ Tertio albam talarem vt habeat mundiciã carnis perseuerantem. Quarto cingulũ vt impetus luxurie refrenet. Quinto stolam in signũ obediẽtie. Sexto tunicã iacinthinã id est celestẽ conuersationẽ. Septimo superinduit dalmaticam: id est sanctã religionẽ ⁊ carnis mortificationẽ. Octauo cyrothecas vt declinet vanã gloriã. Nono anulũ vt diligat sponsam. i. ecclesiã sicut se. Decimo casulam: id est charitatem. Undecimo sudarium vt quicquid fragilitate vel ignorantia peccat penitẽtia tergat. Duodecimo palliũ superponit vt ostẽdat se imitatorem christi qui lãguores nostros tulit. Decimotertio mitrã vt sic agat q̃ coronã meream percipere eternã. Decimoquarto baculum id est auctoritatẽ potestatis ⁊ doctrine. Et postea tapeta calcat vt terraꝫ despicere ⁊ amare celestia discat. Omnibus autem premissis vestib̃ induitur a ministris: quia et vt vestes induat spirituales angeli suffragantur: vel quia vicarius est christi cui angeli ministrant ⁊ omnis seruiunt. Rursus pontifex versus aquilonem suspiciens quamuis versus orientem seu versus altare si sit magis accomodum respicere possit tanq̃ aduocatus et pugil cum hoste pugnaturus antiquo vestibus sacris quasi armis induitur iuxta apostolum: vt tam dicetur. Primo sandalia pro ocreis habet ne quid macule vel puluueris affectionum inhereat. Secundo amictus pro galea caput cõtegit. Tertio alba pro lorica totum corpus cooperit. Quarta cingulum pro arcu subcingulum pro pharetra assumuntur: et est subcingulum illud quod dependet a cingulo quo stola pontificis cum ipso cingulo colligatur. Quinto stola collum circundat quasi hastam contra hostem vibrans. Sexto, manipulo pro clauo vtitur. Septimo casula quasi clypeo tegitur: manus libro pro gladio armatur. De singulis etiam aliter dicetur infra. ¶ Hec itaq; sunt arma quibus pontifex vel sacerdos armari debet contra spirituales nequitias pugnaturus. Nam vt inquit apostolus. Arma militie nostre nõ sunt carnalia: sed ad destructionem muniminum potẽtia. ⁊ in alia epistola ad Ephesi. vj. capi. Induite vos inquit armaturã dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: ⁊ induti loricam iustitie: ⁊ calciati pedes in preparatione euangelij pacis in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere ⁊ galeaꝫ salutis assumite et gladium spiritus quod est verbũ dei. Hec quidem armatura est premissa septuplex vestis sacerdotalis: significatiua semptemplicis virtutis sacerdotis et representatiua christi vestium quibus indutus fuit tempore passionis vt infra dicetur. Prouideat ergo diligenter episcopus et attendat studiose sacerdos vt signum sine significato non ferat: id est vt vestem sine virtute nõ portet: similis sit sepulchro foris dealbato: intus vero omni spurcitia pleno. quisquis enim sacris indumentis ornatur ⁊ honestis moribus nõ induit quanto venerabilior apparet hominibus tanto redditur indignior apud deum. Pontificalem itaq; gloriam non tam honor commendat vestiũ sed splendor animarũ: quoniã illa que quondam carnalibus blandiebantur obtutibus: ea potiꝰ que ipsis erant intelligẽda poscebãt: vt q̃dã illa velamina in fulgore auri in nitore gẽmarũ: ⁊ in multimodi operis varietate signabãt hoc tã in moribꝰ actibusq; claresc at: cum ⁊ apud veteres reuerentiam ipsa signatio non species obtineret et apud nos certiora sint experimenta rerum q̃ enigmata figurarum prout hec ⁊ alia in pontificali vbi agitur de consecratione leguntur. Sic itaq; munitus ad certamen contra spiritualia nequitie in celestibus ⁊ pro sedanda in subditos iudicis ira ad altare procedit: et per confessionem diaboli renunciat dominio ⁊ seipsum accusat. Populus vero quasi pro suo pugile oraturus in festis diebus terre prosternitur. Dum autem ille orationes ⁊ alia recitat quasi totis viribus contra diabolum pugnat. Dum diaconus in tenuis ante euangelium casulam super humerum replicat: quasi gladium cõtra hostem vibrat. Dum epistola legitur voce preconis imperatoris edicta dantur. Cantus sunt tubicines: presentores chorum regentes sunt duces exercituum ad pugnam instruentes quibus lacescentibus alij subueniunt. Cantus autem sequentie est plausus seu laus victorie. Dum euãgelium legitur hostis quasi gladio vulneratur aut exercitus post victoriã dispersus adunatur Episcopus predicãs est imperator victores laudans. oblationes sunt spolia que victoribus diuidantur. Cantus offertorij est triumphus qui debetur imperatori. Pax autem in fine datur vt populi quies hoste prostrato insinuetur. Et deinde populus data licẽtia per Ite missa est

Sacre vestes a veteri lege videtur assũpte.

Episcopus vestẽ sine vel te nõ portet.

cum gaudio de victoria ⁊ pace obtẽta ad propria redit. ¶ Celebraturus itaq; missam ẽps aut presbyter indumentis suo ordini cõgruẽtibus se exornet: ⁊ vestiũ cultui actionis quoq; cõuentant ornamẽta. ca. di. rationis. ¶ Circa quod notandũ est q; sex sunt indumẽta sacerdotũ ⁊ ẽpis cõta: qui ⁊ sex sunt in quibus cõis presbyterorũ ẽporũ potestas cõsistit. Nouẽ vero sunt ornamẽta pontificis specialia: qui ⁊ nouẽ sunt in quibus specialis ẽporũ potestas ꝓsistit. Per hũc ergo cõmunũ ⁊ specialiũ indumẽtorũ numerũ cõitas ⁊ specialis potestatũ inter ẽpos ⁊ sacerdotes significat de quo in parte precedenti dictũ est sub titu. de ẽpo. Hoc etenim tã in nouo q̃ in veteri testamento legitur cõstitutũ vt põtifices preter cões vestes habeant speciales: sed ibi quatuor erant cões ⁊ quatuor speciales: prout dicetur sub titulo de legalib⁹ indumẽtis. quod siquidẽ ratio mystica postulabat nam ille date sunt carnalib⁹ ⁊ mũdanis: qñ quaternari⁹ numerus cõuenit carni ꝓpter quattuor humores ⁊ mũdo propter quatuor elemẽta. Hec autẽ spiritualib⁹ ⁊ perfectis data sunt. Nã senarius numerus qui perfectus est: qi reddit ex suis partib⁹ aggregatis: perfectis quemit. Unde ⁊ sexto die perfecit deus celum ⁊ terrã ⁊ omnẽ ornatũ eorũ: sed ⁊ cũ plenitudine temporis sexta venisset etate sexto die sub hora sexta redemit genus humanũ. Senarius ergo numerus perfectus est: qi suo ordine numeratus perficitur. Nã cũ vnũ duo ⁊ tres dicũtur: senarius numerus impletur. vel qi in tribus partibus diuiditur. i. in sexta tertia ⁊ dimidia: videlicet in vno duobus tribus. Houenarius etiam spiritualibus conuenit: qi nouem sunt ordines angelorũ qui ꝑ prophetã per nouẽ gẽmarũ species designantur. ¶ Quindecim ergo sunt ornamenta pontificis: quindecim virtutum gradus ipso numero designantia: quos per quindecim cantica graduũ psalmista distinxit. Uestes enim sacerdotales virtutes significant: quib⁹ debent sacerdotes ornari ꝑ illud propheticũ. Sacerdotes tui induãtur iusticiã ⁊ sancti tui exultẽt Que talares dicuntur: qi talus finis est corporis per quod ostenditur q; nõ sufficit opus bonũ inchoare nisi studeatur perseueranti fine compleri: prout sub titulo de tunica dicetur. Sic ergo noster põtifex plura q̃ octo indut vestimẽta: q̃uis Aaron nisi octo habuisse legatur quibus moderna succedunt quod ideo est quoniã oportet iusticiam nostrã magis abundare q̃ scribarũ ⁊ phariseorũ vt intrare possimus in regnũ celorũ. Potest etiam dici q; noster pontifex octo habet a capite vsq; ad pedes exceptis vestimentis pedũ et manuũ scilicet amictũ albam ⁊ cingulũ ⁊ stolã: duas tunicas: casulam ⁊ palliũ vestimentum eñ pedũ potius pertinet ad nostrũ q̃ ad Aaron: quia nostris dictũ est. Euntes in omnes gentes ⁊c. ¶ Denicq; preter premissas vestes sacris ordinib⁹ ⁊ ministris deputatas est ⁊ alia quedam vestis linea que superpellicium dicitur quo quibuslibet seruitijs altaris ⁊ sacrorum vacãtes super vestes communes vti debẽt prout in sequẽti tit. dicetur. Superpellicũ autẽ propter sui candorẽ mundiciam seu puritatem castitatis designat. Juxta illud. Omni tempore vestimenta tua sint candida ⁊ mũda propter nomen vero suum carnis mortificationem figurat. Dictũ est eñ superpelliciũ eo q; antiquit⁹ super tunicas superpelliceas de pellib⁹ mortuoꝝ animaliũ factas induebatur: quod adhuc in quibusdã ecclesijs obseruatur representãtes q; Adam post peccatũ talibus vestitus est pellicijs. Tertio denotat innocentiã: ⁊ ideo ante oẽs alias vestes sacras sepe induitur qi diuino cultui deputati innocentiã vite: cunctis virtutũ actibus superponere debent. Juxta illud ps. Innocentes ⁊ recti adheserũt mihi. Quarto propter sui latitudinẽ cõgrue charitate designat. Unde super prophanas ⁊ cõmunes vestes indutur ad notandũ q; charitas operit multitudinem peccatorum. Quinto propter sui formã qi in modũ crucis formal passionẽ dñi figurat qõq; illud gerentes crucifigi debẽt cũ vitijs ⁊ cõcupiscẽtijs. Fiũt autẽ superpellicia in quibusdã locis de chrismalibus lineis que ponũtur super infantulos baptizatos: exẽplo Moysi qui de purpura ⁊ bysso: ⁊ alijs a ꝓpho in tabernaculo oblatis fecit vestes quibus Aaron ⁊ filij eius induerẽtur qñ ministrabãt in sanctis. Exo. xxxix. ca. Est etiã ⁊ alia vestis que pluuiale vel cappa vocatur que creditur a lege gali tunica mutuata. Unde sicut ille tintinabulis sic ista fimbrijs insignitur q̃ sunt labores ⁊ huius mũdi sollicitudines. Habet etiam caputium qõ est supernũ gaudium. Prolixa est vsq; ad pedes per quod perseuerantia vsq; in finem significatur In anteriori parte aperta est ad denotandum q; sancte conuersantibus vita patet eterna: seu q; eorum vita patere debet alijs in exẽplũ. ij. q. iij. non sunt. in fine. Rursus per cappã gloriosa corporũ immortalitas intelligitur. vnde illam non nisi in maioribus festiuitatibus induimus: aspicientes in futurũ resurrectionẽ quãdo electi deposita carne binas stolas accipient videlicet requiem animarũ ⁊ gloriam corporum. Que cappa recte interius patula est nisi ⁊ sola necessaria fibula inconsulta: quia corporalia spiritualia facta nullis animã obturabũt angustijs: fimbrijs etiam subornãtur: quia tunc nostre nihil deerit imperfectioni: ſz quod nunc exparte cognoscimus: tũc cognoscemus sicut et cogniti sumus. ¶ Quidã autẽ heretici garriunt nusq̃ reperiri in nouo testamento q; christus vel discipuli eius premissis vestibus induerentur reprehendẽtes nos temere: qi talibus ornamur: quoniã sicut Joãnes ait. Domin⁹ surgens de cena posuit vestimẽta sua: ⁊ postea alia nunq̃ accepit nisi sua. Nos vero vt dicunt plura alia: q̃ vestimus reuestimus in missa in qua cenã ipsam imitamur: ⁊ dñs ab his qui volũt ambulare in stolis nos cauere precepit dicens. Cauete a scribis qui volũt ambulare in stolis. Dicũt eñ q; hoc facimus vt iustiores ⁊ excellẽtiores ꝑpłis appareamus. Ꝛ illud. Vos estis qui iustificastis vos coraz hominibus: deus autẽ nouit corda vestra: qi qđ hominibus altum est. abominatio est apud

Quaternari⁹ numer⁹ carni cõuenit.

Senari⁹ numer⁹ pfectis cõuenit.

De cappa. et ipsius significatione.

deum. Error autē iste ex premissis apertissime cō futatur. Legitur quoq; Ezechie.xliij.ꝛ.xlviij. Cuꝫ ingrediētur sanctuarium meum et accedēt ad mē sam meam vt mihi ministrent ꝛ custodiant cerimo nias meas vestibus lineis induentur: nec ascēdet super eos quicq; laneum. Cum egrediētur atriū exterius ad populum exuent se vestimentis suis in quibus ministrauerunt ꝛ non sanctificabūt po pulum in vestimentis suis. ¶ Et nota q̄ ostiarij: lectores: exorciste et accoliti vestibus albis vtunt videlicet superpellicio: amictu ꝛ alba ꝛ baltheo: vt angelos dei ministros per castitatis mundiciā imitentur: et eis in carne gloriosa effecta spirituali quasi in albis vestibus socientur. Inde est q̄ potius lineis vestibus vtuntur: quia sicut linū multo labore ad candorem perducitur: sic necesse est per multas tribulationes ad regni gloriam peruenire. In concilio magū. ij. q. j. episcopus presbyter. statutum est q̄ episcopus in ordinatione sua recipiat orarium baculum et anuluꝫ presbyter orariū et planetam: diaconus orarium et dalmaticā: sūb diaconus patenam ꝛ calicem: ꝛ cū degradātur ea perdunt. Et in concilio tholetano. xcviij. distin. diaconus in conuentu statutū est q̄ diaconus tēpore oblationis tantū scz qñ legit euangeliū vtatur alba. i. dalmatica. Notandum quoq; est q̄ vestes euāgelici sacerdotis aliud designāt in capite scilz in xpō aliudq; figurāt in membris q̄q̄ ꝛ caput ꝛ mēbra sacerdotis noīe nūcupentur. Ad caput dicit psalmigraphus. Tu es sacerdos in eternū ſm ordinē melchisedech. Ad membra vero dicit apostolus. Vos estis genus electum regale sacerdotium. Exponēda ergo sunt coꝝ mysteria. Primo ſm q̄ mēbris cōsequēter ſm q̄ capiti scz xpō conueniūt prout i quolibet capitulo distinguet. ¶ De ornamentis autem et paleis ꝛ vestib⁹ ecclesie vel altaris in prima parte dictū est vbi agitur de picturis. Porro sex indumēta sacerdotibus ꝛ episcopis cōmunia sunt hec amictus: alba: zona seu cingulum: stola: manipulus: planeta. Nouem vero pontificibus specialia sunt hec: calige: sandalia: succincti: tunica: dalmatica: cyrothece: mitra: anulus baculus pastoralis. De quibus omnibus singula i im prosequimur: ꝛ etiā de fudario ꝛ de pallio ꝛ de coloribus quib⁹ ecclesia in ecclesiasticis vtitur indumentis et de legalibus indumentis siue veteris testamenti.

Vestes euāgelici sacerdotis aliud designāt in capite aliudq; in mēbris figurāt.

¶ De amictu. Rubrica.

PRimo de sex ornamētis episcopis et sacerdotibus cōibus est ſm p̄missa dicendum. Lotis itaq; manibus episcopus seu sacerdos celebraturꝰ assumit amictuꝫ quo caput tegitur: quē pontifex loco ephot siue superhumerale et rationale habet: ꝛ nūc etiam superhumerale potest vocari significans salutem que per fidem tribuitur. De hoc apostolus ad Ephe.vj. Galeam salutis assumite. Significat etiam castitatem cordis et corporis: quia renes et pectus ambit ꝛ tegit: ꝛ oībus sacris vestibus supponitur: sed oībus supereminet: quia castitas etiam debet esse intus in pectore ꝛ foris nitere opere. vnde in reubus stringit quia ibi precipue luxuria dominat. Per amictum quoq; super humeros: quia circūquaq; diffundit operum fortitudo designatur. Humeri namq; fortes sunt ad opera peragēda. Juxta illud patriarche Jacob. Supposui humerū ad portādū et factus est tributis seruiens. Duo vascula siue due chordule: quibus amictus ante pectus ligatur significant intentionem ꝛ finem quib⁹ informandū est opus ne fiat in fermento malitie et nequitie ſz in azimis sinceritatis et veritatis. Sacerdos igitur non dz otiosus existere sed bonis operib⁹ insudare ſm illud apli ad thy. Labora sicut bonus miles ihesu xpi. Laudāda tñ quorūdā locoꝝ hz consuetudo vt linia camisia alba aut superpellicū super cōmunes vestes induntur prius q̄z amictus imponatur: per qđ fides que primo adesse dz significatur. Porro amictus super os planete reuolut de quo sub titu. de planeta dicetur. Amictu quoq; collū stringit per qđ vocis castitas intelligitur qm̄ per collū in quo vox est vsus loquendi exprimitur. Stringitur ergo collū ne inde ad linguam mendaciū transire possit. Leuiter tñ cū eo pectus ꝛ fauces stringuntur prout sub tit. de cingulo dicetur. Illo et iam caput operimus ne circūquaq; libere prospiciendo illicita cogitemus. Pectus seu cor eo tegitur: quia animus sacerdotis ad ea que incūbunt debet totus esse intentus nec dz tunc ad vanitates vel ad aliqua mundana libere meditanda dissolui. Porro amictus quo sacerdos caput obnubilat ſm q̄ capiti scz xpō cōuenit significat id quod in Apo. describitur videlicet angelū dei fortē descēdisse de celo amictum nube. Et ait ysa. Ecce dominus ascendit super nubē candidā. Veniens etiam ad saluationē mūdi saluator mūdi dei filius angelus magni consilij amictus est nube dum diuinitatem abscondit in carne. Nā caput viri christus: caput christi deus extra de sa. vnc. c. vno. Hoc ergo carnis latibulum significat sacerdotis amictus quod per illam sindonem expressius significatur: quia suminus pōtifex caput obducit. de qua sub tit. de succinctorio dicet. ꝛ pulchre quidem quod per calciamentū pedū hoc tpz per amictum capitis designatur: quia diuinitas i carne latuit ꝛ per carnem innotuit. Nam cum notus esset in iudea deus ꝛ in israel magnum nomē eius. In idumeam extendit calciamentum suum et ante conspectum gentium reuelauit iusticiam suam. Amictus etiam representat operimētū quo iudei velabant facē christi dicentes. Math. xxvj. Prophetiza nobis christe quis est q̄ te percussit.

¶ De alba. Rubrica.

DEst amictum camisiam siue albā sacerdos induit que membris corporis conuenienter apta nihil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis aut in eius membris esse debere demonstrat. hec ob speciem candoris mundiciam nemō dictā de strat ſm q̄ legitur. Omni tempore vestimēta tua mōstrat sint candida. Fit autem de byſſo vel lino propter quod dictum est. byſſinū sunt iustificationes san-

chordule due q̄ busamictus aſſi pect⁹ ligat q̄d ſi gnificāt

albamū

crorum. Est autē byssus linum egyptiacū. Sicut enim linum vel byssus candorem quem ex natura non habet: multis tonsionibus attritum acquirit per artem: sic et hominis caro mundiciam quam non obtinet per naturam: per exercitia bonorum operum multis castigationibus macerata fortē per gratiaz. Sacerdos ergo ꝑm apostolū castiget corpus suum et in seruitutem redigat: ne forte cū aliis predicauerit ipse reprobus fiat. Habet autē alba caputium quod est professio castitatis. Habet etiam ligulam que significat linguam sacerdo talem que ligat contumaces z absoluit penitētes. ¶ Rursus hec vestis que in veteri sacerdotio linea vel poderis grece seu tunica talaris dicebatur stricta fuisse describitur propter spiritum seruitutis iudeoꝝ in timore. In nouo vero larga est propter spiritum adoptionis in libertate qua nos christus liberauit. Quod autem auri frisium z grāmata diuersis in locis ac variis operib⁹ ad decorem habet illud insinuat quod propheta dicit in psal. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circum. ¶ Rursus alba cingulo stringitur vt omnis voluptas carnalis astricta intelligatur dicente domino. Sint lumbi vestri precincti. Manice quoq; tam albe q̄ etiam tunicelle conuenienter debent esse stricte non nimis laxe vt labantur et brachia nudentur. habentes in summitatib⁹ auri frigia ad designandum aureos torques qui brachia nuda beati Martini missam celebrātis mirabiliose decēter operuerūt: prout in sexta parte sub eius festo dicetur. Per albam etiam qua corpus a sursum vsq; ad deorsum tegitur spes que ex gratia prouenit ecclesie desursum: et ex meritis ecclesie deorsum figuratur. De hac apostolus ad Roma. viij. Spe salui facti sumus. Quia ꝙo vsq; ad talos descēdit perseuerantiam designat prout tactum est prope finem in prohemio huius partis. Porro ꝑm q̄ capiti scilicet christo conuenit alba que est lineū vestimentum longissime distās a tunicis pelliceis que ex mortuis animalibus fiunt quibus Adam vestitus est post peccatum nouitatem vite significat quā christus et habuit et docuit: et habuit in baptismo de qua dicit Apostolus. Exuite veterem hominem cum actibus suis et induite nouū qui ꝑm deū creatus est. Nam in transfiguratione resplenduit facies eius sicut sol et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Semper enim vestimenta christi munda fuerunt z cādida: quia peccatum non fecit: nec inuētus est dolꝰ in ore eius. Hec etiam vestis representat albam vestem in qua Herodes illusit christo. Luce. xxiij.

Christi vestimēta semp mūda z candida fuerunt.

¶ De zona seu cingulo. Rubrica.

Debet autem alba circa lumbos sacerdotis seu pontificis zona seu cingulo quod in lege et apud grecos baltheū dicebaꝭ precingi ne defluēdo gressuz [illegible] albam significata nullis incēntuoū stimulis dissoluatur. Cingulum namq; continentiam significat. Unde sint lumbi vestri precincti z luceme ardentes in manibus vestris. In lumbis quidē luxuria dominatur: sicut dominus loquēs de diabolo manifestat. Virtus eius in lūbis eius et fortitudo eꝰ in vmbilico ventris eius. de pe. distin. ij. si enim in quit. ad finem. Sane a sinistro latere pontificis ex cingulo duplex dependet succinctorium: quia duo sunt quibus castitas roboratur z sine quibus difficile conseruatur scilicet oratio et ieiunium. Unde dominus ait. Hoc genus demoniorum non ejicitur nisi in ieiunio z oratione. Debent ergo lumbi per continentiam precingi: z per abstinentiam succingi. Unde apostolus. State succincti lumbos vestros in veritate. Verum succinctorium quod alias vel perizoma vel subcingulum vocatur inter indumenta legalia fuisse non legitur: quia et si legales sacerdotes accincti tempore sacrificij abstinere deberent: alio tamen tempore licite vacabant amplexibus. Modie autē additur cingulo: quia moderni ministri iugem debent habere continentiaz: et ideo non solum cingi: sed etiam succingi debēt. Succinctorio duplici duplex castitas denotatur

Ideo autem duplex est succinctorium vt duplex castitas denotetur: videlicet mentis que per cingulum: et corporis que per subcingulum significatur. A parte sinistra dependet: quia potior est castitas mentis q̄ corporis: z dextra pars potior est q̄ sinistra. Unde Grego. Lumbis precingimur cū carnis luxuriam per carnis continentiam coartamus. Cingulum quoq; conuenienter temperantiam designat. De subcingulo etiam dictum est in prohemio huius partis. Et aduerte q̄ pectus et fauces leniter cum amictu stringuntur: quia motus in nostra potestate non sunt. Helias puꝰ clausit celum quando petiit q̄ non plueret q̄ animuz quando desiderabat vindictam de morte prophetarum. Lingua etiam in humido sed in madido z facile lubricatur. Unde princeps apostolorum ad vocem ancille magistrum suum negauit. Sed renes fortiter cingulo stringuntur: vt castigetur corpus et in seruitutem redigatur et impetus luxurie refrenetur. Porro scōm q̄ capiti scilicet christo conuenit zona sacerdotalis significat illud quod Joannes apostolus ait. Conuersus vidi similem filio hominis precinctū ad mamillas zona aurea. Per zonam auream perfecta christi charitas designatur: quoniam dicit apostolus. Superuenientem scientie charitatem christi feruentē in corde: radiantem in opere: cuius succinctorium illud significat quod Esaias. ij. capi. de christo loquens predixit. Erit iustitia cingulum lumborum eius z fides cinctorium renum eius. Nam iustus dominus iustitiam dilexit: equitatem vidit vultus eiꝰ. Et fidelis dominus in verbis suis et in operibus suis. Due summitates ipsius due sunt partes naturales iustitie quam christus fecit et docuit scilicet quod tibi non vis fieri altari non feceris: sed quecunq; vultis vt faciant vobis homines z vos eadem facite illis. Cingulum ergo iustitiam significat cuius duo sunt brachia scilicet constringentia scilicet declinare a malo: et operari bonum. Representat etiam flagellum quo pylatus cecidit Jesum. Joannis. xix.

¶ De stola. Rubrica.

Est cingulum sacerdos orarij siue stolam que leue dñi iugū significat. xxiij. dist. ecclesiastica. siue que est iugū preceptorū dñi super collū sibi imponit: vt iugum dñi se suscepisse demonstret. Quā cū osculo sibi imponit ⁊ deponit ad notandū assensum ⁊ desiderij quo se subijcat huic iugo. Illa aūt a collo per anteriora descendens dextrū ⁊ sinistrū latus adornat: qz per arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris. i. in psperis ⁊ in aduersis sacerdos debet esse munit⁹: quatenꝰ nec aduersis frangat: nec psperis eleuet. Unde ⁊ cū sacerdos in ordinatiōe stolā accipit dicit eps. Accipe iugū dei. Jugū cñi ei⁹ suaue est ⁊ onus ei⁹ leue: suaue in psperis: leue i aduersis. ¶ Stola qp pe vsqz ad genua que curuantur protenditur vt nos mites corde et humiles insinuet. Significat enim patientiam de qua scriptū est: patientia vobis necessaria est vt reportetis promissiones. Et iterū in patientia vestra pos. a. ve. Hinc est ergo qz stola cū zona seu cingulo a dextris ⁊ sinistris quibusdam nexibus colligatur: qz virtutes virtutib⁹ sociātur ⁊ iuuantur: ne aliquo moueantur tentationis impulsu: ⁊ ad designandum qz tā in prospe ris qz in aduersis debet christi iugū patienter ferri faciēte glutino charitatis. A quibusdam vero pontificibus additur premissis verbis stola innocētie induat te dñs. Quod stolam respicit primitiuam que fuit innocentie significatiua. Rursus stola ab humero sinistro sacerdotis in dextrū dū ordinatur reflectitur: quia cum obedientia incipiat ab actiua per dilectionē proximi transit in cōtemplatiuam vitam per dilectionē dei. Longitudo autem stole ptseuerantiā significat. Duo brachia stole dependentia significant prudentiam ⁊ tēperantiam. Unde apostolus ad Tymot. iij. Sobrie iuste ⁊ pie viuamus ⁊c. Sed ⁊ secundū decretū brachareñ. conci. xxiij. dist. ecclesiastica. debet sacerdos de vno eodēqz orario ceruicem pariter ⁊ vtrūqz humerū premens signū crucis in suo pectore deportare: vt qui imperturbatus precipitur inter prospera ⁊ aduersa consistere virtutum semper ornamento vtroqz circūspectus appareat humero. Si quis autem aliter egerit excommunicationi debite subiacebit: nisi forte quis dixerit hoc decretū per contrariam generalis ecclesie consuetudinem abrogatum. Nam non vbiqz partes stole reducuntur ante pectus in modum crucis. Crucē aūt gerit in pectore dum christi passionez cuius minister est imitatur in mente. ¶ Orarium itaqz iugum simul ⁊ onus est iugum sacerdotib⁹ onus diaconibus. vnde fit vt sacerdotib⁹ circa collum. ⁊ diaconibus super sinistrū humerum ponatur. Sicut enim iugū collo portatur: sic ⁊ humeris onera feruntur. Lege in leuitico ⁊ videbis solos leuitas ferendis oneribus destinatos. In diacono etiam stole iugum significat: prout in parte. ij. dictum est vbi de diacono agitur. Adhuc stola sinistro humero diaconi imponitur: quia decet tē portalia spiritualibus deseruire: vel quia dextram diaconi oportet esse liberam vt expeditus ad ministerium sacerdotis discurrat: de quo etiam dictū est. Ad lumbos stola succingitur: vt sit fortis et expeditior contra pugnas libidinū: quandoqz tamen solum super sinistrum brachium pars anterior stole complicatur: quod tractum est a legalibus sacerdotibus: qui dum sacrificabant summitates balthei super humerū reflectebant. In episcopo vero vel sacerdote ab vtraqz parte equaliter dependet anterius: quia christus cuius typuz gerunt qui equanimiter se habuit in prosperis et in aduersis que per leuam et dextram significantur habitatores terre ad celestia ducere desiderabat: quos semper ante oculos mentis suggerebat. Dictum est autem orarium: quia cūius sine aliis indumentis sacerdotibus baptizare: consignare et alia plura orando facere liceat: sine orario tamen nisi magna necessitate cogente nihil horum facere liceat. In cs̄cilio triburien. in burcardo libro sexto capitulo presbyter. legit vt presbyteri non vadant nisi stola orariove induti. ¶ Notandum autem est qz antiquitus stola erat vestis candida pertingens vsqz vestigia: qua patriarche vtebantur ante legem quam primogeniti cum benedictionem patris acciperent induebant: et domino victimas vt pontifices offerebant. Sed post qz alba cepit portari mutata est i torquē. Per primam stolam innocentia intelligitur que fuit in primo homine. Sed cum eam perdidit propter peccatum oportuit eam recuperare per vitulum sagi natum: quia igitur superest vt qui per inobedientiam ceccidimus: per obodientiam resurgamus recte pro veste innocentie recuperāda subimus torquem obedientie. Nam per stolam qua nunc vtimur obedientiam accipimus euangelij crucifixi. Porro scōm qz capiti scilicet christo conuenit stola que super amictum collo sacerdotis incūbit obedientiam et seruitutem significat quam dominus omnium propter suorum salutem subijt. Nā cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Exinaniuit enim semetipsum formam serui accipiēs factus obediens vsqz ad mortem: mortem autem crucis. Causam quippe mortalitatis nec traxit origine nec commisit in opere. Stola etiam significat ligaturam qua Jesus ligatus fuit ad columnam. Statutum est in canonib⁹ xxiij. distinc. non oportet. et duobus capi. sequentibus ne subdiaconi: lectores ⁊ psalmiste orarijs siue stolis vtantur.

Longitudine stole pseuerantia designatur.

Stola antiquitus vestis erat candida ptingēs vsqz vestigia.

¶ De manipulo. Rubrica.



Alia vero mentibus bene compositis et diuino cultui mancipatis sepe subrepit accidia que quodam tempore reddit animum dormientem. Unde psalmista. Dormitauit anima mea pre tedio: ideo in sinistra manu ministri ad altaris ministerium accedentis quedam apponitur manipula que fanum vel manipulus vel sudarium appellatur: quatenus sudorē mentis absterget et soporem cordis excutiat vt bonis operibus inuigilet depulso tedio vel torpore. Per manipu-

lum est bona opera vel vigilantia designatur: de qua dominus ait. Vigilate quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit. Unde sponsa dicit in canticis. Ego dormio et cor meum vigilat. Per sudarium etiã penitẽtia designatur: qua labes quotidiani excessus ⁊ tedii mundane cõuersationis extergitur: de quo dicit. Dormitauit anima me pre tedio: tedet enim animã peccatorũ cõscientie ⁊ infirmitatis corpore. Significat etiã futurorũ bonorũ retributionẽ. ¶ Unde i quibusdã locis quotiens in festis albis vtuntur manipulos portant: ex eo q̃ in illa vita vnusquisq; propriam mercedem accipiet. Et venientes venient cũ exultatione portãtes manipulos suos. Item quia manipulus penitentiã designat inde est q̃ sudarium subdiacono magis quam sacerdotali formatur: qr vbi maior excessus maior exigitur penitẽtie fructꝰ. De sudario etiam infra dicetur. Sane ministri manipulus in brachio sinistro ferũt ad notandũ q̃ stricti debent esse ad terrena: sed ad celestia expediti. Antiqui autẽ nõ erãt astricti ad hoc: qr deo etiã p̃ tẽporalib⁹ seruiebãt: ad significãdũ nos in hac vita que per sinistrũ significat pati tedium superflui humoris. id est delectationis ⁊ alia superflua mẽtis. Ad hoc manipulus in sinistra fidẽ in hac vita designat. Manipuli vsus sumptus est non ab aarõ sed ab antiquis patrib⁹ quia sicut legitur in martyrologio Bede. Arsenius sudariũ semper ferebat in sinu vel manu ad tergendũ effluẽtia lachrymarũ. Habebãt quoq; sancti patres vũ sacra tractabãt ⁊ sacramẽta cõficiebant mapellas id est paruas mappas ⁊ mãtellũ in manus nũc pro tergẽdis manib⁹ ⁊ nũc pro oculis ⁊ nũc pro reuerenter tractandis sacramẽtis. Porro secũdũ q̃ capiti scilicet christo cõuenit q̃ sacerdos manipulum portat in leua designat q̃ christus brauiũ obtinebat in via. Per manipulum enim premium designatur. Juxta quod legitur. Venientes autẽ venient cum exultatione portãtes manipulos suos. Per leuã vita presens accipitur. iuxta illud. Leua eius sub capite meo ⁊ dextera illius amplexabit me: christus autem simul fruebatur ⁊ merebatur ⁊ fruebatur in patria: ⁊ merebatur in via. Nam simul ⁊ brauium cõprehendebat ⁊ stadium percurrebat: qr simul erat in patria ⁊ in via: nemo inquit ascendit in celũ nisi qui descẽdit de celo filius hominis qui est in celo. Manipulus etiam representat funẽ quo Jesus cõprehensus a iudeis ligatꝰ fuit. Unde Joan. xviij. Comprehenderunt ⁊ ligauerunt eum. Manipulus tamen post indutã planetam cõsueuit romano pontifici immitti: quod etiam a plurib⁹ obseruatur de quo in quarta parte sub titulo de cõfessione dicetur. ¶ Notandum autem q̃ diaconus ⁊ subdiaconus põtifici induẽti ⁊ exuẽti se a sacris vestibus sine manipulis seruiunt. Primo vt expeditius et libertius administrent. Secundo ad notandũ q̃ in tali obsequio nõ debet fructũ querere temporalẽ qui quãdoq; per manipulum significatur. Juxta illud ps. Venientes autem ⁊c. Rursus dum põtifex se induit vel exuit diaconus stat a dextris ⁊ subdiaconus a sinistris quia diaconus ex ordine suo ad fortiora et perfectiora que per dextram significant assumitur & subdiaconus.

Manipuli in brachio sinistro quare ferunt.

¶ De casula seu planeta. Rubrica.

Postremo super omnes vestes induitur casula que quasi parua casa dicit et a grecis planeta vocatur a planus q̃ō est error: qm̃ errabũdus eius lymbus sup brachia eleuatur significãs charitatem sine qua sacerdos est sicut es sonans aut cymbalum tinniens: sicut enim charitas operit multitudinem peccatorum ⁊ omnia legis ⁊ prophetarum mandata cõtinet dicente apostolo. plenitudo legis est charitas sic et vestis cuncta planat et alia omnia indumenta intra se claudit ⁊ cõtinet. De charitate dicit apostolus: adhuc excellẽtiorem viam vobis ostendo. si linguis hominum loquar ⁊ angelorum: charitatem autem non habeam nihil sum: et iterum. Si fidem habeã vt mõtes transferam: charitatem autem nõ habeã nihil sum. de conse. distin. iiij. solent. Hec siquidẽ est vestis nuptialis de qua dominus inquit in euangelio. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. sine hac autem nunq̃ sacerdos debet suum officium exercere: quia semper decet eum in vinculo charitatis permanere: per hoc autem q̃ amictus super os planete reuoluitur innuitur q̃ bonum opus debet ad charitatem referri. Nam finis precepti est charitas de corde pura et conscientia bona et fide non ficta: q̃ vero casula in extensione manuum in anteriorem et posteriorem partem diuiditur significat duo brachia charitatis ad deum scilicet et proximum. Diliges inquit deum ⁊c. In his duobus mandatis tota lex pendet et prophete. Rursus latitudo planete latitudinem significat charitatis: que etiam vsq; ad inimicos extenditur. Unde latum mandatũ tuum nimis. Due quoq; plicature sinistre videlicet ⁊ dextre sunt duo precepta charitatis scilicet amor dei et proximi duplicatur etiã ante pectus per quod cor et inter humeros per quos opera exprimuntur et in eis vestimentum duplex in ipsum efficitur: quia sic debemus bona opera foris ostendere proximis vt eadem intus in corde coram domino integra seruemus. Charitatem enim debem⁹ habere in corde et opere et intus et foris. Rursus ante pectus duplicatur: quoniam per charitatem bona voluntas et sancta cogitatio generatur. Duplicatur etiam inter humeros: quia per illam aduersa proximis ⁊ aduersarijs supportantur. Ad brachia autem eleuatur dum bona opera charitatis operantur. Ad dextrum dum operamur bonũ ad domesticos fidei. Ad sinistrum dum extenditur etiam ad inimicos. Adhuc triplicatur in brachijs in dextro quidem dum fidelibus monachis clericis et laicis subuenimus: in sinistro dum infidelibus scilicet malis christianis iudeis ⁊ paganis necessaria ministramus. per casulam quoq; recte opera iustitie designantur. Juxta illud. Sacerdotes tui induãtur. Sane sacerdos suũ agẽs officium non debet casulã exuere: quia precipiẽte do-

Casula q̃re ante pectꝰ plicat.

nitio. Leui.xxi.ca. nō licet ei egredi de sanctis scilicet rebus vel preceptis. Porro scōm q capiti scilicet xpo ꝓuenit casula magni sacerdotis est ecclesia vniuersalis. De qua dicit apls. Quotquot in christo baptizati estis christum induistis hoc est illud aaron vestimentum cuius in oram descēdit vnguentum: sed a capite descendit in barbam ⁊ a barba descendit in oram quoniam de plenitudine spiritus eius nos omnes accepimus primo apostoli: deinde ceteri: q autem casula vnica et integra ⁊ vndiq; clausa est significat fidei vnitatem ⁊ integritatem veruntamen in extensione manuū in anteriorem ⁊ posteriorem partem quodammodo dividitur designans antiquam ecclesiam que passionem christi precessit: et nouam que christi passionem subsequitur: nam et qui precedebant ⁊ qui sequebantur clamabant dicētes. Osanna filio dauid benedi. qui venit in no.do. Hec etiā vestis representat purpureum vestimentū quo milites circūdederunt iesum. Jo.xix.ca.

¶ De caligis ⁊ sandaliis. Rubrica.



Superius de sex ornamentis tam sacerdotibus q̄ cēteris cōibus dictū est: nunc autem de nouē pontificum spiritualibus dicendū restat ⁊ prius de caligis ⁊ sandaliis videamus. Vestimentū aūt pedū non habuit originē ab aarō qui dūtaxat in iudea cōuersabatur: ideoq; necesse nō habuit: sed ab apls quibus dictum est. Euntes docete oēs gētes nisi forte quis dixerit q caligę ⁊ sandalia in locum femoralium succedunt. ¶ Celebraturi igitur pontifices pedes interea dum dicūtur quinq; psalmi. in preparatione euangelij pacis caligis ⁊ sandaliis calciantur: quorū pulchritudinē admirabatur propheta dicens. Quā speciosi pedes euangelizantiū pacē euāgelizātiū bona. Unde apostolus ad ephesios. Calciati pedes calciamentis virtutum. et in euangelio legit dōm misisse discipulos suos sandaliis calciatos vtiq; i preparatione euangelij pacis. si enim calciati non essent quomodo super serpentes ⁊ scorpiones calcare potuissent. Cogitent igitur episcopi cur ita calciati sunt: imitentur eorum exempla quoꝝ imitantur calciamenta. Siquidem per pedes conuenienter affectus intelliguntur. Debent nāq; habere affectus et desideria calciata ne puluere terrenorū seu tēporalium maculentur. Per huiusmodi quoq; calciamentum prohibitio pedū cōgrue intelligitur ne vez ad illicita festinēt: q vero affectus facilius inficiuntur ⁊ maculantur tpe prosperitatis q̄ per dextrū: q̄ tēpore aduersitatis quod per sinistrū intelligitur: ideo vt maiori periculo ei⁹ occurrendū ostendatur a dextro pede pontifex incipit calciari: prius tñ q̄ sandalia pedib⁹ imponantur caligis induuntur vsq; ad genua ꝓtensis ibiq; constrictis: quia predicator pedibus suis rectos debet facere gressus suos et genua debilia roborare: nam qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regnum celorū. Caligę quoq; iacynthini: id est aerei seu celestis coloris denotant q celestes debet habere pedes: id est affectus et firmos ne claudicet: sed dicat cōfortamini pusillanimes. Et consequenter sandalia pedibus imponū tur que sic vocantur ab herba vel sandalico colore quo depinguntur. Habent autem desubtus integram solcam desuper vero cortum fenestratum: quia gressus predicatoris ⁊ subtus debēt esse muniti ne polluantur terrenis. Juxta illud dñicum. Excutite puluerem de pedibus vestris ⁊ sursum aperti quatenus ad cognoscenda mysteria seu celestia reuelentur. Juxta illud propheticum. Reuela oculos meos ⁊ cō.mi.dele.tua. In hoc quoq; q desuper aperta sunt q corda semper ad deū erecta habere: ⁊ oculos mentis ad ea que sursuz sunt aperire debemus significatur. Quia etiā subt⁹ solida sunt significat q mentem in terrenis obtusaz habere debemus: nec debem⁹ querere benedictionem esau qui in terris est: sed iacob qui est i celis. ¶ Sursus q sandalia in quibusdā locis aperta ⁊ in quibusdam integra seu clauda sunt designat q euangelica predicatio nec omnibus reuelari: nec omnibus abscondi debet iuxta illud. Vobis datum est noscę mysteriū regni dei: ceteris aūt in parabolis. Nolite sanctum dare canib⁹ neq; margaritas spargere ante porcos. ij.q. iij. nolite. ¶ Sandalia quoq; interius q̄q; ex corio albo fiūt quia necesse est intentionem candidam ⁊ cōscientiā puram coram deo habere: et exterius nigrum apparet: quia predicatoꝝ vita ꝓpter tribulationes huius mundi nigra ⁊ despecta secularibus videtur. ¶ Quādoq; etiā rubeū ad votum martyrij designandū ⁊ quādoq; diuersis coloribus variatum: in quo virtutū varietas quib⁹ ornatus esse debet significatur. Ligula vero a corio separata sup pedem cōsurgens linguas eoꝝ qui predicatori bonum perhibent testimoniū significat: qui tñ quodāmodo a spiritualiū cōuersatione separati sunt: Secūdo ligula ipsa spiritualiū lingua est que predicatorem in opus predicationis introducit. Tertio etiā ipsius predicatoris linguā designat: linea vero ab ipsa ligula vsq; ad finē sandalij p mediū eius procedens euangelicā perfectionez designat lineę vero ab vtroq; latere procedentes que i fine sandalij ad ipsam ligneam mediam referunt ibiq; terminantur legem figurant propheticā: q̄ in euāgelio recapitulatur ⁊ in eo terminatur. Superior quoq; pars sandaliorum per quā pes introducitur variis consuit funiculis: ne duo eius cornua defluant seu ab inuicē disiungantur: ad notandū q predicator seipsum variis debet alligare virtutib⁹ atq; scripture sentētijs: ne ipsius intrinseca ab his que exterius lucent cordā altissimo disiungantur. Ipsa quoq; sandaliorū ligatura significat q prelatus qui huc illucq; discurrere habet gressus mētis firmare debet cum in turbis versatur. Quia vero corrigie huc atq; illuc manibus ducuntur: vt sandalia firmentur ⁊ ligentur significat q predicator sic firmo gressu incedere debet: vt nulli onerosus existat: et ne in via ministrando deficiat. Nā frustra velociter currit qui ꝑuenire ad metā perueniat deficit. de penitē. distinctio. iij. inca ssuz. Mystice enim sandalia cursum predicatoris si-

vestimētū pedū ab apls habuit originē.

Per pedes affectus cōuenient intelligūtur.

Sandalia q̄re sic vocā tur.

Ligula sup pedē ꝓsurgēs q̄d dēsignat

gnificent. Quandoq; tamen sandalia non ligant quia xpi incarnatio aliqñ i humanis sensib⁹ aperta est: vt est pānis inuolui & in presepio poni. Ali quando vero corrigie sandalis supererogantur: quia scriptū est. Quodcūq; supererogaueris ego cum rediero reddā tibi. Potest etiā dici q; calige significant illam lotionē de qua dñs ait. Qui lot⁹ est non indiget nisi vt pedes lauet: & q; non sufficit mundicia cordis absq; patientia persecutionis ideo sequūtur centones rubei qui martyriū figurant. ¶ Qui autem in corde mundicia & in volūtate si opus fuerit habuerit patientiā: securius accedet ad predicationem quam sandalia designāt apostolica. ¶ Porro scōm q; capiti sc̄z christo cōueniunt sandalia aliud designant. Pontifex enim in altaris officio capitis sui: scilz christi cuius est membrum representans personam dum pedibus assumit sandalia illud incarnatiōis dominice calciamentum insinuat: de quo dominus ait in psalmo. In idumeam extendam calciamentum meū: id est in gentibus notam faciā incarnationē meā. Venit em̄ ad nos calcrata diuinitas: vt pro nobis dei filius sacerdotio fungeretur. Per ligulas autē quibus pedibus ipsa sandalia constringunt: illud idem accipimus quod per calciamenti corrigiam Joā. baptist. significauit: cum ait. Cuius nō sum dignus corrigiam calciamenti soluere. vnionem videlicet ineffabilem: et copulam carnalem insolubilem: quibus verbi diuinitas nostre se carni coniunxit. ¶ Sane mediantibus caligis pedes sandaliis coniunguntur: quoniam anima mediāte carne diuinitati est vnita: sicut enim pes corpus sustentat: ita diuinitas mundū gubernat. ¶ Unde psalmista. Adorate scabellum pedū eius quoniā sanctū est. Uerū sm decretū Grego. xciij. distinctione. §. compagis. & duobus capitulis sequentibus. Diaconi non debent vti cōpagis. i. sandaliis neq; manipulis: id est calciamētis episcopalibus absq; indulgētia sedis aplice spāli. Olim enim vtebantur: quia eo q; erat discurrere per comitatum. Hodie ergo nec ipsi: nec sacerdotes vtuntur: sed epi solum: vt per varietatem sandaliorum notet varietas officiorum. Preterea episcopi habēt per plebes discurrere: sacerdotes vero dñi hostias immolare. Clerici autem romane ecclesie ex cōcessione Constantini imperatoris vti possent calciamēto cum vtonibus. i. candido linthеamine. xcvj. distinc. constantinus.

Diaconi nō debent vti calciamentis epālib⁹ absq; indulgentia spāli sedis apostolice.

¶ De succinctorio & orali. Rubrica.

Succinctorio nil aliud dicim⁹ q; qō sub zona & cingulo in prohemio hui⁹ partis dictū est. Sane romanus pontifex post albā & cingulū assumit orale quandā videlicet sindonē qō capiti quasi in modum veli imponit: & replicat super humeros & ante pectus legalis pontificis ordinem sequens qui post lineam strictam et zonam induebat ephot id est superhumerale cuius locum modo tenet amictus. ¶ Assumit etiam crucem quādam: cathenulis insertam quam a collo suspensam sibi statuit ante pectus: quoniam et legalis pontifex laminam auream gerebat in fronte pro qua pontifex iste crucem gerit in pectore: et sic signo crucis aurea lamina cessit. Nam mysterium quod in quatuor literis auri lamina continebat in quatuor partibus forma crucis explicuit. Juxta quod inquit apostolus. Ut comprehendatis cum omnibus sanctis que sit latitudo & lōgitudo: que sublimitas et profundum. Sacramentum ergo quod ille tunc per laminam preferebat in fronte hoc iste iam recondit in mente. Nam corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutē. et scōm Hieronymum auro legis: sanguis euangelij pretiosior est. Crucem quoq; statuit sibi ante pectus ad signandum quod ait apostolus. Glorificate & portate deum in corpore vestro. Im ponendo autem sibi et deponendo crucem illam obsculatur: ad denotandū q; xpi passionem que propter illam significatur credit & confitetur: ad quā representandā in officio misse se parat.

¶ De tunica. Rubrica.

Post appositam stolā pontifex induit tunicam que alibi subtile: in lege vero poderis id est talaris dicebatur significātem perseuerantiā. Unde Joseph inter fratres suos talarem vestem descriptur habuisse. Cum enim cetere virtutes in stadio currant perseuerantia tantum brauiū accipit: quoniam qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. de pe. dist. ij. apostolus. & c. multi. Unde precipitur. Esto fidelis vsq; ad mortem: et dabo tibi coronam vite. Rursus ideo post albam tunica induitur: quia sicut per albam castigatio corporis ita per tunicam virtutes intime intelliguntur: quas semper debet habere perfectus. Porro tunica non cingitur: quoniam scōm sui formā iter non impedit: sic et virtutes q; illā designate liberū iter ad contemplationem dei prebent: sed alba cingitur prout sub singulo dictum est. ¶ In veteri testamento erant due tunice videlicet byssina & iacynthina. Exo. xxix. c. & hodie etiam quidam pōtifices duabus vtuntur: ad notandum q; proprū eoq; est habere sciam duorum testamentorum: vt sciant de thesauro dñi pferre noua et vetera: siue vt se ostendant diaconos & sacerdotes. Preterea vnaquecq; earum typum proprium gerit: quoniā alba que byssina siue linea est castitatem significat: vt sub tit. de alba dictum est. Puma etiam tunica si serica est que originem traduxit ex vermibus qui sine coitu creantur castitatem & humilitatem demonstrat. Secunda tunica que iacynthina esse debet sicut et olim erant coloris lapidis iacynthini qui etheris serenitatem imitatur: sanctos significat celestia cogitantes et imitantes siue celestem cogitationem & conuersationem: sicut em̄ lapis ille colorem cū aere mutat: nam in sereno aere serenus: & i obscuro pallidus est: sic specialiter decet episcopum gaudere cum gaudentibus et flere cum flentibus. Si aūt illa alterius coloris fuerit fit alterius significationis. Ceterum pōtifex vnā tunicā sub alia induit: ad denotandū q; sicut co-

Tunice due q̄b⁹ nōnulli pontifices vtūtur q̄d denotāt

operta tunica a populo non videtur: sed tantum a clericis scitur: ita et ratio sublimium ⁊ virtutes quas perfectus semper habere debet que per illã significantur patere non debent oibus sed matoribus et perfectis. ¶ Porro scõm q capiti: id est christo conuenit hec vestis que in veteri sacerdotio iacynthina erat coloris ⁊ habebat pro fimbrijs mala punica cum tintinabulis aureis ab inferiori parte dependẽtia vt pontifex totus vocalis incederet: prout dicetur sub titulo de legalibus indumentis: celestem christi doctrinam insinuat: cuius notitiam habuerunt omnes quibus dicitur per prophetam. In montem excelsum ascende tu q euãgelizas syon. Precipue tamen hanc tunicam habuit euangelice textrix doctrine sapiẽtia dei iesus christus et dedit illam apostolis suis. Omnia inquit que audiui a patre meo nota feci vobis. hoc ergo significauit illa tunica domini quam milites scindere noluerunt: eo q esset inconsutilis desuper contexta per totum. xvj. q. vij. sicut dñi dãnũ fore magnum existimantes in quo significatũ est q̃ dãnosum sit qui doctrinam euangelicam hereticis scindere moliantur. Subdiaconus quoq; vtitur tunica de qua in sequenti tracta. dicetur.

¶ De dalmatica. Rubrica.

Pontifex immediate supertunicã dalmaticam vestit ꝑm institutionem Silvestri pape que ab inconsutili domini tunica et apostolorum colobio creditur mutuata. Est autem colobium vestis sine manicis prout i cucula monachali apparet: sed Siluester papa in dalmaticam vertit: latas manicas addendo ⁊ in sacrificijs altaris portandum instituit. xciij. distinct. diaconi ita. Dicta est autem dalmãtica eo q in dalmatia et post alia alia indumenta sacerdotalia sit reperta. Hec sui forma significat largitatem eo q largas habet manicas ⁊ protensas. Unde ꝑm apostolum oportet episcopum non esse turpis lucri cupidum: sed hospitalem. xlvij. distinc. lxxxviij. distinctio consequens. Non ergo manum habeat ad dandũ collectam ⁊ ad recipiendum proiectam: sed illud efficiat quod propheta suadet. Frange esurienti panem tuum ⁊ ege. vag. intro. in domum tuam ⁊c. Et ob hoc forte diaconi specialiter vtũtur dalmaticis: quia principaliter electi sunt ab apostolis vt mensis ex officio ministrent. Ceterum dalmatica diaconi ampliores hz manicas q̃ tunicella subdiaconi que alicubi subtile vocatur: quia ipse ampliorem habere debet charitatez q̃ subdiaconus propter maius donum: pontificis etiam dalmatica latiores habet manicas q̃ diaconi ad notandũ q ipse magis est expeditus nihil habens qõ ipsi⁹ manus restringat quia pro celestibus omnia debet largiri. Charitas enim eius extẽdi debet etiã vsq; ad inimicos. ¶ Nempe tunicella subdiaconi dalmatica diaconi: casula presbyteri: succedunt in locum tunice iacynthine que erat coloris celestis. id est aerei ad notandum qõ omnes ministri altaris celestem debent habere conuersationez: licet ꝑm maius et minus: qõ notat latitudo vel strictura manicarũ dalmatice vel tunicelle: vt premissum est. Quia igitur sacerdos maxime debet esse ad celestia expeditus: ideo hec ornamenta non gerit nec aliquid brachia stringens. Episcopus autem simul vtitur ⁊ dalmatica ⁊ tunicella ⁊ omniũ ornamentis: vt ostendat se perfecte omnes habere ordines tanq̃ qui eos alijs confert. Minores sacerdotes eos non cõferunt: ⁊ ideo illa nõ portãt quibus sufficit vnũ quod celestẽ significet cõuersationem. Preterea pontifex in ornamentis atq; in officio magis expresse gerit similitudinem saluatoris q̃ simplex sacerdos: ⁊ magis sibi conueniunt ornamentorũ significata. ideoq; pluribus vtitur ornamẽtis. Debet autẽ dalmatica habere duas lineas coccineas hinc inde ante ⁊ retro a sũmo vsq; ad deorsum vt pontifex ostẽdatur habere feruorem charitatis ad deum ⁊ proximũ in ꝓsperis ⁊ aduersis. Iuxta veteris ⁊ noui testamenti preceptum qõ est. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊ proximũ tuũ sicut teipsum. Unde Johan. Charissimi non mandaũ nouũ scribo vobis: sed mandatũ vetus quod ab initio habuistis. Et iterũ. Mãdatum nouũ scribo vobis ⁊c. Q̃ q̃ lineę purpuree sunt significãtes fidẽ sanguini xp̃i i vtroq; populo necessariã. In sinistro quoq; latere dalmatica fimbrijs solet habere sollicitudines actiue vite significantes quas episcopus pro subditis suis debet habere. Iuxta qõ dicit apostol⁹. Preter illa q̃ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omniũ ecclesiarũ. Per dextrũ vero latus quo fimbrijs caret notatur cõtẽplatio celestiũ sine sollicitudinib⁹ ⁊ quiete a multiplicitate perturbationũ. Adhuc quedã dalmatice q̃n decim habẽt fimbrias ante ⁊ retro: q̃ quindecim psalmi in veteri testamẽto quasi quindecim rami gradus exeunt de tramite charitatis: ⁊ quindecim similiter in nouo testamento excrescũt de opere charitatis. verbigratia. Charitas patiẽs ⁊ benigna est ⁊c. vsq; charitas nunq; excidit. Alique vero habent viginti octo ante ⁊ totidez retro vbi septiformis spiritus est octies repetit⁹ qui replet octo maneries laudantium deum scilicet reges: ⁊ populos: principes: ⁊ iudices: iuuenes ⁊ virgines seniores ⁊ iuniores. Rursus in dalmatica varietas est sine scissura: q̃ licet varia religionis opera apud deũ agantur: tamen vestis non discrepãt Item aperta est a lateribus sub ascellis insinuãs illi qui eam induit vt christi qui in latere lancea perforatus est vestigia imitetur. ¶ Adhuc dalmatica formã crucis pretẽdit. Unde ꝑ cãm xp̃i passio figuratur: ideo in misse officio portãt vbi xp̃i passio figurãt. Significat etiã dalmatica sanctã religionẽ ⁊ carnis mortificationẽ atq; sublimium rationẽ. Alba dalmatica sanctam ⁊ immaculatã significat vitam. Rubea martyrũ. Albavero opere polimitico variata notat mundiciam ⁊ virtutum varietatẽ ⁊ aurifrisio adornata. Iuxta illud assistit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. ¶ Porro ꝑm q capiti scilicet christo cõuenit dalmatica sui forma latã ⁊ largã christi misericordiã

Colobiũ Silvester papa in dalmaticam vertit.

pontifex in ornamẽtis atq; in officio magis expresse gerit similitudinem saluatoris q̃ simplex sacerdos.

significat quã ipse pre ceteris ꝛ docuit ꝛ impẽdit. Estote inquit misericordes sicut ꝛ pater vester misericors est. Beati nãq; misericordes: qm̃ ipsi misericordiam consequentur. Hic est ergo samaritan⁹ ille proximus noster qui fecit nobiscum misericordiam ꝛ superinfundens vulneribus nostris vinũ et oleum. Nam per viscera misericordie dñi dei nostri visitauit nos oriens ex alto: qui non ex operibus iustitie nostre que fecimus nos: sed ꝑm suam misericordiam saluos nos fecit pro peccatoribus venit vt de peccatis veniam indulgeret. Misericordiam inquit volo et non sacrificium. Legitur i canone Grego. xxxj. distin. communis. q⁹ in primitiua ecclesia non licebat ep̃o vel diacono vti dalmatica absq; indulgentia sedis apostolice specialiter. Sane dalmatice tẽpore aduẽtus dñi a diaconibus intermittunt: qm̃ quando aliqua claritas sacri ordinis ad tẽpus intermittitur clarius resplendet ꝛ auidius sumitur quando resumitur in animis deuotorum: quia quod ratum est: magis appetitur. xciij. di. Legimus. ad fi. ¶ Rursus in aduẽtu diaconus non vtitur dalmatica: nec subdiaconus tunica: quia lex quã subdiaconus significat ante incarnationez dñi euangelij ornatu carebat: et charitas euangelij quã subdiaconus significat nondũ apparuerat: vel quia nondũ venerat q̃ vestem innocentie ꝛ immortalitatis nos induere debebat: ideo vestes licite dimittuntur. Utunt autẽ eunc casulis: de quo in secunda parte sub titulo de diacono dictum est. In ieuniis tñ penthecostes potest diaconus dalmatica vti.

Tẽpore aduent⁹ dñi dalmaticea diaconi bus itermittunt ꝛ quare.

¶ De cyrotheca. Rubrica.

Multa plerq; bonũ op⁹ qõ faciũt inanis fauore corrũpunt: ideo post statim indutam dalmaticã pontifex iuxta ritũ apostolorum manus operit cyrotheca: vt nesciat sinistra sua quid faciat eius dextera: per cyrothecam ergo cautelas ꝓgrue designatur: que sic facit opus in publico q̃ intentionem continet in occulto. Nam ꝛ si dominus dicerit. Luceat lux vestra coram hoibus vt videant opera vestra bona: ꝛ glorificent patrem vestrum qui in celis est. Ad quod etiã designãdũ cyrotheca circulũ desuper habet aureum ipse tñ precepit. Attẽdite ne iustitiã vestrã faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis alioqn mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ vestrũ q̃ in celis est. Nan⁹ ergo qñq; velãtur cyrotheca: ꝛ qñq; denudant: q: bona opera interdũ advitandũ vanã gloriã occultãtur: ꝛ interdũ ad edificandũ proximos propalantur. Sunt aũt incõstantes: qm̃ actiones põtificis fidei recte debẽt esse concordes. Per cyrotheca quoq; in manibus exempla sanctorum: que in operibus habenda sunt intelliguntur que opera ab omni inquinamento mundata sunt: ne modicum fermenti totam massam corrumpat. Per ipsas vero cyrotheca albas castitas et mundicia denotatur: et manus. i. operationes sint mũde ꝛ ab oñi sorde immunes. Porro ꝑm q̃ capiti scilicet christo conueniunt cyrothece sunt hedoꝝ pellicule quas manibus iacob rebecca circũdedit vt pilose manꝰ similitudinem maioris fratris exprimeret. Sane pellis hedi est similitudo peccati quã rebecca mater: id spiritus sancti gratia manibus veri iacob: id est operibus christi circumdedit: vt similitudinem maioris: id est prioris ade secundus exprimeret. Christus enim similitudinem peccati sine peccato suscepit: vt incarnationis mysterũ diabolo celaretur. Nam ad similitudinẽ peccatorũ esurijt ꝛ sitiuit ꝛ doluit ꝛ expauit: dormiuit ꝛ laborauit. Unde cum ieiunasset quadraginta diebus ꝛ quadraginta noctib⁹ ac postea esurisset accedens ad illum diabolus eum ad similitudinem prioris ade tentare tentauit: sed qui primũ vicerat eisdem modis victus est a secundo.

¶ De mitra. Rubrica.



Postq̃ ep̃s planetã induit mitra locondaris seu tyare seu infule capiti ei⁹ imponit. Iuxta illud. Gloria ꝛ honore coro. eũ dom̃i. Sed ꝛ papa coronã frigii loꝝ superhumerale clamydem purpureã ꝛ tunicã iacynthinam habet ex cõcessione cõstãtini imperatoris. xcvj. distinctione cõstãtinus. Mitra autẽ scientiã vtriusq; testamẽti designat. Duo nãq; illius cornua duo sunt testamẽta: anterius nouum: posterius vetus: que duo episcopus memoriter debet scire. xxiij. q. j. ep̃s. et illis tanq̃ duplici eorum fidei inimicos ferire. Videri debet quidem subditis episcopus cornutus sicut ꝛ moyses de monte synai descendẽs ꝛ duas tabulas testimonij tenens apparebat cornutus Aaron ꝛ filijs israel ex cõsortio sermonis dei. put legitur Exo. xxxiij. c. Quidam autẽ heretici mitram ꝛ eius cornua ꝛ episcopum illam ferentẽ cõdemnãt inducẽtes in fomẽtũ sui erroris. qõ Jo. ait in apocaly. Vidi aliã bestiã ascendentẽ de terra ꝛ habebat cornua duo similia agno: ꝛ loquebatur sicut draco. Due vero fimbrie posterius dependẽtes spiritus ꝛ littera sunt. Per duas quoq; fimbrias seu ligulas notatur q̃ paratus esse debet tã in mystico q̃ in historico sacre scripture intellectu in quarum summitatibus sunt fimbrie rubee coloris denotantes eius promptitudinem ad fidei ꝛ sacre scripture defensionem etiam vsq; ad sanguinis effusionẽ. xxv. q. j. sunt quidã. q̃ super scapulas pendent ad notandũ q̃ id qõ predicat ore ostendere dz opere: qr eñ scapulis nulla pars altior est opus siue ad onus ferẽdũ iõ recte per eas opus intelligit. Circulus aure⁹ qui posteriorẽ et anteriorem mitre partẽ cõplectitur indicat q̃ ois scriba doctus in regno celorũ de thesauro suo noua ꝛ vetera proferre debet. Caueat ergo diligenter ep̃s ne prius velit esse magister q̃ nouerit esse discipulus. x. dist. miserũ. extra de elec. cum in magistrũ. de renũ. post trãslationẽ. ꝛ ca. nisi ne si cec⁹ cecũ duxerit ambo in foueã cadãt. scriptũ est eñ per ꝓphetã. Tu scientiã repulisti: ꝛ ego te repellã ne sacerdotio fungaris mihi. xxxviij. di. oẽs. in ꝓdicto ca. nisi. Nõ incõpetenter etiã mitra q̃ in altũ de sui forma ꝓducit: altitudinẽ sapiẽtie designat. Debet eñ ep̃s sic subditos scia excellere vt ipsi⁹ cõparatione ceteri merito grex vocantur. xxv. dist.

Hanc

Mitre ci nõmi li mitre ꝛ epi pũ illa ferenti condem nant.

¶ nunc autē .j. q. j. vltimus. 7 q. vij. conuenientibus. Due pendule ex posteriori parte duplicem designant memoriā. Prima est actuū diuinorum ne celebrando eam contemnēs puniatur. Unde 7 in veteri testamēto sacrificiū oblaturus ambiebatur tintinabulis: vt per eoꝝ sonitum reciperetur dignus vel repelleretur indignus ab angelo ad custodiā templi posito. xlij. distinctione. ca. j. Secunda est peccatorum suorum vt de illis compūgatur. de pe. distinctio. iij. iudas. Mitra etiam q quandoq; linea est 7 alba castitatis candorē mūdiciamq; significat. Unde hoc ornamentū multū capiti necessariū erat in quo quinq; sensus corporis vigēt quibus corruptis facile castitas violat.

Mitra pōtificis nonnullis placet spineā coronā significat.

¶ Sunt etiā nonnulli dicentes q mitra pōtificis spineam coronam significat: 7 inde est q diacon⁹ in officio misse in quo pontifex christum in passione figurat mitrā illi ponit: 7 deponit q ipe ex officio suo habet euangelium legere in quo christ⁹ spinis legitur coronatus. Duo cornua sunt duo charitatis precepta. Pontifex igitur mitram accipit intelligēs q quinq; sensus a mundi illecebris custodire debet vt duorum testamētorum precepta seruet: 7 duo charitatis precepta impleat: vt coronam mereatur percipere eternam. Ceteri vero sacerdotes 7 clerici generaliter caput cōtegūt nullo ornamento: licet in festis sint in toto alio corpore subornati. tum quia nōdum est plenum gaudium nostrum: gaudemus enim non in re presentium sed in spe futurorum: tum quia ad hoc tēdimus vt deum nuda facie cōtemplemur. ¶ Sane mitra aurifrisiata vtendum est a pascha vsq; ad aduentum: 7 a natiuitate domini vsq; ad septuagesimam in omnibus festis duplicibus 7 nouem lectionum totius anni nisi in festo innocentiū: prout dicetur sub titulo de coloribus 7 in dominicis predictorum temporum: 7 generaliter quandocūq; Gloria in excel. 7 Te deum laudamus dicunt. Cū enī illa dicantur in festis diebus in quib⁹ virtutem 7 gaudiū generale vel speciale capitis vel membrorum ad memoriam reducimus: vt dicet i prohemio septime partis merito tunc mitra aurifrisiata vtimur: quia aurum 7 gēmarū nitor gaudium representant. In diebus vero ieiuniorum non est ea vtendū vt sequitur: quia cum dies illi ordinati sint ad delēda peccata que tunc sunt ad memoriam reducenda nō sunt tunc agēda vel ferenda que gaudium: sed que potius humilitatē 7 afflictionē designant. In aliis vero tēporibus regulariter non aurifrisiata: sed simplici vtendū est videlicet ab aduentu vsq; ad natiuitatē: nisi quia dōs papa vtit aurifriata a dōnica gaudete: 7 a septuagesima vsq; ad pascha: 7 i dōnica Letare hierusalem: prout dicetur sub tit. de coloribus: 7 etiā in quinta feria cene domini in officio misse tm̄ et i sabbato sancto in officio misse. Item in festis trū lectionum illius temporis: 7 in omnibus vigiliis in quibus ieiunium celebratur: 7 in quatuor temporibus: 7 in rogationibus: dominus tamen papa vtitur in festo sancti Marci in missa tm̄. Item in officio defunctorum. Illud quoq; notandū est q romanus pōtifex in signū imperij vtit regno .i. corona imperiali: 7 in signū pontificis vtitur mitra: sed mitra semper vtitur 7 vbiq; : regno no nō semper: nec vbiq; quia pontificis auctoritas 7 prior 7 dignior 7 diffusior est q̄ imperialis potestas. Sacerdotium enim in populo dei regnū precessit. Cum Aaron primus pontifex Saulem primum regem precesserit 7 Roemenrhot: quia sicut legitur principium regni Nemrhot ex titulo babylonis. vj. distinc. quibus ita. Noe vero edificauit altare domino 7 holocausta obtulit super illud regno quidem non vtitur nisi certis diebus 7 locis 7 nunq; intra ecclesiam: sed extra. Porro secundum q capiti id est christo conuenit mitra pontificis illud significat quod propheta loquens deo filio dicit ad patrem. Gloria 7 honore coronauit eum dōs 7 constit. 7c. Hoc itaq; nomen quod est super omne nomē vt i nomine iesu omne genu flectatur celestiū terrestriū 7c. Nam 7 in aurea lamina ciclaris pontificalis sculptū erat nomen domini tetragramaton: cuius mysterium declarabim⁹ in titulo de lega. indumētis. Per mitram ergo capitis christi summam illam glorificentiā intelligimus que propter diuinitatē debetur humanitati nam propter pedum adoratur scabellum. Adorate inquit scabellum pedum eius quoniam sanctū est. ¶ Et nota q sicut ait zacharias papa de consecratione distinctione. j. nullus epi⁹ opus ad altare oraturus accedens seu altari assistēs vel orationes ad deum effundens mitram deponit 7 baculum quia apostolus prohibet viros capite velato in ecclesia orare vt reuelata facie gloriā domini cōtemplētur. Quando vero ad populū se conuertit vt illi predicet insignia cōminationis sue resumit. Unde 7 moyses causam populi apud deū precibus: causam vero dei ad populū gladijs allegabat. xlv. distin. disciplina. ad fi. ¶ Ultimo nota q quidā episcopi solenniter benedicūt in missa 7 altare thurrificant deposita mitra. Alij vero cum mitra in capite. Primi ea ratione mouentur: quia solenniter benedicendo vice d i fungunt⁹ 7 deus per eorum mysteriū benedicit. Hume. vj. in fi. vbi dicitur. Inuocabunt nomen meū super filios israel: 7 ego benedicā eis. Altaris vero thurificatio significat orationes. Apoca. viij. Ascēdit fumus incensorum de orationibus sanctorum. Quia ergo in orationibus causam plebis ad deū agit: ideo cum reuerentia mitra videlicet deposita illud agere debet. Secundi vero attendunt q benedictio 7 thurificatio non sunt essentialia ad consecrationem corporis christi: sed ad solennitatē pertinent. 7 ideo ea cum mitra agunt vt p hoc a simplicibus sacerdotibus discernatur. quāuis enim plus habeat eps q̄ simplex sacerdos in his que ad solennitatem pertinent: vt in ornamentis 7 aliis: non est in his que ad consecrationē ipam spectant. Sed hec ratio minus sufficiens videtur quoniā secundum hos mitra in missa deponeret nisi quādo verba ad quorum prolationem fit spe clerum transubstantiatio proferuntur.

Mitra fm q capitidest xpi cōuenit qd significat.

¶ De annulo Rubrica.

Anulus est fidei sacramentū quo xp̄us sponsus sponsam suā sanctā ecclesiā subarrauit vt ipsa de se dicere valeat Anulo suo subarrauit me dñs meus iesus christus cuius custodes z pedagogici sunt epi z prelati anulos pro signo in testimoniū huius rei ferētes: de quibus sponsa dicit in canticis. Inuenerūt me vigiles qui custodiunt ciuitatē. Hunc anulū dedit pater filio reuertenti: secundū illud euangelij. Date anulum in manu eius ex quo euāgelio anuli vsus creditur accept⁹. Anulus ergo pontificis integritatem significat fidei: vt videlicet ecclesiam dei sponsaz sibi creditā sicut se diligat z sobriā z castā celesti sponso custodiat. Juxta illud. Despondi enī vos vni viro virginem castā exhibere xp̄o: z se meminerit nō dñm sed pastorē. vj. q. j. sicut alterius. De hoc sponso z sponsa Joānes euangelista dicit. Qui habet spōsam sponsus est. amicus autē sponsi qui stat z audit eum gaudio gaudet propter vocē sponsi. Epiſcopus ergo vicarius z amicus sponsi q̄ si vicari⁹ est z ipse quodāmodo sponsus est. ¶ Cursus antiqui litteras anulo sigillabant. Unde epiſcopus anulū portat: quoniā scripture mysteria z ecclesie sacramenta perfidis sigillare z humilibus reuelare debet. ¶ Porro secūdū q̄ capitī scilicet christo cōuenit anulus digiti donū significat sanctū spiritus. Digitus enim articularis atq̄ distinctus spiritum sanctū insinuat secundū illud. Digitus dei est hic. Et alibi. Si ego in digito dei ejcio demonia: filij vestri in quo ejciunt? Anulus autē aure⁹ z rotund⁹ perfectionē donorū eius significat quē sine mēsura christus accepit qm̄ in eo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Nam qui desursum venit super omnes est: cui deus nō dedit spiritum ad mensuram dicēs. Super quem videris spiritum sanctū descendentē z manentē super eū: hic est qui baptizat iam requiescet super eum spiritus sapientie z intellectus. Ipse vero de plenitudine sua secundū differentes donationes distribuit: alij secundū apostolū dans sermonē scientie alij gratiā sanitatū: alij operationē virtutē z cetera qd̄ z visibilis pōtifex imitatur alios in ecclesia ꝓstituēs sacerdotes: alios diaconos alios subdiaconos z huiusmodi: nō igitur ab re in epiſcopi digito gemmatus fulget anul⁹: per cuius mysteriū dantur fulgida charismata gratiarum. De anulo spōse satis dictum est in prima parte sub titulo de eccle. sacramentis.

¶ De baculo pastorali. Rubrica.

Baculus pastoralis correctionē pastoralem significat propter quod a consecratore dicitur cōsecratio. Accipe baculum pastoralis officij: vt sis in coercendis vitijs pie seuiens. De quo dicit apostolus. In virga veniā ad vos. Virga igit̄ pastoralis potestas intelligitur sacerdotalis quā christus eis contulit quando apostolos ad predicādū missit precipiēs eis vt baculos tollerent. Et moyses cum virga missus est in egyptum: de hoc in prima parte dictū est in tit. de consecrationib⁹.

Virga pastoralis vtelligit̄ sacerdotalis.

Baculus ergo a lege euangelio sumitur: quia et virga pastoralis z sambuca z pedum z ferula nūcupantur. Moyses enim ex mandato domini virgam habuit que terribilia fecit in celo: z in mari: quia cibum de celo potū de petra producit z gregem ad terrā fluentem lacte et melle minauit. Adhuc per baculū doctrine auctho[r]itas intelligitur. Auctoritas doctrine p baculū intelligit. Pedum.

Hac enī infirmi sustentātur: inquieti compunguntur errantes a penitentiā trahuntur. Unde z pedum vocatur quod est lignū recuruū quo pastores pedes retrahunt animalū. Sane quādoq̄ baculus ex osse z ligno conficitur que christallina z deaurata sperula coniunguntur: os superius recuruat lignum inferius ferro acutur: modice tamen retūditur. Sīdē os est duricia legis lignū mansuetudo euangelij: que duo cōiuncta sunt sperula diuinitatis iesu christi. Vel os seueritas lignum pontificis est lenitas quas iungit in iudicio per charitatem. Nam seueritas vel misericordiā multū destruitur si vna sine altera teneatur. xlv. dist. disciplina. ad quod significandū ferrum obtunditur: quia iudicium misericordia temperatur: baculus recuruatur cum penitentes ad penitentiā reuocātur. Aliquando in recuruatura caput formatur: quoniā ad deum conuersus vita eterna promittitur. Quādoq̄ etiā i curuatura scribit. Cum irat⁹ fueris misericordie recordaberis: ne ob culpam gregis ira turbet in pastore oculum rationis. vj. questione. j. ex merito. Aliquando in sperula scribitur: homo vt pontifex se hominem memoretur: z de potestate collata non eleuetur. Aliquando etiam iuxta ferrum scribitur. Parce vt disciplina subditis parcat. et misericors a misericordia misericordiam consequatur. Quod vero baculus est acutus in fine: rectus in medio et retortus in summo: designat q̄ pontifex debet pungere pigros: regere debiles sui rectitudine et colligere vagos xlvij. distinctione. §. necesse. xlviij. distinctione disciplina. z capitulo omnis. Unde versus. Collige substentia stimula: vaga: morbida: leta. Et reddendo singula singulis versus iste continet omnia premissa: vel sic. Attrahe per primum: medio rege: punge per imum. Romanus autem pontifex pastorali virga non vtitur: tum propter hystoriam tum propter mysticam rationem extra de sacra vnc. ca. vnico. in fine. Hystoria est quoniam beatus petrus apostolus Martialē discipulum suum quē dominus inter discipulos constituit cū dixerit. Nisi efficiamini sicut paruulus iste non intra. ꝛc. misit cum quibusdā alijs ad predicandum germanis quo in via ad viginti dietas defuncto Fronto collega eius rediit ad nunciandum hoc petro. Cui petrus. Accipe hunc baculum et tange illū dic. Surge in nomine domini z predica. Ille vero in quadragesimo die a tempore mortis illius tetigit eum z surrexit: z predicauit: z ita petrus baculum a se remouit z subditis dedit: nec recuperauit. Innocētius vero papa tertius scripsit in ecclesie speculo q̄ beatus petrus misit baculū suum Eucharto primo treuerorum epiſcopo: quē vna cum Valerio et Materno ad predicandum

euangeliū genti theutonice destinauit cui succes-
sit in episcopatum Maternus qui per baculū pe
tri de morte fuerat suscitatus: quem baculū vsq;
hodie cum magna veneratiõe treuerẽsis eccleſia
seruat: ꝛ ideo papa in illa dioceſi vtitur baculo ꝛ
nõ alibi. Mystica vero est ratio: qꝛ baculus i sum
mitate est curuus quasi ad attrahẽdum: quod in
romano pontifice necesse nõ est: qꝛ nullus ab eo
finaliter diuertere potest. Preterea per baculum
designatur cohertio: quam quia ceteri pontifices
ab homine recipiũt: ideo a suis superioribus ba-
culos recipiũt ꝛ habent. Romanus vero põtifex:
qꝛ potestatẽ a solo deo accipit baculū nõ habet.
¶ Porro secundū q capiti scz christo cõuenit vir
ga pontificis potestatem christi significat. de qua
psalmi. Virga recta siue directionis virga regni
tui: qꝛ dilexisti iusticiã ꝛ odisti iniquitatẽ: propter
qõ alibi dicit. Reges eos in virga ferrea: duricia
ferri vigorem significat equitatis qua christus tã
q̃ vas figuli peccatores confringet. Verum pote
stas christi non solũ est virga sed baculus: qꝛ non
solũ corripit: sed etiã substentat. Unde psalmista.
Virga tua ꝛ baculus tuus ipsa me cõsolata sunt.

¶ De sudario. Rubrica.

Expeditis nouẽ specialibus põtificũ
ornamentis aliqua de quibusdã alijs
ꝛ primo de sudario videamus: quod
est lineus pãnus quẽ ministrãs epi-
scopo semper paratũ habet: quo ille
sudoꝛẽ ꝛ omne superfluũ corporis tergat humo-
rem: significans studiũ quo humanas contagio-
nes in hac vita extergimus per exẽpla sanctoꝝ pa
trũ quib⁹ ad patiẽtiã corroboramur. Sicut eñ su
doꝛ est in corpoꝛe: sic etiã tediũ est in aĩa q̃q; er
cõscientia peccatoꝛũ premens cõscientie frontem
habeamus igit sudariũ ex lineo multis tõsioni-
bus castigato ꝛ mũdato: per qõ mũdanos exter-
gamus affectus ꝛ etiam cuꝝ dauid ꝛ iob tristitiã
abiciẽdo nos tergamus. In quibusdã ecclesijs
diaconus sudariũ habẽs illud in dextro cornu al-
taris deponit: vt si forte quicq; sordidũ accesserit
illo tergatur: ꝛ sudariũ sacerdotis mũdissimũ ma
neat. ¶ Manupuli quoq; pene eadẽ est significa
tio: prout ibi dictum est.

¶ De pallio. Rubrica.

Consequẽter aliqua de pallio sub
iiciamus quod patriarcharum: pri
matũ ꝛ metropolitanoꝝ est pro-
priũ: vt per illud a ceteris epis di-
scernantur: ꝛ priuilegiatã obtinẽt
dignitatem: quare sub premissis a
cõmunibus vel specialibus orna-
mentis minime continentur. Siquidem per pal-
lium simul vtrũq; ꝛ superhumerale ꝛ rationale le
galis pontificis intelligimus: qꝛ enim super vtrũ
q; pontificis humerum iacet superhumerale siue
longeon dicitur: qꝛ vero inde descendens in ipso
pontificis pectoꝛe iungitur rationale vocatur: ha
bebat enim superhumerale ꝛ rationale que cathe
nulis aureis simul iungebãtur. Sunt tamen qui
dicunt q; rationali nullum hodie ornamentũ suc-
cedit: de quo sub tit. de lega. iud. dicetur. Alij di-
cunt ꝙ pallium pro aurea lamina, institutum est: q̃
uis probabilius videatur q; auriphisia mitre vicẽ
lamine gerant. ¶ Sane pallium quo maioꝝ vti-
tur significat disciplinam qua seipsos ad exẽpluꝝ
subditoꝝ ꝛ etiã ipsos subditos regere ꝛ constrin
gere debent: per hanc acquiritur torques aurea
quam legitime certantes accipiunt: de qua dicit
Salomon in parabolis. Audi fili mi disciplinam
patris tui ꝛ ne dimittas legem matris tue: vt ad-
datur gratia capiti tuo ꝛ torques collo tuo. Si-
cu taũ torques seu brauium, non datur nisi legi-
time certanti iuxta illud apostoli. Multi quidem
currunt: sed vnus accipit brauium. ita ꝛ ad hono
rem pallij nemo ascẽsurus est nisi qui in singulis
honoꝝ gradib⁹ legitime prius desudauerit. Naꝝ
ꝛ officia secularia nõ deserunt principalẽ locũ in-
gressis vestibuluꝝ actionis. lix. di. si officia. sed ex
animatis: per plurimos gradus: ꝛ is gradus cete
ros antecellat: quẽ laboꝝ prolixioꝝ ꝛ stipẽdia lon
gioꝝ fecerũt ante: tre. C. de offi. ma. offi. nemo. ff.
de mune. ꝛ hono. gradatim. Super cuncta indu-
menta fertur: vt ceteri hoc videntes ad legitimũ
certamen hortentur. ¶ Pontifex vero pallium duꝝ
sibi imponitur ꝛ detrahitur osculatur: ad notan-
dum summũ legitime certãdi desideriũ ꝛ brauiũ
promerendi. Est autẽ pallium de candida lana cõ-
textũ habens circulũ humeros cõstringentem ꝛ
duas lineas ab vtraq; parte videlicet ante ꝛ retro
pendẽtes. A sinistris est duplex: a dextris est sim-
plex habet quattuoꝝ crucespurpureas. scilicet an
te. ꝛ retro. a dextris ꝛ a sinistris. Infigũtur in pal
lio tres acus: ꝛ quedam sunt que per metropo-
lis sine pallio agi non possunt: quo etiam nisi
certis diebus vti non valet: que omnia moral-
bus sunt imbuta mysterijs ꝛ diuinis grauida sa-
cramentis. Nam vt scriptura testatur. In thesau
ris sapientie significatio discipline. In lana quip
pe asperitas: in candoꝛe benignitas designatur.
Nam ecclesiastica disciplina contra rebelles ꝛ ob
stinatos seueritatem exercet: sed erga penitentes
ꝛ humiles exhibet pietatem: propter quod nõ de
lana cuiuslibet animalis: sed ouis dũtaxat efficia-
tur: que est animal mansuetum. Unde propheta:
tanq; ouis ad occisionẽ ductus est: ꝛ sicut agnus
coram tõdente se non aperuit os suum. Hinc est
q; illius seminiui vulneribus quem samaritanus
durit in stabulum: ꝛ vinum adhibetur et oleum:
vt per vinum moderentur vulnera: ꝛ per oleum
foueantur quatenus qui sanandis vulneriꝫ pre-
est in vino morsum seueritatis adhibeat in oleo
molliciem pietatis. Hoc nimirum ꝛ per archã ta
bernaculi designatur. xlv. distin. disciplina in qua
cum tabulis virga continetur ꝛ mãna: qm̃ in mẽ
te rectoris cum scripture scientia virga debet esse
directionis ꝛ manna dulcedinis: vt seueritas im-
moderate non seuiat ꝛ pietas plus q; expedit nõ
indulgeat. Item fit de vili materia: scilicet lana vt
habeat preciũ non a se: sed ab eo quod significa-
tur in se: vt nõ oculis sed mẽti spectabile sit: vt nõ
ad ornandũ sed ad significandũ indui intelliga-

Per pal lium quid intelligi mus.

Disciplina eccle siastica contra re belles ꝛ obstina cez seue ritatem exercet: sed erga peniten tes ꝛ hu miles exhibet pie tatem.

tus. ¶ Circulus pallij per quē humeri cōstringū tur est timor dñi per quē opera exercentur: ne vel ad illicita defluant vel ad superflua relaxent. qñ disciplina sinistrā cohibet ab illicitis fortitudine pene: dextrā vero temperata, superfluis iustitie amore. Beatus ergo vir qui semper est pauidus. Hā iuxta sentētiā Salomonis. Timor dñi pecca tū expellit. Qui vero sine timore extitit: iustificari nō poterit. Ideo cū circulus pallij sub collo humeros cōstringit: ad notandū q illū ferēs dz esse i dē opere z sermone. ¶ Duas vero lineas quarū vna post dorsum z altera ꝓgreditur ante pectus huius rite curas z sollicitudines significare putamus: quibus z cor z humeri pontificis sic sepiſ sime grauātur z impediunt: vt a proprio statu cū euertāt: z vana quedam z transitoria cogitare z portare compellant. Hinc est q pallium ante z retro a dextris z a sinistris ante pectus z super humeros frequenter aptatur. vt his post habitis in seipsum sepe redire intelligatur. Actiuam quoq; z contemplatiuam vitam significant: quas ita debet exercere prelatus: vt exemplo Moysi nunc in montem ascendat z ibi philosophetur cum domino: z nunc ad castra descendat z ibi necessitatib⁹ prouideat populorum prouisurus attētius: vt cū sepe se dederit alijs interdū se sibi restituat quatenus z cum martha circa frequēs ministerū satagat: z cū maria verba audiat saluatoris. extra de renun. nisi ad finem. lxxix. distin. decreuit. vtraq; tamen linea grauat inferius: q corpus quod corrumpitur aggrauat animā: z deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Pallū duplex est in sinistra sicut z rationale: sed simplex in dextra: quia vita presens que per sinistram accipitur multis est subiecta molestijs: in ea duplicitate carere non possumus: quia nūc prosperis extollimur: nūc aduersis frangimur: nunc terrena petimus: nunc celestibus adheremus: nunc carni: nūc menti seruimus: sed vita futura que per dextram significatur in vna semper est collecta quiete: q̄ veritas ipsa designauit cū intulit Martha martha sollicita es: z turbaris erga plurima. Porro vnū est necessariū. Maria optimam partem elegit que nō auferetur ab ea. ¶ Rursus pallū duplex est in sinistra quatenus ad tollēdas vite presentis molestias: prelatus fortis existat: simplex in dextra: quatenus ad obtinēdā vite future quietē toto suspiret affectu. Iuxta verbum pā. dicentis. Vnam petij a domino hanc requirā: vt inhabitē in domo domini omnibus diebus vite mee. Illic enim nulla est duplicitas siue ruga: sed prosperitas sine aduersitate: gaudium sine tristitia: et felicitas sine miseria. ¶ Quattuor cruces purpuree sunt quattuor virtutes politice scilicet iustitia: fortitudo: tēperantia: z prudentia: que nisi in crucis xpi sanguine purpurentur falsum sibi nomen virtutis vsurpāt z ad verā beatitudinis gloriā non perducūt. Unde dñs inquit apostolis. Nisi habundauerit iustitia vestra plus q̄ scribarum z pharisęorum nō intrabitis in regnū celorum. Hec est purpura regis tincta canalibus quam Salomon cōmemorat in canticis canticorum. Is ergo qui pallij gloria decoratur si cupit esse qđ dicitur in anterion parte: debet habere iustitiā vt reddat vnicuiq; qđ suū est: prudentiā in posterion vt caueat qđ cuiq; nocuū est. fortitudinē a sinistris vt eū aduersa nō deprimant: temperantiā a dextris: vt eū prospera nō extollant. ¶ Tres autē acus in pallio infiguntur sc̄z ante pectus: z super sinistrū humerū: z post tergū nō ad pungendū: id est nō propter huius vite punctionem: sed ad planetā palliūq; iungendū sunt inuente. vnde quedaz antiquitus in planetis posite erant quib⁹ acus inserebant: z palliū simul cū planetis firmabant: ne a suo loco palliū moueretur. Possumus tū per tres acus fidē spem z charitatē intelligere: sine quibus palliū ab episcopo rite teneri non pōt. Rursus tres acus cōpassionē proxim⁹ administrationē officij distinctionēq; iudicij significāt: quarū prima pūgit animā per dolorē: secūda per laborē: terna per terrorē. prima pungebat apostolū cum dicebat. Quis infirmatur z ego non infirmor: quis scandalizatur z ego non vror. extra de renun. nisi. Secunda cū aiebat preter illa que extrinsecus sunt instātia mea quotidiana sollicitudo omniū ecclesiarū. ¶ Tertia pungebat Job dicentē. Si iustus vix saluabit: impius et peccator vbi apparebunt? Super dextrum humerū nō infigitur acus: q̄n in eterna quiete nullus est afflictionis aculeus: nullus stimulus punctionis.

Acuum trium in pallio infixarū significatio.

¶ Absterget enim deus omnē lachrymā ab oculis sanctorū: z iam non erit amplius neq; luctus: neq; clamor: sed neq; vllus dolor: quoniā prioza transierunt. Acus vero aurea esse debet: sed inferius est acuta: z superius rotunda lapidem continens preciosum: q nimirū bonus pastor propter curā ouiū in terris affligitur: sed in celis coronabitur: vbi illā preciosam margaritam habebit: de qua dñs ait in euāgelio. Simile est regnū celorū homini querēti bonas margaritas: z inuēta vna preciosa margarita dedit omnia sua z cōparauit eā in pallio: z cū ipso confertur pōtificalis officij plenitudo: hinc est q archiepiscopus metropolitanus pallio decoretur nō debet cōciliū cōuocare: chrisma cōficere: clericos in sua ꝓuincia ordinare: pontifices consecrare: vel ecclesias dedicare: nec se archiepiscopū nominare. extra de elect. q sicut in fi. de postu. bone. ij. ad finē. Aiunt tñ quidā q extra ꝓuinciā suā inuitatus posset ordinestanq; simplex episcopus sine pallio celebrare. Sunt etiā qui dicūt q episcopus etiam si sit talis q pallio vtarur nō pōt dare licentiā alieno archiepiscopo vtendi pallio in dioceſi sua: nisi dictus episcopus pallia-tus exēptus existat: nec etiam archiepiscopus in ꝓuincia sua nisi forte inuitat⁹ priuilegiū habeat q possit vti pallio extra suā ꝓuinciā si fuerit inuitatus: sed hec potius iuris z rigoris sunt q̄z curialitatis: neq; subtiliter intuēti aliud videtur in episcopo palliatio. exēpto q̄z in non exēpto: sed vnus metropolitanus nō pōt cū altero pallio celebrare: neq; pari ratione sepeliri: sed cū proprio tantū. extra de vsu pallij ad hoc pallium ti ad aliam

eccleſiam trāſlatus cū pallio ſcō loco ſibi cōceſſo ſepelitur. Itē palliatus ad aliā trāſlatus eccleſiam nō poteſt vti tibi pallio in prima eccleſia obtento: quia nō ſolū datur cōtemplatione perſone verūetiā loci. extra de poſtula. bone. ij. ad finem. Hinc eſt q nō poteſt vti eo extra prouinciā ſibi decretā. extra de vſupalliſ cū nup. ꝛc. ex tuarū. Sed ꝛ ſiquis renūciet archiepiſcopatui nequit vterq; pallio vti. extra de renū. cap. ad ſupplicationem: nec etiā pōt quis pallio niſi intra eccleſiā ꝛ in diuinis officijs vti. vnde ſi forte proceſſionaliter vel ad predicandū vel ad aliquod hmōi cum eccleſia extire cōtigerit: cum pallio nō exibit. extra eo. ca. j. di. i. palliū. ꝛ ca. ſemper. Siquidē regulariter vſus pallij interdicit: niſi in ſolennib9 dieb9 ꝛ qui in cuiuſcūq; eccleſie priuilegijs cōtinet. extra eo. c. pe. ꝛ vlti. puta in feſtiuitatib9 natalis domini: ſancti Sephani: ſancti Joannis: Circūciſionis: Epiphanie: Ramis palmarū: Cene domini: Sabbati ſancti: in trib9 dieb9 Reſurrectionis: Aſcenſionis Pēthecoſtes: ſancti Joannis baptiſte: omniū apoſtolorū: in quatuor feſtiuitatib9 beate Marie. ꝛ ſancti Michaelis: ꝛ oim ſanctorū: ſancti Martini q̄ eſt par apoſtolis: in feſtiuitatib9 principalis eccleſie pallio decorare in dedicationib9 eccleſiarū cōſecrationibus epiſcoporū ordinationib9 clericor̄: ꝛ anniuerſario cōſecratiōis palliati. de cōſe. diſt. j. Porro quidā etiā addūt dies dominicas que ad reſurrectionē pertinent quod tamē in vſu non eſt. Poſſet etiā dici q vbicūq; in ſua prouincia corp9 alicuj9 ſancti quieſcit metropolitan9 in feſto eiuſdem ſancti: ꝛ etiā in principali feſto cuiuslibet loci ſue prouincie ad locū illū declinās poterit pallio ꝛ ſandaliis vti. In exequijs vero defunctorū vel in benedictionibus nubentiū vti non licet niſi hoc priuilegio cōtineatur expreſſum extra. eo. ca. finali. Epiſcopus Hoſtien. qui papā cōſecrat pallio vtitur ex inſtitutione Marci pape ꝛ etiā quidā ep̄i ex priuilegio ſpeciali vt anticien. ꝛ quādoq; eccien. extra de p̄ſum. cum in iuuētute. Poſtremo ſciendū eſt q romani pōtifices qui beatū Siluestrum preceſſerūt depinguūtur tanq̄ gerentes lineas pallij circa humeros inuolutas: nā legalis ſacerdos dū ſacrificabat ſummitates balthei ſuper humeros reflectebat in quo ſignificat q illorū iuriſditio ꝛ poteſtas per palliū ſignificata inuoluta ꝛ implicata nō libera fuit. Ipſe vero ꝛ et9 ſucceſſores liberā ꝛ explicatā habuerūt: quare linee ip̄e in eis explicite ꝛ extēſe: ante ꝛ retro depēdētes depinguūtur. Poteſt etiā dici q linee ipſe que vt p̄miſſum eſt ſolicitudines ꝛ curā ſignificant: ideo a tēpore Siluestri pape explicite dependēt propter cōceſſa ſibi ꝛ ſucceſſorib9 tēporalia que abſq; ſollicitudine ꝛ cura nequeūt poſſideri. xcvj. di. cōſtātinus. Denicq; bruno dixit q ſūmus pōtifex preter p̄miſſa ornamēta ꝛ regnū portat ꝛ purpura vtitur. prout ſub titu. de mitra dictū eſt nō pro ſignificatione: ſed quia conſtantinus imperator olim beato Siluestro omnia romani imperij inſignia trāſdidit in predicto cap. conſtantinus: vnde ꝛ in magnis proceſſionibus ois ille apparatus romano pontifici exhibet qui quōdā imperatorib9 fieri ſolebāt: ꝛ cū dyademate ip̄eriali papa ipſe coronat.

Uſus pallij regulariter interdict: niſi i dieb9 ſolennibus.

Tpalia ſollicitudie ꝛ cura neq̄unt poſſideri.

¶ De quatuor coloribus quibus eccleſia in eccleſiaſticis vtitur indumentis. Rubrica.

Quatuor ſunt principales colores quibus ꝑ ꝓpietates dierū ſacras veſtes eccleſia diſtinguit albus: rubeus: niger: ꝛ viridis. Hā ꝛ in legalibus indumētis quatuor colores fuiſſe legunt: byſſus purpura: iacinthus ꝛ coccus: de quib9 in ſequēti. dicet. eccleſia etiā romana violaceo: ꝛ croceo colore vtit vt infra dicetur. Albis indumentis vtendū eſt in feſtiuitatib9 ſanctorū cōfeſſorū ꝛ virginum qui martyres nō ſunt propter integritatē ꝛ innocentiā nam cādidi facti ſunt nazarei eius: ꝛ ambulāt mecū in albis virgines eñ ſunt ꝛ ſequūtur agnū quocūq; ierit. Propter eadē cauſam vtē dum eſt albis in ſolēnitatibus angelorū: de quor̄ nitore dominus loquitur ad luciferū. Ubi eras cū me laudarent aſtra matutina. Item in omnibus feſtis dei ſancte genitricis Marie. In feſto oīum ſanctorū quidā tamen tunc rubeis vtuntur vt infra dicetur. In principali feſto ſancti Joānis euāgeliſte: In cōuerſione ſancti pauli: In cathedra petri: de his etiā infra dicet. Itē a vigilia natiuitatis dñi: vſq; ad octauā Epyphanie incluſiue: vt dicetur in prohemio ſeptime partis exceptis feſtiuitatibus martyrū intermedijs. In natiuitate ſaluatoris ꝛ etiā precurſoris: quoniā vterq; nat9 eſt mundus: id eſt carens originali peccato. Aſcēdit enim dominus nubem leuem: id eſt aſſumpſit carnem a peccatis immunē ꝛ intrauit egyptū: id eſt venit in mundū: iuxta illud quod angelus inquit ad virginē. Spiritusſanct9 ſuperueniet in te ꝛ virtus altiſſimi obūbrabit tibi ꝛc. Joannes autē ꝛ ſi fuerit in peccato cōceptus fuit tamē in vteroſanctificat9 ſm illud prophēticū. Antequā exires de vulua ſanctificaui te. Et angelus iquit ad zachariam. Spiritusſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſue. Item in epyphania propter ſplendorem ſtelle que magos duxit ſm illud prophēticū. Ambulabūt gentes in lumine tuo ꝛ reges in ſplēdore ortus tui. In ippopanti propter puritatem marie que iuxta canticū Symeonis obtulit lumē ad reuelationē gentiū ꝛc. Incena domini ꝓpter cōſecrationem chriſmatis quod ad mūdationem anime cōſecratur. Nam ꝛ euangelica lectio mūdiciam principaliter in illa ſolennitate cōmendat: q̄ lotus eſt inquit nō indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundus lotus. Et iterum: ſi nō lauero te non habebis partē mecū. Item in ſabbato ſancto in officio miſſe vſq; ad octauam aſcenſionis incluſiue quandocunq; officiū de tempore agitur preter dies rogationum ꝛ preterq̄ in feſtis martyrū intermedijs: prout infra dicetur. In reſurrectione propter angelū teſtem reſurrectionis nuncīū qui apparuit ſtola candida coopertus: de quo dicit Matheus: q̄ erat aſpectus eius ſicut fulgur: et veſtimenta eius ſicut nix: ꝛ quia pueri tunc renati albas habent veſtes. In aſcenſione propter nubē lucidā in qua xp̄s aſcendit. Nam ꝛ duo viri aſti-

Joannes xp̄i p̄curſor in vtero fuit ſanctificatus.

tenunt iuxta illos in vestibus albis qui ꝛ dicerũt. Cur galilei quid hic statis ꝛc. ¶ Illud autẽ notã dum est ꝙ licet in cõsecratione pontificis talibus sit indumẽtis vtẽdũ qualia ꝑm diei proprietatem cõueniũt. In dedicatiõe tamẽ ecclesie semper est vtendũ albis quocũq; dierũ dedicatio celebretur qñ in cõsecratione pontificis cantaꝝ missa de die: sed in dedicatione basilice de dedicatiõe missa cãtatur. Nam ꝛ ecclesia virgineo nomine nũcupat: iuxta illud apostoli. Despõdi enim vos vni viro virginẽ castã exhibere christo. De qua spõsus ait in cãticis. Tota pulchra es amica mea ꝛ macula nõ est in te: veni de libano ꝛc. Ipse tamẽ qui cõsecratur debet esse albis ornatus ad notandum ꝙ omni tẽpore vestimẽta eius debẽt esse cãdida: id est vita eius immaculata. Itẽ per octauas predictorum festorũ octauas habẽtiũ vtendũ est colore albo qñ de ipsis agitur octaua. ¶ Rubeis aũt vtendum est indumẽtis in solẽnitatibus apostolorũ euangelistarũ ꝛ martyrũ propter sanguinẽ passionis quẽ pro christo fuderũt. Nam ipsi sunt qui venerunt ex magna tribulatiõe ꝛc. preterea in festo innocentiũ: vt iam dicetur. Itẽ in festo crucis i qua xps sanguinem fudit pro nobis. Unde propheta. Quare rubrũ est indumẽtũ tuũ sicut calcantiũ in torcular? Sed ꝑm alios melius est tunc albis vti: qñ nõ passionis sed inuẽtionis vel exaltationis est festũ. Itẽ a vigilia penthecostes in missa vsq; ad sabbatũ post ipsum festũ inclusiue: ꝛ hoc propter spiritussancti feruorẽ qui sup apostolos i linguis igneis apparuit: nam apparuerũt illis dispertite lin. tanq; ignis ꝛc. vnde propheta. De celo misit ignẽ in ossibus meis. Licet autẽ in apostolorũ petri et pauli martyrio rubeis sit vtendũ: in conuersione tñ pauli ꝛ in cathedra petri vtendũ est albis: sicut et licet in natiuitate sancti Joãnis bap. sit albis vtẽdum: in decollatione tñ ipsius vtendũ est rubeis.

Martyrũ virginitati ꝓfertur.

¶ Cũ autẽ illa festiuitas celebrat qui simul est martyr ꝛ virgo: martyrũ virginitati preferr: q signuz est perfectissime charitatis. Iuxta qđ veritas ait. Maiorẽ charitatẽ nemo hz vt animã suam quis po. pro ami. suis. Quapropter ꝛ in omni commemoratione sanctorũ quidã rubeis indumẽtis vtũtur: alij vero vt ecclesia romana cãdidis cũ nõ tñ i eadẽ sz de eadẽ solẽnitate dicat eccl'ia ꝙ sãcti ꝑm Apo. Joãnis. Stabãt ipspectu agni amicti stolis albis ꝛ palme in manib⁹ eorũ. Hinc sponsa dicit in canticis. Delictus meus cãdidus ꝛ rubicũdus electus ex milibus. Cãdidus in cõfessoribus ꝛ in virginibus: rubicũdus in martyribus ꝛ apostolis hi siquidẽ ꝛ illi sunt flores rosarũ ꝛ lilia cõuallium. Rursus qui in festo omniũ sanctorũ rubeis vtunt ex eo mouentur: quia festũ illud primo in honorẽ martyrũ tantum institutum fuit. Sed responderi potest: ꝙ immo etiã in honorẽ beate virginis: ꝛ hodie ex institutione Greg. vij. festat ecclesia die illa etiã pro confessoribus ꝛ virginibus. prout in. vij. parte sub ipso festo dicetur. Item per octauas ꝑmissorum festorũ octauas habentiũ vtendum est colore rubeo quãdo agitur de octaua. Rigis vtẽdum est feria sexta in parasceue: ꝛ in diebus afflictionis ꝛ abstinẽtie pro peccatis: ꝛ etiã in rogationibus: sicut sub illo tractatu. in sexta parte dicet: ꝛ in processionibus quas romanus pontifex nudis pedib⁹ fecit: ꝛ in missis pro defunctis: ꝛ ab aduentu vsq; ad vigiliã natiuitatis: ꝛ a septuagesima vsq; ad sabbatum pasche. Sponsa quippe dicit in canticis. Nigra sum sed formosa filia hierusalem sicut tabernacula cedar: sicut pellis salomonis. Nolite me considerare ꝙ fusca sim quia decoloratit me sol. In festo autem sanctorũ innocentium quidam nigris: alij vero rubeis indumentis vtendum esse contendunt. Illi propter tristiciam: quia vox in rama audita est ploratus ꝛ vlulatus multus rachel plorans filios suos ꝛc. nam ꝛ propter eandem causam cantica letitie subticentur: ꝛ sine aurifricio mitra defertur isti ꝓpter martyrium quod principaliter commemorans inquit ecclesia. Sub throno dei sancti omnes clamant. Vindica sanguinem nostrum qui effusus est domine deus noster. Sicut ꝛ in letare ierusalem propter leticiam quam aurea rosa designat roman⁹ pontifex portat mitram aurifrisio insignitam: sed propter abstinentiam nigris vtitur indumentis. Sed ecclesia romana tunc vtitur violaceo colore quando illud occurrit extra dominicã sed in octauo rubeo. Restat ergo ꝙ in diebus ferialibus ꝛ cõmunibus viridibus sit indumentis vtendũ: quia viridis color medius est inter albedinem ꝛ nigredinem et ruborem: et specialiter inter octauam epyphanie et septuagesimam ꝛ inter penthe. et aduentum quando dominicale agitur officium: hic color exprimitur vbi dicitur cipri cum nardo nardus ꝛ crocus. Ad hos quatuor colores ceteri referuntur scilicet ad rubeum colorem coccineus: ad nigruum violaceus qui aliter coccus vocatur ad album byssinus: ad viridem croceus: quamq; nonnulli rosas ad martyres: crocum ad confessores: ꝛ lilium ad virgines referant. De coloribus etiam in fine sequentis tractatus dicetur. Violaceo autem colore vti in diebus quib⁹ est vsus nigri coloris non est inconueniens. Unde ecclesia romana vtitur colore violaceo a prima dominica aduentus vsq; ad missam vigilie Natiuitatis dñi iclusiue: ꝛ a septuagesima vsq; ad officiũ misse vigilie pasche exclusiue quãdocũq; in predictis tẽporibus officiũ de tẽpore agit exceptis quinta feria cene domini: ꝛ sexta feria in parasceue. In festiuitatib⁹ vero sanctorũ qne in septuagesima ꝛ in aduẽtu occurrũt nõ est nigris vel violaceis vtendũ. Et est itelligẽdũ ꝙ in sabbato sancto i toto officio qđ agitur ante missam vtẽdũ est violaceo colore: hoc excepto ꝙ diacon⁹ qui benedixit cereum indutus dalmatica: ꝛ subdiacon⁹ ministrãs indutus tunicella albis vtunt: quia benedictio illa sicut ꝛ missa ad resurrectionẽ pertinet: sed benedictione cerei expleta diaconus remota dalmatica assumit planetã violacei coloris: ꝛ tenet eam vsq; dũ inchoat officiũ misse. subdiacon⁹ vero nõ mutat vestes. Quidã etiã in dominica ramispalmarũ vtunt albis in processione ꝛ in ramorũ benedictione dum legitur euangelium: ꝛ dum cantatur gloria

Indumẽtis viridib⁹ q̃ dus in diebus vtẽdũ.

laus propter leticiam festiuitatis christo facte que in premissis cōmemoratur: sed in ecclesia romana tunc semper vtitur violaceo colore: z in processione que fit in purificatione ante missam: pro eo q̄ officium illud est de anxia expectatione Symeonis z sapit vetus testamentū: vtitur etiā ecclesia romana violaceo colore in quattuor temporibus septembris: z in vigilijs sanctorum: in quibus est ieiunium quando missa est de vigilia. Et in dieb⁹ rogationū z in missa que dicit in die sancti Marci de officio letanie. Cum enim ieiunamus carnez nostram crucifigentes maceramus: vt sic facta liuida christi liuoribus cōformetur cuius liuore sumus sanati. Ad quod designandū tūc colore violaceo vtimur: qui pallidus z quasi liuidus est: ceterum velamina trium colorum ponuntur in altari in festo paschalis prout dictū est in parte prima sub tracta. de picturis z c.

¶ De indumentis legalibus seu veteris testamenti. Rubrica.

Quatuor erāt legalia indumēta fcōm Moysaycā legem tam minoribus sacerdotibus q̄ principi sacerdotū cōmunia.

Quoniā minus plene rem significatā humana fragilitas apprehēdit si penitus rem significāte ignoret idcirco de indumentis legalibus ad huius cecitatis ignorantiā propellādā primo ſm hystoriā. secūdo ſm allegoriam. tertio ſm tropologiā aliqua dicem⁹. Primo igit ſm hystoriā notādū est q̄ quattuor erāt legalia indumēta ſm mosaycā legem tam minoribus sacerdotibus q̄ principi sacerdotū communia: de quibus legitur Exo. xxviij. ca. Primū dicebatur manasta sim quod grece brace: latine vero feminalia linea dicit potest de bisso retorta contextū. quo vtebant pro eo quod legitur in Exo. xx. c. in fi. Nō ascēdes ad altare meū per gradus ne reueleꝫ turpitudo tua. Eze. xliij. Feminalia linea erunt in lumbis eorū. Scōm cathemone siue linea quod nos subuncula vel albā. sed moyses abaneth appellauit. hebrei vero descendentes a babyloniis emissaneam vocauerunt: eratq̄ bissinum z duplex. Tertiū balteus. id est zona vel cingulum latus quasi digitis quattuor sic reticulatus: vt quasi pellis vipe⁊ rea videretur cōtextū de bisso cocco purpura z iacintho per que quattuor elementa significantur. Quartū est thiara quod hebrei māphie nos autē infulā vel mitrā appellamus: a thidari pontificali in plurimū differens quasi formā rotūde cassidis representans. ¶ Super hec quattuor communia quattuor ꝓprijs indumentis pōtifex vtebatur. Primū erat tunica iacinthina quā hebre⁹ dicit vethit grece dicitur poderis latine talaris q̄ habebat pro fimbrijs malogranata: cū octuaginta tintinabulis aureis interscalari modo dispositis: vt audiretur sonus cum pōtifex ingrederetur sanctuariū ne forte moueret. Secūdū erat ephot i. superhumerale de quattuor predictis colorib⁹ auroq̄ cōtextū sine manicis admodū colobij habēs aperturā in pectore quādā ad magnitudinez palmi in qua longeon eiusdem mensure inserebatur. In cuius parte superiori: videlicet super humeros infibulati erāt auro duo lapides onichini quibus duodecim nomina filioꝝ israel erāt insculpta: sex in vno: z sex in altero. Quod aūt samuel z dauid induti leguntur ephot illud erat lineū: z ꝑ prie quidē ephothar dicebatur. Tertiū hebraice dicebat hesen grece lōgeon latine vero rationale vocatur quod pontifex ferebat in pectore. Dictū est autē rationale iudicij: qz ibi erat lapis in cuius splendore sibi deum esse propitiū cognoscebant. Erat autem rationale quadrāgulū duplex in modū vnius palmi: de quattuor predictis coloribus auroq̄ contextū habēs duodecim lapides per q̄tuor ordines. In primo sardiū thopasiū z smaragdū. In scō carbūculū saphyrū z taspidē. In tertio ligurū achatē z amatistū. In quarto crisolitū onichinū z berillū: in quibus erāt scripta duodecim nomina filiorū israel: in singulis singula iuxta ordinē sue natiuitatis. Erāt etiā in eo scripta hec duo nomina purim z thiamin: id est veritas z disciplina. Inserebatur autem longeon superhumeralī a parte superiori ꝑ duos anulos z duas cathenulas aureas immissas duob⁹ vncinis q̄ sub duobus predictis onichinis z superhumerali cōtinebāt infixi: ab inferiori vero parte per duos anulos aureos cū duab⁹ iūcturis siue cathenis iacinthinis colligebat ephot. Quartū z vltimū erat capitis ornamētū vcz thiara seu tidaris in acutū p cedens habēs circulū aureū cū malogranatis et floribus ex qua supra frontē pēdebat aurea lamina quā petalū dicūt admodū lune dimidie: i qua scriptū erat anothy: adonay. i. sctm nomē dñi. tetragrāmaton. i. quattuor litterarū vt infra dicet. Ne vero cū mouebat pontifex moueret z lamina ligabat vitta seu iūctura iacinthina perspicua que summitates posterius diffundebat. Hoster ergo pontifex pro feminalibus habet sandalia. pro linea albam: pro balthēo cingulū pro poderi tunicā: pro ephot amictū vel stolā: pro lōgeon pallū: pro tidari seu thiara mitrā; pro lamina crucem. z quedā ex his diuersam habent formā ab illis ſm eādē figurā. Secundo dicamus de typo dictorū legaliū indumentorū ſm allegoriā. Sane his vestibus ornatus pōtifex toti⁹ orbis preferebat imaginē. Feminalia nāq̄ bissina terrā cōgrue figurabant: qz byssus de terra procedit. Est enim byssus linū egyptiacū. Balthei cū vittis z vasculis circū uolutionē occani designabāt. Tunica iacinthina ipso colore aera preferebat. Per tintinabula sonitus tonitruoꝝ. Per malogranata chorruscatiōes fulgurū signabantur. Quattuor minoris sacerdotis: z quattuor summi pōtificis indumēta: q̄ttuor microcosmi z quattuor macrocosmi partes ipso numero designabāt: id est quattuor hūores z q̄tuor elementa. Ephot sui varietate celū sydereū oñdebat. Quod aūt aurū erat intextū coloub⁹ figurabat q̄ calor vitalis penetrat vniuersa: duo lapides onichini solē z lunā vel duo hemisperia designabāt. In rōnali ꝑo duodecim gēme pectorales duodecim signa i zodiaco ꝓferebant. Rōnale qdē erat i medio: qz rōne plena sunt vniuersa terrena: z que celestibus herent: immoratio terreno rum z temporum calous z frigoris z duplex inter

De typo legaliū indumētorū ſm allegoriam.

Indumẽtoꝝ legaliuꝫ ſm tropologiã expoſitio.

vtrumq; temperies de celi curſu ⁊ ratione deſcendit. Per anulos cathenulas ⁊ vncinos elemento rũ humoꝝ ⁊ temporũ colligamẽta ſignabantur. Lidaris celũ empireum lamina ſuperpoſita deũ prefigurabat omnibus preſidentẽ. Hãc quidem allegonã libri ſapientie cap. xviij. confirmat auoritas dicens. In veſte eñ poderis quaꝫ habebat totus erat orbis terrarũ ⁊ parẽtũ magnalia in q̃t tuor lapidũ ordinibus erant ſculpta ⁊ magnificẽtia tua in dyademate capitis illius erat ſcripta.

¶ Tertio ſubijcienda eſt expoſitio indumentoꝝ legaliũ ſm tropologiam hys ſiquidem indumentis legalis ſacerdos hoc ordine induebatur: lotis nãq; prius manibus et pedibus prius induebat manaſtaſim: id eſt feminalia: ſignificans q; ſacerdos mundatis operibus ⁊ affectibus lachrymis penitentie debet aſſumere continentiã: vt offerat hoſtiã immaculatã ſanctã deo placentem. Hoſter tñ põtifex qñ tugẽ debet habere cõtinẽtiã nõ induit in ſacrificio feminalia ſed ſandalia ac ſi dicat Qui lotus eſt nõ indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mũdus totus. Per manus eñ opera deſignãtur ſm illud. Benedictus dñs deꝰ meus qui docet manus meas ad prelũ ⁊ digitos meos ad bellũ. Per pedes ſignificantur affectus ſm illud. Ex cutte puluerem de pedibus veſtris. Et eſt notãdum q; ipſemet ſacerdos ſibi feminalia induebat per que virginalis cõtinentia ſignificabatur: que qñ res eſt cõſilij nõ precepti. xxvij. q. j. ſicut eñ. xxxvij. q. v. qui ſitit. ideo ipſemet ſibi imponebat. Iuxta illud apli ad Cor. vij. c. De virginib⁹ preceptũ dñi non habeo. conſiliũ autẽ do. Et dñs in euangelio. Qui põt capere capiat. Hoc indumẽtum alternatim induebant ſacerdotes: qñ ad iugẽ cõtinentiã nõ ita tenebãtur ſicut miniſtri noui teſtamenti: ideoq; ſm quoſdam huic indumẽto nullũ hodie reſpõdet. Scõo iduebat cathemone. i. lineam: ſignificans q; ſacerdos debet induere innocẽnã: vt quod ſibi nõ vult fieri alijs ne faciat. Linũ eñ propter candorẽ ſignificat innocentiã ſm illud. Omni tẽpore veſtimẽta tua ſint candida. Tertio cingebat ſe baltheo ſignificans caſtitatem: quocirca lũbos debet accingi vt reſtringat carnis cõcupiſcentiã. Unde veritas ait. Sint lũbi veſtri precincti: ⁊ luceme ardẽ. in ma. ve. Baltheũ autẽ quod cõtextũ erat ex quatuor pnont ſuperꝰ dictũ eſt: ſignificabat q; oẽs motus ſurgentes ex quattuor humoꝝ⁹ ſiue ex quattuor elemẽtis debet refrenare. Prouerb. vl. Et cingulum tradidit chananeo. ⁊ Iſa. ix. c. Erit iuſtitia cingulũ lũboꝝ eius. Per iuſtitiã eñ refrenãtur hmõi motus beſtiales: pẽdebant autem vſq; ad pedes: q; vſq; ad finem vite debebat eſſe mundus. Quarto induebat tunicam poderi id eſt talarẽ: ſignificãs q; põtifex debet induere perſeuerantiã: qz qui perſeuerauerit vſq; in finẽ: hic ſaluus erit. Per talũ eñ. i. per extremitatẽ perſeuerãtia deſignatur: ſm illud Ipſa conteret caput tuum ⁊ tu inſi. cal. eius. De pendebant autẽ pro timoris malogranata cũ tintinabulis aureis: per malogranatũ intelligit operatio. per tintinabulũ aureũ accipit predicatio q; duo debẽt in ſacerdote cõiũgi: ne ſine illis ingredies ſanctuarium in cõſpectu dñi moriatur: cepit eñ Jeſus facere ⁊ docere: ſacerdotib⁹ relinquẽs exemplũ vt ſequantur veſtigia eius qui peccatũ non fecit: vt ſit honeſtas in cõuerſatione: nec inuẽtus eſt dolus in ore eius vt ſit veritas in predicatione. Per tintinabula quoq; intelligitur vox predicatoris: ne videlicet ſacerdos per ſilentiũ iudiciũ ſuperni inſpectoris offendat. Per malogranata exẽplũ bone vite vel volũtas martyrij: quia hmõi granis reficiunt infirmi: ſacerdos autẽ ſm Greg. xliij. diſt. rector ingrediens mouit: vel egredies mouit ſi de eo ſonitus nõ audiatur: qz ita circa ſe occulti iudicis exigit ſi ſine predicationis ſonitu incedit. apte ergo tintinabula veſtimentis illius deſcribunt inſerta: per veſtimẽta eteñ ſacerdotis quid aliud q; recta opera recipere debem⁹? Iuxta illud pphete. Sacerdotes tui induãtur iuſtitiã. Veſtimentis itaq; illius tintinabula inherẽt vt vitevtã cũ lingue ſonitu ipſa quoq; ſacerdotis opera clament. Iterum tintinabulis malapunica cõiũgũtur. quid per malapunica niſi fidet vnitas deſignat: nam ſicut in malopunico vno exterius cortice multa interius grana vniunt: ſic innumeros ſancte eccleſie populos vnitas fidet contegit quos intus diuerſitas meritorum tenet. Quinto induebat ephot: id eſt ſuperhumerale ſignificãs q; põtifex debet induere patientiã: vt in patientia ſua poſſideat animã ſuã: humeris eñ onera portamus ſm illud. Superpoſuit humerũ ſuum ad ſupportandũ ⁊ factus eſt tributis ſeruiens: habebat autẽ duas oras cõiũctas in vtroq; latere ſummitatũ ſignificãs q; põtifex dz habere arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris vt non erigatur pſperis. nec deprimat aduerſis: habebat ⁊ duos lapides onichinos inſertos humeris in quib⁹ ſculpta erãt duodecim nomina filioꝝ iſrael: ſex in vno: ⁊ ſex in alio. Per duos onichinos ſignificant veritas, et ſincerita. ſinceritas per claritatẽ: veritas per ſolditatẽ. per filios iſrael ſignificant ſancta deſideria ⁊ iuſta opera ſm illud. Maledict⁹ homo qui non reliquerit ſemen in iſrael. per ſenariũ ſignificatur perfectio: eo q; dñs ſexto die perfecit celũ et terrã ⁊ omnẽ ornatũ eorum. q; ergo ſex nomina filioꝝ iſrael ſculpta erãt in vno lapide ⁊ ſex in alio ſignificabat q; deſideria ſacerdotis ⁊ opera cõficiũ debẽt nõ in fermẽto malitie: ⁊ nequitie: ſed in azimis ſinceritatis ⁊ veritatis vt ſinceritas informet intẽtionẽ ⁊ veritas finẽ. Gregoꝰ ait in paſtorali xiij. c. q; ſup humerale ex auro hiacincto purpure coccoq; biſticto ⁊ byſſo retorta fieri pcipit vt quãta ſacerdos clareſcere virtutũ diuerſitate debeat demõſtret: i ſacerdotis q̃ppe habitu aſſa aurũ fulget: vt in eo intellect⁹ ſapiẽtie principaliter preniteat: cui hiacinctus aereo colore ſplendẽs adiũgit vt oẽ p qõ itelligẽdo penetrat nõ ad fauores ifirmos: ſz ad amorẽ celeſtiũ ſurgat: ne dũ ſuis incautis laudib⁹ capit ipſo etiã veritatis intellectu euacuet: auro quoq; ⁊ hiacicto purpura pmiſcet vt ſacerdotale cor cũ ſumma q̃ predicat ſperat i ſe metipos ſuggeſtiões vitioꝝ repmat eiſq; velut ex

Scã deſideria ⁊ iuſta opera per filios iſrael ſignificãtur.

regia potestate contradicat. auro autem bistincto byssо ac purpura hiacinctus coccus adiungitur: vt ante interni iudicis oculos oim virtutum bona ex charitate decorentur: vt cuncta que coram hominibus rutilant: hec in conspectu oculi iudicis flamma intimi amoris accendat: que. s. charitas quia deum simul z proximum diligit quasi ex duplici tinctura fulgescit: sed cum mens ad charitatis precepta tenditur: restat vt per abstinētiā caro maceretur. Unde ī bistincto cocto torta byssus adiungitur: de terra enim byssus nitēti specie oritur. et quid per byssum nisi candens decore mundicie corporalis castitas designatur: que videlicet torta pulchritudini super humeralis innectitur: quia tunc castimonia ad perfectū mundicie cādorem ducitur: cum per abstinētiam caro fatigatur: cūq; inter virtutes ceteras etiā afflicte carnis ꝑmeritum proficit quasi in diuersa superhumeralis specie byssus torta candescit. Serto induebat lōgeō id est rationale significans q̄ pontifex debet īdue re discretionē per quā discernat inter lucē et tenebras inter dextrā z sinistrā: quia non est conuētio lucis ad tenebras: neq; christi ad belial. de pe. di. i. §. hoc idem. erat autē rationale quadrangulum significans qđ debet discernere inter quatuor scilicet inter verū z falsum ne deuiet in credendis. inter bonum z malum: ne deuiet in agendis. Erat z duplex: quia debet discernere pro duobus ꝑ se videlicet et pro populo: ne z si cecus cecum duxerit ambo in foueam cadant. habebat et quatuor ordines lapidum: significans q̄ pontifex debet habere quatuor virtutes principales: scilicet iustitiā fortitudinem prudentiam z tēperantiam. In singulis autē ordinibus habebat tres lapides: significans q̄ pontifex in primo debet habere fidē: spē et charitatem. in secūdo modestiā: mansuetudinē et benignitatem. in tertio pacem z misericordiam et largitatem. in quarto vigilantiā: sollicitudinem et longanimitatem. Det lapides eīm figurant virtutes: ꝑm illud. Altius edificat aurum et argentū et lapides pretiosos habebat z duas cathenulas auri purissimi sibimuicem cohērentes: qui duob⁹ inserebant vncinis. significans q̄ pontifex dz habere duos charitatis affectus ad deū scz z ad proximum. de quibus precipitur. diliges deum tuum ex toto corde tuo. et proximum tuū sicut teipsum. Sicut eīm aurū preeminet vniuersis metallis: ita charitas precellit vniuersas virtutes. de qua dicit apl'us. Maior horū est charitas: duo vncini sunt intentio z finis: quibus cathenule inserūtur: vt tā deū q̄z proximū diligat ex corde puro z conscientia bona z fide non ficta tam deū q̄z proximū diligat ꝓpter beatitudinē: deū ꝓpter semetipsum diligat. z proximū ꝓpter deū. Portabat aūt Aaron rationale iudicij: in quo descripta erāt duodecim noīa prophetarū prout dictū est in prima parte sub tit. de picturis: qđ ꝑm Greg. in pastorali. li. b. iij. c. xij. bene rationale iudicij vocat: quoꝝ dz subtili. s. nuper examine bona malaq; discernere: z que vel quib⁹ qñ z qualiter congruant studiose cogitare: nihilq; ꝓpriū querere: sed sua cōmoda ꝓpinquorū bona deputare. vñ in Exo. scriptum est. Pones aūt in rationali iudicij doctrinā z veritatem que erūt i pectore aaron qñ ingredietur coram dño: z gestabit iudicium filioꝝ israel in pectore suo in cōspectu dñi semp. Sacerdotē quippe iudicium filioꝝ israel in pectore suo coram cōspectu dñi gestare est subiectorū causas ꝑ sola interni iudicis intētione discutere. Quidā aūt dixerūt q̄ rōnali nullū respondet hodie ornamētū: qñ nō habemus coptā lapidum pretiosoꝝ: sed ad instar illius defert pontifex i cōsecratione sua textū euāgelij ante pectus coram populo. ibi eīm scriptū erat doctrina z veritas: z eos dz habere in corde veritatē euāgelij z i ore doctrinā cōtum ad manifestationē z hec pōt esse causa quare in q̄busdā ecclesijs postes codicis euāgelici ex auro z argēto z lapidib⁹ pretiosis ornantur. Est etiam z alia ratio: q̄ in illo rutilat aurū sapiētie: argentū eloquētie: z miraculoꝝ lapides pretiosi. xxxix. di. §. hinc etiā. Hec sunt sponse murenule auree argento. vermiculate. Septimum z supremū capitis ornamētū erat thydaris vel tyara quā vltimo pōtifex assumebat: significās humilitatem de qua dñs ait. Dis qui se exaltat humiliabitur z qui se humiliat exaltabitur. Hāc autē gestabat in capite significans q̄ pontifex debet gerere humilitatem in mente exemplo capitis nostri dicentis. Discite a me quia mitis sum z humilis corde. Per caput enim mens intelligitur ꝑm illud. Unge caput tuū z faciē tuā laua. Rursus thyara in minoribus sacerdotib⁹ significat ꝓtinentiā quinq; sensuum: in maioribus vero ꝓtēplationē: debēt enim esse contēplatiui. De thydari depēdebat a fronte lamina aurea significās sapientiā: vel figurabat signum crucis: qđ fit in officio cōfirmationis ī qua scriptū erat nomē dñi tetragramaton. i. quatuor literarū que sunt he: ioth: eth: z vau. i. principiū vite passionis: iste prout dictū est in prohemio secūde partis ac si apertius diceretur. Ille cuius pontifex iste gerit personā scz xp̄s est principium. i. autor vite passionis. i. vite restaurate per passionē q̄ morte nostrā mortendo destruxit z vitā nostrā resurgēdo reparauit. Erant autē hec indumēta ꝑ maiorē parte contexta opere polimito. i. vario propter varietatē virtutis: de q̄ dicit psalmigraphus. Astitit regina a dextris tuis ī vestitu deaurato circūdata varietate: z ex quatuor pretiosis coloribus scz purpura cocco byssо z iacyntho. Per purpurā regie dignitatis significat pōtificalis potestas q̄ per viā regiam dz incedere ne declinet ad dextraz vel deuiet ad sinistram: ne liget dignos aut soluat indignos. Per purpurā quoq; aqua significatur quia in conchis marinis habitant vermes q̄ eam egerunt. Per coccum calorus ignei significat pontificalis doctrina que sicut ignis lucere dz z viere propter qđ z distinctus fuisse narratur: lucere quidem debet per ꝓmissionem vt omnis qui reliquerit domum patrem z matrē ꝛc. centuplū accipiet et vitam eternam possidebit: viere debet per comminationē vt omnis arbor que non fecerit fructū bonū excidetur z in ignē mittet. Hinc est q̄ summus pontifex capa rubea exterius semp apparet.

Pōtifex duos habere dz charitatis affectus.

Opinio nōnullorū dicentium hodie nullū ornamētū respondere rationali.

lamina ignea

indutus cum interius sit indutus candida veste: quia etiam interius candere debet per innocētiā et charitatem: et exterius rubere per compassionē vt vez ostendat se semper paratum ponere aiam pro ouibus suis: quia personam gerit illius qui p ouibus vniuersis rubrum fecit indumentum suū. Ex concessione vero Cōstantini iperatoris. xcvij. di. constantinus ferre potest clamydem purpureā atq; tunicam coccineam z omnia imperialia indumenta. s. sceptra signa z ornamenta: crux quocūq; ierit eū precedit ad significandū magis et q̄ cuiq̄ alteri cōuenire iuxta illud apostoli. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce dñi nr̄i. vt se crucifixum imitari debere cognoscat. Rursus coccus bisinctus investe pontificali est charitas que quasi bis tingitur dum dilectione dei et proximi coloratur.

Quid p byssuz si gnificat

Per byssum vero candoris eximij significatur puritas fame q̄ dz esse retorta: vt pōtifex bonū habeat testimonium ꝑm apostolum: z ab his q̄ sunt intus: et ab his que sunt foris. Per iacynthū qui est coloris aerei significatur serenitas conscientie quam intra se pontifex debet habere ꝑm q̄ dicit apostolus. Gloria nostra hec est testimonium cōscientie nostre.

Liber quartus.

De missa et singulis que in missa aguntur. Rubrica.



Pater cuncta ecclesie sacramenta illud constat esse precipuuz quod in misse officio supra mensam sacratissimi celebratur altaris illud ecclesie representans cōsuetudinem in quo filio reuertenti pater occidit vitulum saginatū pane vite et vinum quod miscuit sapientia proponens. Hoc autem officium ipse christus instituit cum nouū condidit testamentum disponens heredibus suis regnum sicut pater suus sibi disposuit: vt super mēsam eius edant z bibant in regno quod ecclesia cōsecrauit. Cenantibus enim illis accepit Jesus panem a gratias agens benedixit ac fregit deditq; discipulis suis dicēs. Accipite z comedite hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Hac igitur institutione formati ceperunt apostoli sacrosanctum frequentare mysterium propter causam quā christus expresserat et formam seruantes in verbis et materiam tenentes in reb⁹ sicut apostolus corinthijs protestatur dicēs. Ego accepi a domino qđ et tradidi vobis: quoniam dominus Jesus in qua nocte tradebatur accepit panem ꝛc. Quia igitur misse officium ceteris diuinis officijs dignius z solennius est: ideo de illo prius q̄ in alijs officijs est in hac quarta parte dicendum in qua aliquib⁹ additis et detractis speculum Innocentij pape tertij prosequamur. Sane vt premissum est missam instituit dominus Jesus sacerdos ꝑm ordinē melchisedech: quando panem z vinū in corpus z sanguinem suum transmutauit dicens. Hoc est corpus meum: hic est sanguis meus et subiungens: hoc facite in meam commemorationem. Apostoli autem hanc missam adduxerunt dicentes i missa non solum verba premissa: verūetiā dominicā orationem superaddentes. Unde beatus Petrus sic missam primus dicitur celebrasse in partibus orientalibus vbi post domini passionem in quatuor annis cathedram tenuit sacerdotalem. Deindevero accepit cathedram antiochie vbi tres orationes ad missam adiecit. In primordio ergo nascentis ecclesie missa aliter dicebatur q̄ mō sicut in sexta parte sub titulo de parasceue dicetur: sequenti vero tempore epistola tantum et euangelio recitatis missa celebratur. subsequenter celestinus pa. instituit introitum ad missam cantari prout sub introitu dicet. Cetera diuersis temporibus ab alijs papis z a Gelasio celestino z Gregorio: z alijs diuersis tēporibus legūtur adiecta: prout christiane religionis cultu crescente visa sunt decentius cōuenire: de hoc dicetur in prohemio sexte partis in canone de conse. di. j. Jacobus. legitur q̄ Jacobus frater domini episcopus hierosolymitanus z Basilius episcopus cesarien. addiderunt nobis in scripturis ordinem celebrandi missam. Item iste Jacobus alphei dī primam missam inter apostolos celebrasse: nā ꝓpter excellentiam sanctitatis eius apostoli hunc sibi fecerūt honorē vt post domini ascensionē primus inter eos missaz hierosolymis celebraret etiam priusq̄ esset in episcopum ordinatus vl̄ forte ideo dī primus celebrasse: quia primus in pontificalibus eam direxisse perhibet: et sic Petrus postmodum primus missam in antiochia celebrauit: z Marcus in alexādria. Quidā autez perfidi heretici reprehēdūt nos: qz euāgelia p particulas lacerata in missa legim⁹ z qz primitiue misse videlicet vltra dominicam orationē aliquid superaddimus: scriptum enim est. Si quis apposuerit ad hoc apponet super illū deus plagas scriptas in libro isto: z qz super nouū testamentum z precepta apostolorum alias institutiones z nouā doctrinam doctorum instituimus z seruamus cōtra illud qđ ꝛps ait bene irritū fecistis mādatum dei vt vestrā traditionem seruetis z alibi. Omnis plātatio quā nō plātauit pater meus celestis eradicabitur: z aplus. Doctrinis varijs z peregrinis nolite abduci. z. xij. dis. de his. Item fundamentū

Jacob⁹ Alphei dī ꝑmā missam iter apostolos celebrasse.

Christ⁹ officiuz misse qñ instituit

aliud nemo pōt ponere preter id quod positū est quod est xp̃s. Dicūt etiã q ecclesia xp̃i nec missaz nec maturinas cãtauit: nec xp̃s nec apostoli eã instituerūt: nec in xpe apostolox cãtata sunt: nec nomen misse tūc in mũdo audiebatur: sed id qđ missa representat ab euãgelistis cena vocatur: nec ecclesia in principio: nec apostoli cũ musicali organo nec alta nec dulci voce eam cantabãt reprehẽdetes nos qi hec agimus: ⁊ qi nocturnos ⁊ alias canonicas horas dicimus falso cõtra nos inducentes illud Amos prophete. Conuertam festiuitates vestras in luctum: ⁊ omnia cãtica vestra in planctũ: ⁊ illud ꝓpheticũ audiũt sermones tuos ⁊ nõ factũr eos: qi in canticũ ouis sui vertũt eos: ⁊ auaricia sequit eox eox: ⁊ est illis quasi carmen musicũ cũ suaui dulciq; sono canitur. Illox tñ error apertissime ꝓfutaẽ ex his q̃ in ꝓhemio quinte partis dicentur. Rursus in primitiua ecclesia diuina mysteria hebraice celebrabãtur: sed tempore Adriani primi imperatoris grecie in oriẽtali ecclesia christianorũ primo celebrari ceperũt: porro misse officium taz prouida reperitur ordinatione dispositum vt que per christum ⁊ in christum ex quo de celo descẽdit vsq; dũ in celũ ascẽdit gesta sunt magna ex parte cõtineat ⁊ ea taz verbis q̃ figuris admirabili quadam specie representat: ipm aũt officiũ in quattuor cõsistit: videlicet in personis: in operibus: in verbis: ⁊ in rebus. Personarũ tres sunt ordines: scilicet celebrãtes: ministrãtes: ⁊ circũstantes. Operum quoq; tres sunt species: videlicet gestus: actus: ⁊ motus. Verborũ etiam tres sunt diuersitates. scilicet orationes: ⁊ modulationes: ⁊ lectiones. Rerũ similiter tres sunt maneries. s. ornamẽta: instrumẽta: ⁊ elementa: siqui dẽ hec omnia plena sunt diuinis mysteriis sicut in prohemio libri dictũ fuit. Sane olim templum erat in duas partes interposito velo diuisum: pprior vocabatur sancta: interior vero sancta sanctorum. quic quid ergo in officio misse ante secreta agitur quasi in ede prioꝛ est. qđ autẽ in secreta agitur intra sancta sanctorum est. Erunt igitur intra sancta sanctorũ ara incensi archa testamẽti: tabula super archã: prout in prima parte sub tit. de ecclesia ⁊ de altari dictum est. ⁊ in Exo. habetur. Et supra tabulã duo cherubin glorie mutuo vultu sese respicientia. Huc intrabat solus põtifex semel in anno habens nomina patrũ in rationali ⁊ superhumerali scripta ferens sanguinem ⁊ carbones quos omnescũ timiamate in thuribulo oriãs ponebat donec fumus eum obũbraret: deinde tabulã ⁊ aram sanguine aspergebat: post exibat ad populũ: ⁊ vestes lauabat: nõ em iudicabatur mũdus ante vesperã post immolationẽ vituli ruffi. hec olim signa fuerunt: sed recesserũt postq; significata venerunt: si quidẽ prioꝛ edes significat presentem ecclesiã: sancta sanctorum celum: pontifex christũ: sanguis passionem carbones charitatem christi. thuribulum carnem ipsius thus cremẽtũ pces odoriferas: ara cohortes celi archa xp̃m scm humanitatẽ: tabula deũ patrẽ: duo cherubin duo testamẽta: q̃ sese adinuicẽ respiciũt: qi cõcordant: vestis que lauatur hominem: vespera hominis vestem significat: conferas ergo que olim fiebant et que xp̃s egit ⁊ respice quomodo minister ecclesie illa in officio misse representat ⁊ agit: quid etiã hec significent sub canone misse i puncto cuu libet particule illius tãgetur: per archam quoq; xp̃i humilitas intelligitur: a qua nobis per ipsius miam omne bonum aduenit. Et nota q sicut in Exod. xxv. xxvij. legitur. Factum est super archam propiciatorium aureum. t. tabula aurea eiusdẽ lõgitudinis ⁊ latitudinis cui⁹ ⁊ archa vt eã tegere sufficeret. Et hoc dicebatur oraculum: qi dñs de loco illo responsa dabat orantibus. Dicebatur etiã propiciatoriũ: quia exinde loquens dominus ꝓpiciabatur populo: vel quia die ꝓpiciationis videbant gloriam dñi semper ibi descendere: ⁊ inde tabernaculum siue locus super posteriorẽ parte altaris collocatus in quo xp̃s propiciatio nostra. t. hostia cõsecrata seruatur hodie propiciatoriũ nũcupaẽ ⁊c. Ex vtraq; vero parte oraculi: scz in duob⁹ angulis anteriorib⁹ positi sunt duo cherubin: q̃ sunt scm Josephum duo animalia volatilia habentia figuram que a nullo hominum est inspecta. Hec dicit moyses se in dei sede conspexisse figurata. Unus cherub alterum inspiciebat. versis tamen vultibus in propiciatorium duabusq; alis ex opposito expansis et mutuo se tangentib⁹: velabant oraculum siue tegebant propiciatorium. Siquidem per propiciatorium incarnatus domin⁹ figuratur. De quo Joannes. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Duo cherubin duo sunt testamenta: scilicet nouum et vetus. dum ergo illa non discrepant sed mysterium incarnationis christi concorditer narrant illud prophetando: istud asseuerando: in propiciatorium vultum sue intentionis dirigunt: se mutuo respiciunt. ¶ Rursus tria sunt ecclesie sacrificia que in veteri testamento per propiciatorium thuribulum et altare significata sunt videlicet sacrificium penitentie: iustitie et eucharistie de primo. Sacrificium deo spiritus contribulat⁹ ⁊c. De secundo. Tunc acceptabis sacrificium iustitie. De tertio tibi sacrificabo hostiam laudis. Super altare scilicet corporis caro mactatur per contritionem. Inter thuribulum. scilicet cordis thus adoletur per deuotionem ad propiciatorium: scilicet dei patris sanguini infertur pro redemptione. Hec quidem tria sacrificia sacerdos offert i missa. Primum in confessione. Secundum in prefatione. Tertium in actione. Taz hec tria sunt que scm prophetam deus respicit in homine: ⁊ requirit ab homine diligere misericordiam: facere iudicium: et sollicite ambulare cum deo. Diligat ergo misericordiam qui vult offerre sacrificium penitentie: faciat iudicium qui vult offerre sacrificium iustitie: cum deo sollicitus ambulet qui vult offerre sacrificium eucharistie. Hinc est qđ ait beatus Bernardus. Fratres mei immolãtes hostiã laudis tũgamus verbũ verbis. sensum sensui: affectũ affectui exaltationẽ exaltationi: maturitatem maturitati: humilitatẽ humilitati libertatẽ libertati. Celebraturus ergo missam offerat altissimo sacrificium la-

Diuina mysteria in primitiua ecclesia hebraice celebrabãtur.

Tria sũt ecclie sacrificia q̃ in veteri testõ ꝓpiciatorium thuribulũ ⁊ altare sigta sunt.

lud de quo psal. ait. Sacrificium deo spiritus cō tribulat⁹ ⁊ alibi. Immola deo sacrificiū laudis. ⁊ apostol⁹. Exhibete mihi corpora vestra hostiā viuentem sanctā deo placentē: vt sit rationabile obsequiū vestrum mortificantes in altare cordis membra vestra que sunt super terrā: videlicet immundiciā libidinem: concupiscentiam malam et auariciam quatenus mundo corde ⁊ casto corpore sacrificetis deo vosmetipsos. ¶ In sacramento autē corporis christi: ſm Aug⁹. de cōse. dist. ij. virū nil a bono magis nā a malo min⁹ perficitur sacerdote: dummodo ille: cū ceteris in archa consistit ⁊ formam obseruet traditam a columba q̄ non in merito sacerdotis sed in verbo conficitur creatoris. Aurum eñ equeverū est in archa fuit sicut in thesauro regis. j. q. j. ℈ ex his. Unde ⁊ cayphas pontifex persecutor vnius ⁊ verissimi sacerdotis quāuis ipse verax non esset quod dedit tamen verum fuit si non suum dedit sed dei. i. in forma ecclesie. j. q. j. dominus. ⁊ ca dictū. nō ergo sacerdotis iniquitas impedit effectū sacramēti sicut nec medici infirmitas virtutem impedit medicine: quāuis igitur opus operās aliq̄n sit immundū opus tñ operatū semper est mūdū: ⁊ sicut oia sunt mūda mūdis: sic oia sunt imūda imūdis. j. q. j. omnia. ⁊ ca. multi. malus ergo cū vitā accepit mortem incurrit sic econtra bonus cū morte sustinet vitā acquirit. Nam qui manducat indigne iudiciū sibi manducat q̄ vero de talibus propheta ait. Maledicā benedictionibus vestris. et Greg. Benedictio eor̄ vertitur in maledictionē: ⁊ oratio in peccatū deprecatio ab ecclesia nō toleratis seu notorijs intelligitur: quorū benedictio debet ℈tū ad ipsos maledictio reputari: q̄n ſm Aug. j. q. j. q̄ quidē: mali inē̄tum in eis est dicunt sacramēta polluere: cū tñ illa permaneāt impolluta: sunt eñ bonis ad premiū reprobis ad iudiciū Unde Augu. j. q. j. Si fuerit spiritualis virtus sacramēti vt lux puta ab illuminādis excipit ad salutē sed per immūdos ministros quasi per canale trāsiens nō coinquinatur Amadisse tñ perfidi hereticī dicūt nusq̄ legi q̄ immūdis ⁊ luxuriosis ministris xp̄s spōsam suā ecclesiā traderet custodiendā vel potestatē sacror̄ ministeriorū perageret claues regni vel potestatē ligādi vel soluēdi: q̄ illi soli: vt ait Gre. ⁊ iusti in hac carne positi potestatē habent ligandi: atq̄ soluendi: sicut apostoli qui vitā vel fidē illorū cū eorum doctrina tenent: vnde vt dicunt a talibus sacramenta percepta: nec valent nec proficiunt ad salutem. Legitur enim in libro Rume. Quicquid tetigerit immundus immundum faciet: et christus. Non potest arbor mala fructus bonos facere. ⁊ dauid. Peccatori autē dicit deus quare tu enarras iu. m. ⁊ tu. a. t. m. per os tuum. Et apostolus omnia munda mūdis: coinquinatis aūt ⁊ infidelib⁹ nihil est mūdū. ⁊ Grego. in pastorali. lib. j. c. x. et. xcix. dist. ℈ j. Dum is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur. Itē ibidē lib. iij. ca. xij. Necesse est vt mūda debeat esse manus que diluere sordes curat. ne tacta quecq̄ ipsa sordida deterius inquinet. ¶ Celebratur autem missa hora tertia sexta ⁊ nona. In tertia: quia ſm Marcū hora illa xp̄s crucem ascendit: ⁊ linguis indeor̄ crucifixus est clamantium. Crucifige. Et quia illa hora spiritussanctus super apostolos in linguis igneis descendit. de cōse. dist. j. nocte. In sexta: quia illa hora ſm Mattheum vere crucifixus et immolatus est. Et in nona: quia illa hora i cruce pendens emisit spiritum. Thelesphorus papa. de consecra. distinc. j. nocte statuit vt missa ante horam tertium non dicatur quod de publicis et popularibus missis intelligendum est: quia sicut ait Augustinus de cōse. dist. j. ⁊ hec nō deberent in publico fieri: ne populus a publicis q̄ hora tertia dicuntur retrahatur. Cantat autē dieb⁹ dominicis ⁊ festis hora tertia: in profestis hora sexta: in quadragesima hora nona. de cōse. dist. j. solent. ⁊ ℈ in ieunijs. ⁊ etiam ex institutione Pelagij pape: aliorum in diebus ieuniorum: non tamen omnium. In sabbatis vero ieuniorum. quatuor temporum sero potest celebrari propter ordines sacros qui ad dominicā sequentem pertinere noscuntur. Sed quia missa in ieunio dici dz: ideo ne minus ieunent post vesperas inchoatur: ⁊ sic vsq̄ ad noctem ieunium proteletur. lxxv. dist. qđ a partibus. lxvj. di. dilectiōis. de quo in sexta parte sub sabbato paschali dicetur: quod vero missa quandoq̄ summo mane cantatur ex consuetudine non ex ordine est. Leo tñ papa. de con. di. j. necesse diluculo siue prima diei parte ad missam intrabat nescio an necessitate an ratiōe an sola vsus apostolica potestate vel de peculiari missa intelligendum est. qui aūt necessitate preueniunt tertiā aut offerūt post sextam aut nonam amore diuino: ne videlicet eis dies absq̄ sacrificio ꝑtereat excusati possunt cū discipulis qui euellebant spicas in sabbato. de conse. di. v. discipulos: ⁊ cum dauid q̄ comedebat panes propositionis. de conse. dist. ij. tribus: vel q̄ in missa fit memoria passionis: mortis sepulture resurrectionis ⁊ ascensionis: ideo cātatur tot variis horis: in tertia in memoriā passionis ⁊ ascensionis post sextam in memoriam mortis: post nonam in memoriam sepulture in mane in memoriam forte resurrectionis. Asserunt enim quidā dñm in meditullio horarum crucifixum: et ideo nūc hāc: nūc illā horā positā. vnde ecclesia inter vnam horam ⁊ alteram celebrat missam: in die aūt natalis dñi prima missa de nocte cātat prout sub isto festo dicet. Ceterū si in quadragesima occurrūt duo officia: q̄s dies duplices vocam⁹ missa de festo dz i tertia ⁊ absq̄ genuflexione: officiū vero de ieunio dz in nona ⁊ cū genuflexione. ꝛc etiā aduētus dz missa in sctō̄r festiuitatib⁹ hora tertia celebrari: verū nullus dz eadem die plures missas regulariter celebrare. de conse. di. j. sufficit. extra de ce. missa. te reuertēte. quia xp̄s solus passus fuit: ⁊ valde felix est qui etiā vnā digne pōt celebrare: nec potest q̄ dnas missas cū vno vel vnā cū duob⁹ sacrificijs celebrare. e. di. tribus: sub vno tñ canone possunt plures hostie ꝓfici: nā ⁊ presbyter debet semper hostiā p̄ infirmis habere paratā

Missa hora tertia sexta et nona celebrat

Quando sero possit celebrari.

Sacerdotis iniquitas nō impedit effectū sacramēti.

ea. distin. presbyter. potest quoq; sacerdos vnam missam cū sacrificio ⁊ aliam siccā celebrare. missa sicca dicitur qñ si sacerdos non potest cōficere: qz forte iam celebrauit vel ob aliam causam pōt accepta stola epistolā ⁊ euangeliū legere et dicere orationem dñicam ⁊ dare benedictionē: quinimmo si ex deuotione non ex superstitione velit totum officiū misse suo sacrificio dicere: accipiat oēs vestes sacerdotales et missam suo ordine celebret vsq; ad finem offerendo dimittens secreta que ad sacrificium pertinēt: prefationē vero dicere pōt: vt in eadē videant angeli inuocari ad cōsecrationē corporis et sanguinis xpi. De canone ꝯo nihil dicat. sed orationē dñicā non pretermittat: et que ibi sequūtur sub silentio dicēda non dicat: calicē vel hostiam non habeat: nec de his q̄ super calicem seu eucharistiam dicūtur vel fiūt aliquid dicat vel faciat potest etiam dicere. Pax dñi sit semp vobiscū. Et extinde misse officium suo ordine peragat: melius est tamen alia omittere. Verū quidā incipiūt missam de die celebrantes illā suo ordine vsq; ad offerendam: postea incipiunt aliam missam ⁊ eaz cantāt vsq; ad eūdem locum: et idem faciunt pluries si volunt ⁊ incepta missa viuoz incipiūt quā doq; missam mortuorum eam prosequentes vsq; ad eūdem locum: ⁊ extinde prosequentes dicūt tot secretellas quot missas inceperunt semel tantū canonem dicētes et cōsecrantes: et in fine tot orationes dicunt quot officia misse inceperunt: sed hoc tanq; detestabile reprobamus. potest tamē sacerdos quandoq; plures missas vna die celebrare. extra de celebratione missa. c. iij. Primo in festo natalis dñi: sicut in septima parte sub illo festo dicetur. Secō vbi necessitas exigit puta si quis moriatur. vt ibi: ⁊ de conse. di. j. sufficit. Concilij tamen carthaginense ea. dist. sacramenta dicit q; si episcopus vel alius post tertiam obierit: commemoratio solis orationibus facienda est sine missa. Tertio causa honestatis vt si aliqua magna persona superuenēs velit missam audire extra eo. cap. j. ⁊ ij. Quarto ꝑm quosdam causa vtilitatis: puta propter peregrinos: propter hospites propter cōmeātes propter infirmos: propter sponsos: ⁊ ꝓpter raritatem clericoz: ⁊ propter paupertatē ecclesiarū sacerdotes proprios non habentium. ¶ Quinto vt dicit Richardus eps cren. in mitrali cum due festiuitates occurrunt possunt etiam tres celebrari. tum quia hoc fit licite in matertali: tum qz xpi passio tripartita est: passus est em lingnis insultātium: manibus verberantiū ⁊ clauis crucifigētiū. Ipse est etiā a patriarchis gestibus immolatus a prophetis verbis sacrificatus a patre ⁊ a seipso realiter oblatus. Sexto pari ratione si in die ieiunij occurrit aliq̄ solēne festū potest vnā de festo et aliam de ieiunio celebrare si alius presbyter nō assit. Legitur etiam q; Leo papa sepe septies ⁊ aliquando nouies in eadem die missam celebrauit: Sacerdos tamen aliam missam in eadem die celebraturus in vltima tārum perfusionē sumat: quontam si in prima sumeretur ieiunus non esset. ⁊ sic alia missa impediretur eo. tutu. ex parte. alia autē quotiēs celebrat totiēs corpus christi et etiā perfusionem sumat: de consecra. distin. ij. comperim⁹. et cap. tribus. Sed nūquid pransus ꝑficit. Respō deo sic licet hoc facere non debeat: non enim ieiunum est de substantia: prout innuit Aug. ī dicto cap. liquido alias dominus non confecisset. magister tamen Aug. dicit contra. Sane pisces temporibus heresibus pullulātibus et trinitatem impugnantibus ex institutione Alcuini magistri karoli rogatu Bonifacij archiepiscopi Maguntini statuētis prima feria missa de trinitate dicebatur: secūda feria de sapientia: tertia feria de spiritusancto: quarta de charitate: quinta feria de angelis: sexta de cruce: septima de beata virgine: causa vero illa cessante illud cessauit: ⁊ dominicali officio ordinato statutum fuit q; prima feria suum haberet officium scilicet de trinitate: secunda de angelis: quia tunc primo creati sunt in bonis gratuitis tunc em lux diuisa fuit a tenebris. id est boni angeli a malis: quia tunc ceciderunt mali: boni vero cō firmati sunt. In prima vero feria creati fuerūt angeli in bonis naturalibus. Cantatur etiam in secunda feria pro defunctis: vt illis adhibeam⁹ suffragia angelorū: ⁊ quia vt dicunt quidam in prima feria refrigerium habent illi qui sunt in purgatorio: ⁊ statim in secunda feria redeunt ad penas et laborem ideo vt eoz subueniatur laboribus missa pro illis in secunda feria celebratur: in tertia feria pro peccatis: in quarta pro pace: in quinta pro tribulatione vel in tertia fe. debet repeti introit⁹ misse de dominica institutum etiam fuit vt in quarta feria ieiunaretur: ⁊ illa similiter die debet missa de dñica dici nisi festiuitas impediat. In quinta feria debet simul repeti officium dñice introitus epistola et euangeliū qz dies iouis ꝺr cognata dñice diei prout dicetur sub ti. de accessu pō. ad alta. In sexta feria de cruce: illa em dies appropriatur xpō et cruci: qz ipse in ea mori et crucifigi voluit ꝓ salute generis humani. In septima feria de beata virgine qꝺ initium habuit qñ olim in quadā ecclesia ciuitatis constantinopolis erat ymago marie virginis coram qua dependebat velum qꝺ totam velabat ymaginē: sed hoc velum in sexta feria post vesperas recedebat ab ymagine nullo mouente solo dei miraculo quasi deferretur in celum vt ad plenum posset ymago a populo ꝑspici. Celebratis vero vesperis in sabbato descēdebat ipm velum ante eādem yconam siue ymaginem: ⁊ ibi manebat vsq; ad sextam feriam. Hoc viso miraculo sancitum est vt semper illa feria de beata virgine cantaretur. Alia autem feria est quia dño crucifixo ⁊ mortuo ⁊ discipulis fugientibus et de resurrectione desperantibus in ea sola tota fides in sabbato illo remansit. de conse. distin. iij. sabbato. Sciebat enim quomodo portauerat euz sine labore et pepererat sine dolore: et ideo certa erat q; filius dei esset ⁊ a mortuis tertio die resurgere debebat: et hec est ratio quare dies sabbati magis ꝺr alia dies beate marie appropriatur. Tertia ratio est quia dies sabbati est ianua ⁊ introitus ad dominicam diem: vnde cū sumus i sabbato sum⁹

Pro defuncti q̄re i secūda feria celebrat.

In septima feria q̄re cantatur de virgine.

Leo papa nouies eadē die iterū missam celebrauit.

iuxta dominicā: dies autē domice est dies requiei et significat vitam eternam: vnde cū sumus i gratia dñi nostri sumus quasi in ianua paradisi: quia igitur ipsa est nobis porta ad regnum celorū qđ per diē dñicā figuratur: ideo de illa solēnizamus i leptima se. q̄ diē dñicā precedit. Quarto vt solēnitas matris solēnitati filij ꝓnuetur. Quinto vt festiuitas agatur in die in qua deus ab omni opere requieuit. ¶ Notandū est etiam q̄ in misse officio vbi xp̄i passio repꝛesentatur tribus linguarū generibus vtimur. s. greca: hebrea: z latina ad significādum q̄ his tribus linguis scriptus est titulus crucis xp̄i. Jo. xix. Et ad designandum q̄ oīs lingua que per hanc triplicem intelligitur deum laudare et confiteri debet: quia dñs noster iesus christus i gloria est dei patris. Licet enim sint multa genera linguarum: iste trē principales sunt: hebrea ꝓpter legem z quia est aliarum mater: greca ꝓpter sapiētiam: latina ꝓpter nobilitatē z dominiū romani ꝑpij. Verba latina sunt epistole euangelia: orationes z cānus. Greca sunt kyrieleyson christeeleysō et ymas. Hebraica sunt alleluya amen sabaot et osanna. vnde z in missa romani pontificis in precipuis solēnitatibus legitur euangelium et epistola non solū in latino verū etiā in greco ad designādum coniunctionem vtriusq̄ populi sub vna fide designās q̄ ecclesia cōstat non solū ex latinis: verūetiam ex grecis z vide in sexta parte sub tit. de paraſceue. ¶ Sed queritur vtrum sacerdos minus q̄ duobus presentib⁹ debet celebrare missaz. Et videt q̄ nō. Statuit nāq̄ Sother papa de cō se. di. j. quoq̄. vt nullus missarū solēnia celebrare presumat nisi duobus presentib⁹ sibiq̄ respondentibus ipse tertius habeat: cum trē presbyter dicat dñs vobiscū. z in secreta dicit: orate pro me coniunctionem vt ipsius salutationi a pluribus respōdeatur. Verum alius est necessitatis articulus in quo potest vno solo presente celebrare: z alius religionis contēptus. Pie quoq̄ credēdum est: z sacris auctoritatibus cōprobatur q̄ angeli dei comites assistunt orantibus. Juxta illud prophetic̄ū. In conspectu angelo⁹ psallā tibi. et angelus ad thobiā. Quando tu orabas cū lachrymis ego obtuli orationē tuam dño: sed z in canone misse continetur. Supplices te rogamus oīpotens deus: iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuū. Preterea quilibet homo habet suū proprium angelum ad custodiam. Unde dñs in euangelio loquēs de paruulis ait. Angeli eorum semp vident faciem patris. Illos igitur habem⁹ in oratione participes quos habebimus in glorificatione consortes. Solus tamen presbyter non pōt diuinum officium absq̄ ministri suffragio celebrare prout in constitutione alexandri cauetur extra de ſi. presby. proposuit. Canon quoq̄ tholetan̄. cōcil. xij. q. j. illud statuit vt vbi tēporis vel loci siue clerici copia suffragat: habeat quisq̄ deo sacrificans post se vicini solaminis adiutorem: vt si aliquo casu ille qui ad officia implenda accedit turbatus vel ad terram elisus fuerit a tergo semper habeat qui ei⁹ vicem intrepide assequatur. Siqđē copia tēporis suffragatur: si nō sit guerra loci: si ecclesia sit diues cleri: si sit sibi copia clericorū. Generaliter autem dicendū est q̄ illa est legitima missa in qua sunt sacerdotes: respondēs: offerēs atq̄ communicans sicut ipsa precum cōpositio euidenter ratione demonstrat. Introitus ad chorum prophetarum respicit. qm̄ ꝑm Auguſt. Moyses minister fuit veteris testamenti: prophete ministri noui. kyrieleyson. ad eos respicit ꝓphetas qui circa domini aduentum erat: de quibus fuerūt zacharias z Joannes baptista filius eius. Gloria in excelsis ad celum respicit angelorum gaudiuz natiuitatis dñi pastoribus annūciatum. Prima collecta respicit ad hoc qđ dñs circa annū. xij. agebat. sed quādo ascendens hierosolymam sedebat inter doctores audiens z interrogans. Epistola ad Joannis predicationem pertinet. Respōsorium ad beniuolentiam apostolorum respicit: scz quomodo a dño vocati secuti sunt eū. Alleluya ad letitiam mentis eorum pertinet quam habebant de promissionib⁹ eius vel de miraculis que per eum vel per nomen eius fiebant. Euangelium respicit tempus a suo predicatione vsq̄ ad predictum tempus. Quod vero deinceps i misse officio agitur ad illud respicit tempus quod est a dominica quando pueri hebreorum obuiauerunt ei vsq̄ ad diem ascensionis eius siue penthecostes. Oratio vero secrete vsq̄ nobis quoq̄ peccatoribus designat illā orationē quam Jesus in monte oliueti exercebat: qđ autem postea agitur significat tempus illud: quo dominus in sepulchro iacuit. Quando vero panis in vinum mittitur animam dei ad corpus redire demonstratur. Salutatio sequens significat salutationes postea discipulis a christo factas. Fractio oblate significat fractionem panis factaz a domino discipulis in emaus: hec plenius in suis locis dicentur. ¶ De missa pro mortuis: z ipsorū officio in. vij. parte dicetur. Adhuc missa non nisi in sacratis deo locis. id est tabernaculis diuinis precibus a pontificib⁹ delibutis absq̄ magna necessitate dici debet: non ergo in prophanis domibus absq̄ episcopi licentia: quia sanctius est missam non cantare vel non audire: q̄ in locis in quibus hoc fieri non oportet. de consecra. dist. j. clericos. z ca. seque. vnde scriptum est de consecra. di. j. sicut. z ca. tij. se. z ca. concedimus. z ca. vnicuiq̄. Vide ne offeras holacausta tua in omni loco quē videris: sed in omni loco quē elegerit dñs deus tuus: de hoc dicetur in ꝑmio quinte partis. pōt aūt esse necessitas vt dicatur in naui vel i exercitu sub papillione siue sub diuo si illud haberi non possit: sed tunc cū tabula seu altari viatico. ea. dist. c. ſi. Presbyter autē nō debet missam celebrare sine licētia epi in altari in quo epūs ea die celebrauit. ea. dist. cōcedimus. extra de priui. in his. Sixtus tū papa statuit missam nō nisi super altare celebrari. Felix papa pum⁹ statuit supra memorias martirū missas celebrari. Bonifac⁹ papa secūd⁹ statuit vt in misse celebratione clerici a laicis sint diuisi. Martinus papa statuit missaz alta voce cātari. Virgili⁹ papa statuit cū i eccle ostenta-

Sacerdos an min⁹ q̄ duobus pñtibus debeat celebrāre missam.

Missa nō nisi sacratis locis absq̄ magna necessitate dicitur

li parte dict. ¶ Illud quoq; notandum est q; in missa representatur pugna ⁊ victoria sacerdotis contra hostes antiquū: processus ad hanc pugnā ponetur sub titu. de acces. ponti. ad alta. in fi. Arma vero et pugna sacerdotis posita sūt in prohemio tertie partis. ¶ Rursus missam quasi quoddam iudicium imitatur vnde ⁊ canon actio vocatur. de consecra. dī. j. necesse. Est autem actio causa in iudiciū deducta. extra de verbo. signi. fous. in missa quidem causa nostra agitur: oratorū est pretorium deus iudex: diabolus accusator. ministri testes: sacerdos aduocatus ⁊ defensor: hic est moyses qui causam populi ad dominū allegabat cuius patrocinio delatoris fallacia confutatur: et nostra innocentia cōprobatur ⁊ absolutur ⁊ iudicis ira placatur. ⁊ per misericordiā culpa remittit. xlv. dist. disciplina. extra de re iudica. cum veruni. Ceterum missa dicitur mysterium qō profertur: ⁊ sacrificium qō offertur. Misse autem officium in duas principaliter diuiditur partes: vcz in missam cathecuminorum: ⁊ missam fidelium. Missa cathecuminoz est ab introitu vsq; post offertoriuz: que missa ab emittendo dicitur: quoniam quando sacerdos incipit consecrare eucharistiā: cathecumini foris de ecclesia mittitur. Vnde antiquit⁹ perlecto euangelio diaconus supra pulpitum acclamare solebat. si qs cathecuminus adest exeat foris prout dicetur in sexta parte sub quarta feria quarte dominice quadragesime: quod ideo fiebat: qm̄ cathecumini licet sint in fide instructi: nōdum tamen sunt renati siue baptizati: ideo nondū sunt de corpore ecclesie: sicut nec iudei nec gentiles: quare sacri altaris mysteriis interesse nō debent que non nisi baptizatis fidelibus committūtur: nec thesaur ecclesie sunt inimicis ostendēdi: vnde de quibusdam qui cathecuminorum ⁊ non dum renatorum typum seu figurā gerebant: scriptum est. Jesus autem non credebat se illis sciēs quid in homine esset. hinc etiam in canone carthaginē. concilij. de consecra. distinc. j. episcopus. dicitur q; nec gētilis nec hereticus nec iudeus prohibeatur ecclesiam ingredi et audire verbū dei vsq; in finem misse cathecuminorum: nec etiam incestuosi. xxxv. distin. iij. de incest. ⁊ c. seq. Missa vero fidelium est ab offertorio vsq; ad postcommunionem: et dicitur missa illa a dimittendo: quia ea expleta ad propria quisq; fidelis dimittitur: missa ergo aliquādo est nomē collectiuū: qr quādoq; missa vocatur qō est ab introitu vsq; ad offertorium: quādoq; qō est ab introitu vsq; ad Ite missa est. et hoc verius: quia tunc hostia mittitur: quādoq; qō vsitatius est dicitur missa totum officiū ab introitu vsq; ad Ite missa est: siue inuocatio nominis dei q̄ fit a sacerdote sup altare quasi trāsmissa: eo quod populus fidelis per mysterium sacerdotis qui vice mediatoris inter deū ⁊ homines. ī. xp̄i fungitur preces: supplicationes: ac vota altissimo transmittit: quandoq; tantum officium quod sub silentio dicitur: quandoq; solū verba illa quibus dominicum conficitur corpus. Aliquando missa est nomen proprium: quia significat christū qui missus est a patre in hunc mūdum: significat etiam angelū qui mittitur: vt per eius manus hostia offeratur in sublime altare domini. Ipsum ergo sacrificiū: id est hostia vocat missa quasi trāsmissa: prius siquidē a patre nobis: vt scilicet esset nobiscum postea a nobis patri vt intercedat ⁊ fit p nobis apud ipsum. ¶ Item transmissa primo nobis a patre diuino qui per incarnationem christi filij sui qui fuit missus celestis: ⁊ postea patri a nobis per passionem eius. Similiter in sacramento transmissa nobis primo a patre per sanctificationem qua nobiscum esse incipit: postea patri a nobis per oblationem qua pro nobis apud patrē intercedat: hec enim missio seu legatio sola sufficiens et idonea est ad soluendas inter deum ⁊ homines inimicitias ⁊ offensas. Cum ergo diacon⁹ in fine misse dicit. Ite missa est: idez est ac si dicat. redite ad propria vel sequimini christum: qr missa siue oblata est hostia salutaris pro nobis ad deū patrē placandum: potest etiā ⁊ aliter missa diuidi in quattuor partes ꝑm apostolum. j. ad Timotheum. iij. ⁊ habetur etiam in canone cōci. toleta. scilicet in obsecrationes: oratiōes: postulationes: ⁊ laudes siue gratiarū actiones. quorū verboruz expositio in quinq; partes sub tertia ponet. Prima pars protenditur ab introitu vsq; ad offertorium: ⁊ dicitur obsecrationes. id est precationes q̄ scilicet fiunt priusq; species incipiāt benedici. Secunda vsq; ad finem dominice orationis ibi videlicet: libera nos quesum⁹ dominice ⁊c. Tertia vsq; ad communionem: videlicet secundū Augustinū orationes quas episcopus dicit post cōmunionē. Quarta vsq; in finem: scilicet secundum Augustinum quando post Ite missa est vel Benedicamus domino populus respondet. Deo gratias: secundum alios vero prima pars protenditur ab introitu vsq; ad Te igitur: secunda vsq; ad Oremus p̄ceptis salutari. ⁊c. tertia vsq; ad collectas: quarta vsq; ad Ite missa est. ¶ Rursus qr quinq; fuerunt sanguinis christi effusiones: ideo misse officium ab offertorio in antea in quinq; subdiuiditur partes: vt ibi dicetur ⁊c. Sed ⁊ qr in sola cruce etiam in quinaria fuit sanguinis effusio: ideo ⁊ solus canō subdiuiditur in quinq; partes. prima vsq; Qui pridie: secunda vsq; ad Memento. tertia vsq; ad Preceptis. quarta vsq; ad embolismū quinta ad collectas.

Pugna ⁊ victoria sacerdotis cō tra hostes antiquos in missa representatur.


Sol⁹ canon in quinq; partes subdiuiditur.

¶ De. v. psalmis q̄s pōtifex celebratur⁹ dī. Rub.

Celebraturus pōtifex missarū solēnia q̄sdā psalmos ⁊ oratiōes ex institōne. Celestini primi premittit: q̄s interim dū caligis ⁊ sandaliis ornat dicit ꝑm exhortationē psalmiste dicētis. Preoccupem⁹ faciē ei⁹ in cōfes. ⁊ i psal. iubi. et. Hi psalmi sunt q̄nq; vcz. Quā dilecta tabernacula tua. Bñdixisti. Inclina. Credidi: ⁊ De pfundis: vt dcq; d imūdū q̄nq; sēsuū trāsgressiōe cōmisit q̄nq; psalmoz. o fone detergat. Quedā eē ptinent i q̄libet ipsoz q̄ recte pueniūt celebraturis altaris mysteriū ⁊ eucharistie sacramētū. Ofones p̄o q̄s dicit manifeste ptinet ad impetrādū cordis ⁊ corporis

mundicia ⁊ munime. Vnde ideo dicit. Quã dilecta tabernacula tua domine virtutum. ⁊ alios psalmos: vt in christo cuius typum gerit virtutũ plenitudo noteꝛ. Et nota q̃ religiosus p̃ ordines siue professionis discalciatus incedens missam celebraturus discalciatus ex precepto apli dicẽtis ad Ephe. State calciati pedes in preparatione euãgelij pacis. Nempe per calciamenta que fiunt de pellibus animalium mortuorum et calcant terrã ⁊ sunt clausa desubter ⁊ aperte desuper significatur q̃ sacerdos debet esse mortuus mundo et debet cor habere clausum ad terrena: et ipsa tanq̃ lubrica calcare et vilipendere: ⁊ apertum ad recipiendum ⁊ desiderandũ celestia.

¶ De capitis compositione ⁊ manuum lottone. Rubrica.



Caligis ⁊ sandaliis impositis pontifex et sacerdos caput pectit manus ⁊ faciem lauat. Nam et legalis sacerdos sacrificaturus lotis prius manibus et pedibus induebat manasta sim cuius loco sandalia habentur: prout dictum est in tertia parte sub titulo de legalibus indumẽtis. Pectit igitur caput ⁊ faciem lauat. Primo exẽplo Marie que futuram christi passionem figurans vnxit oleo caput eius etenim in misse officio christi passio repꝛesentatur. Secundo ex mandato dicentis Luce tertio. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum ac faciem tuam laua: per hoc significans q̃ in sanctis operibus nostris omnem fictionem et simulationẽ a nobis amouere debebus. Tertio pectitur caput: nam per capillos superfluе cogitationes: ⁊ cure terrene sollicitudinis per caput mens et intentio que cũctis anime actibus sicut caput ceteris membris supereminet significantur. Congrue igitur pectine capilli cõplanantur ⁊ ordinantur: ⁊ euulsi separantur: ad notãdum q̃ tunc specialiter mores componere et superfluas cogitationes a se repellere debet. Juxta illud propheticum. Auferte malum cogitationum vestrarum atq̃ mens ipsius prouta discretione separari: quietari et purgari a terrenis sollicitudinibus et virtutibus ornari debet. Pecten enim propter ordinatam in inscisionibus diuisionẽ discretionem significat: qua intentio anime adornatur sicut capilli capitis pectine adornantur. Manus quoq̃ lauat propter reuerentiam tanti sacramenti quatinus ad illud pertractandum mundissim⁹ accedat. Unde Grego. in pastorali libro. j. cap̃. xij. Necesse est vt mũda studeat esse man⁹ que diluere sordes curat corpaliter igit̃ lauat man⁹: vt spiritualiter mundet actus. Juxta illud psalmi. Lauabo inter innocentes manus meas ⁊c. ne quasi illotis manibus ad mensam perueniꝛe videatur: non q̃ lutum manuum diuina sacramenta contaminet: sed si quis indigne manducat ⁊ bibit iudiciũ sibi manducat ⁊ bibit. Unde in euãgelio Mathei. Non lotis manibus mãducare non coinquinat hominẽ: que vero de ore exeũt: hec cogitationes male homicidia ⁊ adulteria ⁊ hmõi: hec sunt que inquinãt hoiem. Sollicite ergo satagendũ est vt nõ tam exteriora manuũ q̃ interiora mentiũ inquinamẽta purgẽtur. Manuum aũt lotio a lege sumpsit exordiũ vt premissum est. Legitur etiaz Exo. xxx. ⁊. xxxviij. ⁊. xl. c. q̃ moyses fecit labrum eneum de speculis mulierum: in quo lauabãt sacerdotes in ingressu tabernaculi testimonij ⁊ quando accessuri erant ad altare. Et quidem in labro eneo sonoro significatur cõfessio: in altari aureo mentis amaritudo: in speculis mulierũ vite sanctorũ consideratio. Sacerdos ergo priusq̃ ad altare veniat per confessionẽ sine lachrymis penitẽte se abluat per mẽtis amaritudinẽ se purget: per cõsiderationẽ vite sanctoꝝ se informet. De primo Isa. xvj. Mundamini qui fertis vasa domini. De secundo. prima Corin. vj. Expurgate ve. fer. ⁊c. De tertio. Heb. xij. Habentes impositam nubem deponamus omne põdus ⁊ circunstans nos peccatum vt sit in numero innocentium audacter dicentiũ. Judica me domine: quoniã ego in inno. ⁊c. et infra. Lauabo inter inno. ma me. ⁊ cir. al. tuũ domine. Deinde manus lotas manutergio tergit: quia post lachrymas cõtritionis peccata abhoꝛrere ⁊ abolere per opera satisfactionis debet. Linũ quidẽ per laborem ad candoꝛem perducitur ⁊ penitentes per satisfactionẽ ad perpetuã glorificationẽ perducunt. Crinũ igitur manuũ ⁊ faciei ornamẽta: nõ sunt voluptatis oblectamenta: sed in figuram a domino sacerdotibus legis iniuncta.

Christi passionem misse officio repꝛesentat.

Manuum lotio a lege sumpsit exordium.

¶ De aque benedicte confectione ⁊ asperſione. Rubrica.

Sacerdos in dominicis diebus celebraturus alba ⁊ stola parat⁹ priusq̃ planetam indoat: vt liberius vacare possit aquam ex institutione Alexandri pape primi benedicit altare: eccle siam ⁊ populum aqua benedicta conspergit: vt omnis spirituũ immundoꝝ spurcitia tam de habitaculo q̃ de cordibus fidelium propellatur. Hec enim virtus aque exoꝛcizate inest: ⁊ etiam qꝝ ois christianoꝝ populus baptismatis sacramento renatus: ita ministerio aque lota renatoꝝ corpora innuit sicut sanguis agni a priſco populo ad repellendũ percussoꝛẽ in postibus ponebatur. Unde in canone. Alexãdri ita legit. Aquã sale aspersam populis benedixim⁹ vt ea cũcti aspersi sacrificent ⁊ purificent: qõ ⁊ omnibus sacerdotib⁹ faciendũ esse mandamus: nam si cinis vitule aspersus populum sanctificabat atq̃ mũdabat scilicet a venialibus: multo magis aqua sale aspersa diuinis precibus sacrata populũ sanctificat atq̃ mũdat a venialib⁹: ⁊ si sale aspersa per helyseum sterilitas aque sanata est: quanto magis diuinis precibus sacratus sal sterilitatem rerum aufert humanarum ⁊ coinquinatos sanctificat ⁊ purgat: et cetera bona multiplicat: ⁊ insidias diaboli auertit et a fantasmatis versutijs homines defendit.

Aq̃ exoꝛcizate vsus.

¶ Bursus tunc sacerdos iustus tabernaculum aspergit dum dei misericordiam petit. Cyprian⁹ quoq̃ papa ait q̃ ideo homines aqua benedicta asperguntur: q: valet ad sanctificationem: vnde scriptura per Ezechielem dicit. Aspergam super

vos aquam

vos aquã mũdã ⁊ mũdabimini ab omnib⁹ immũ
diciis vestris: ⁊ dabo vobis cor nouũ ⁊ spiritũ no
uum in vobis. Itẽ in numeris. Qui tetigerit ca
dauer hois siue humane alie mortuum: id est, a
morte cadẽs ⁊ ꝓpter hoc octo dieb⁹ fuerit immũ
dus aspergat ex hac aqua die tertia ⁊ septima et
sic mũdabitur a peccato. Si eñ aspersus die ter
tia nõ fuerit septima nũ poterit emũdari. Itẽ qui
ex hac cõmixtiõe aspersus nõ fuerit polluet taber
naculũ .i. seipsum qui est pars tabernaculi dñi. i.
ecclesie ⁊ peribit ex israel. Itẽ qui aqua expiatio
nis nõ est aspersus immũdus erit ⁊ manebit spur
cicia ei⁹ super eũ ⁊ iterũ. Purificabis leuitas cir
cũspargẽs eos aqua purificatiõis: ⁊ iterũ. Aqua
aspersiõis purificatioẽ ex quib⁹ apparet aspersio
nem aque instar salutaris lauacri obtinere. Quí
dam tñ premissa referũt ad aquã baptismi. aqua
igit in memoriã baptismi dñica bñdicitur: vt dice
tur in sexta parte sub assessione preterꝯ in pascha
⁊ penthecoste: qr in sabbatis dñicas illas precedẽ
tibus bñdictis fontib⁹ ante chrismatis infusionẽ
aqua recipitur: ⁊ ad aspergendũ nos ⁊ domos re
seruatur sicut in canone cautũ habeť. Et aqua er
go bñdicta nos ⁊ loca in significationẽ baptismi
aspergim⁹: nec aspergimur vt rebaptizemur: sed
vt gratiã diuini nois cũ memoria baptismatis in
uocemus: licet in dictis duab⁹ dñicis aspergať
altare: nõ tamẽ tũc cãtatur antiphona. Asperges
me dñe ysopo ⁊ mun. ⁊c. qr tũc pot⁹ lugendũ no
bis est cũ recolim⁹ nos esse a xp̃o mũdatos ꝑ sue
suppliciũ passiõis. Juxta illud treno. iij. Memo
ria memor ero ⁊ tabescet in me anima mea. in dñi
cis ergo dieb⁹ ante missam ⁊ mat⁹ altare tñ ⁊ to
tus populus aspergũtur ꝯtus in nocturnis: ⁊ ve
speris oĩa altaria: vel saltẽ precipua thurificẽtur.
Circa qđ cõsiderandũ ꝙ huiusmodi aspersio alia
ratione fit super populũ ⁊ super altaria: quia eñ
cõcludit deus omnes sub peccato saltẽ venali qr
septies in die cadit iust⁹ idcirco ipse popul⁹ eccle
siã ingrediẽs diuinis insistere intendẽs ipsa aqua
sanctificata aspergitur que valet ad quotidiana
delẽda sicut ⁊ cinis vtile in veteri testamento ꝑm
qđ qui immũdus erat prohibebať ecclesiã ingredi
donec aqua lauaretur altare eñ aspergiť propter
reuerentiã sacramenti quod ibidẽ cõsecrandũ est
vt ide omniũ maligno⁊ spirituũ presentia arceať
⁊ quẽadmodũ xp̃s per altare quod esse debet la
pideũ significatur ꝑm illud apostoli. Petra autẽ
erat xp̃s ⁊ fides nostra de vno xp̃o ⁊ nõ de pluri
bus est idcirco vt signũ signato rñdeat vnico al
tari aspersio vniuersus populus aspergitur qr ipse
sol⁹ est qui tollit peccata mundi: thurificatio vero
quãdoq̃ representat diffusionẽ diuersarũ gratia
rum spiritualiũ: ⁊ qñ gra nõ solũ in capite verũ
etiã in aliis subiectis capiti inuenitur ideo conue
nienter post primũ secũdario alia altaria que per
diuersi gradus sanctorũ intelliguntur thurificari
solent. Rursus thus in thuribulo cor igne oratio
nis ascensum significat: qr vero ipsa oratio nostra
ad deum ⁊ xp̃m mediatorẽ nostrũ debet principa
liter applicari: ideo ⁊ altare et crucifix⁹ thurificari
solent. In paschali autẽ tempore ad aspergendũ
cantamus vidi aquam quod sumitur de Eze. ca.
xlvij. cui dominus ciuitatẽ ostendit edificatã su
per montẽ vergentẽ ad austrũ in qua erat mirabi
le templum ciuitas ecclesia est de qua dicitur: nõ
potest abscondi ciuitas supra montẽ posita. tem
plum est corpus christi. De quo dicitur. Soluite
tẽplũ hoc ⁊ post triduũ reedi. illud. aqua de tẽplo
egrediẽs fons est baptismi de latere christi proce
dens sed cum fuerit in leuo lanceatus cur hic dici
tur a latere dextro: respondeo duo sunt latera xp̃i
scilicet dextrũ ⁊ leuũ: dextrũ est diuinitas ⁊ leuũ
humanitas: a latere igitur dextro exiuit aqua: qr
de diuina xp̃i natura spiritussancti aqua inuisibi
lis procedit qui aqua visibili q̃ de latere leuo .i.
humanitate lanceata profluit saluandi virtutem
tribuit. Recte igitur hec in processione paschali
cantamus in laudem fluminis huius: cuius inun
datione per mortẽ xp̃i reuixim⁹. Verũ post octa
uam penthe. cantatur in dominicis ad aspergen
dum antiphona. Asperges me domine .⁊c. que a
pascha vsq̃ tunc intermittitur: quia de fide passio
nis ⁊ humilitate baptismi prophęta predixit. Por
ro aqua cum benedicitur sal admiscetur quod ab
Elizeo sumpsit exordiũ ⁊ fit hoc ad notãdum qꝺ
populus per aquam intellect⁹ vt sanctificari pos
sit per sacerdotis officium verbo dei imbuitur qꝺ
per salẽ significatur. ¶ Fit ter crux super aquam
⁊ salẽ: quia docetur ppls sancte trinitati gratias
pro sua eruditione atq̃ redemptione referre. Per
aquã quoq̃ cõfessio per salẽ amaritudo significa
tur. Ex aqua mixta geminus partus procedit: scz
diuisio seu separatio delictorũ ⁊ ortũ virtutũ bo
norum operũ. Sed quare prius benedicit sal q̃ aqua. Respondeo per sal intelligit amaritudo pe
nitentie per aquã baptismus: quia ergo cordis cõ
tritio debet precedere absolutionẽ ⁊ penitẽtia ba
ptismũ ideo prius benedicit sal q̃ aqua. ¶ Et no
ta quatuor esse genera aque bñdicte. Prima in qua
fit iudiciũ purgatiõis q̃ in vsu nõ est. Scda aqua
significatur in declinatione ecclesie ⁊ altaris de q̃
bus in prima parte dictũ est sub titu. de conse. ec
cle. ⁊ alta. Tertia est qua in ecclesia aspergimur
de qua hic agitur. Quarta aqua baptismi de qua
dicetur in sexta parte sub sabbato sancto ⁊ hac so
lebant homines aspergi prius q̃ chrismarentur
⁊ adhuc fit in quibusdam locis: sed adhuc hodie
interdictum est. putabant enim se iterum a pecca
tis huius aque aspersione mundari cum tamen
cõstet nullum bis baptizari posse. Quia vero ma
ius dignum trahit ad se minus dignum: ideo si
aqua non benedicta admisceatur benedicte effi
citur benedicta.

¶ De officio seu introitu misse. Audica.



R introitu prima pars misse incipit.
Sciendum est autem qꝺ sancti patres
⁊ prophete ante christi aduentum su
pirãtes et preconizantes premiserũt
desideria: opera: laudes ⁊ precꝫ que
singulis diebus canuntur in missa. Introitus namq̃ scz
ipsa antiphona vaticinia prophetarũ ⁊ sanctorũ

Alia nõ ne fit aspsio su ꝑ popu lũ ⁊ alia sup al taria.

Sal q̃re prius bñdicit q̃ aqua.

patrum desiderium cum preconijs filij dei aduentum z incarnationem dei expectantium exprimit. In cuius rei signum in prima dominica aduentus cantat ecclesia introitum. Ad te leuaui. Chorus igitur psallentium clericorum qui significat chorum prophetarum z multitudinem sanctorū xpi aduentum expectātium animā suam dilatat z introitum in nubilo cantat: quoniā prophete: patriarche: reges z sacerdotes: omnesq; fideles aduentū christi cum desiderio expectabant clamātes z imprecantes. Emitte agnum domine dominatorem terre ꝛc. Item veni dñe z noli tardare ꝛc. Hinc etiam ille simeon iustus z senex benedicit dicens. Nunc dimittis seruum tuum domine. ꝛc. Quia viderunt oculi mei. z apostolus Multi reges z prophete voluerunt videre que vos videtis z nō viderunt ꝛc. Ex eorum ergo persona cantatur introitus per quos christus introiuit in mundum iuxta illud apostoli. Et cum introduxit primogenitum in orbem terre z adorent eum omnes angeli dei sequitur versicul⁹ psalmisticus siue p̄s qui versionem ad operationem notat. Dicitur etiam versus quia per eum reuertimur ad introitum significans opera z varicinia. Consequenter ex institutione Damasi pape dicitur gloria ꝛc. quod significat laudem: quia post operationem danda est gloria. Dicitur etiam gloria: vt ostendatur patrem z filium z spiritum sanctum habere equalem gloriam coeternā maiestatem in principio z nūc z semper z in secula seculorum. id est in preterito presenti z futuro tempore. Interpositio autem glorie inter primam cantationem introitus z ipsius repetitionem designat captationem benuolentie vt enim quod expectabant facilius obtinerent: ad totam trinitatem cordis z vocis glorificationem clamabant dicentes. Ostende nobis domine misericordiam tuam: z salutare tuum da nobis qui sedes super cherubin apparet coram ephraim. ben. z manasse. quorum tandem clamorem spiritussanctus exaudiens vnxit eum oleo leticie pre consortibus suis: z ad euangelizandum pauperibus destinauit: sicut ipse dei filius per prophetam testatur dicens Spiritus domini super me propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me. Deinde antiphona ipsa seu introitus reperitur: vt desiderium antiquorum patrum seu iteratio z multiplicatio suspiriorum et clamoris ipsorum euidentius exprimatur. Unde propheta. Manda remanda expecta reexpecta: modum ibi et modicum ibi: si moram fecerit expecta eum: quia veniens veniet z non tardabit. Hoc autem desiderium antiquorum non semper repręsentat introitus intellectu littere: sed iubilo cantilene. Verum in diebus profestis bis introitus cantatur in laudem diuine z humane nature que in persona filij sunt vnite. In quibusdam vero ecclesijs z precipuis festiuitatibus triplicatur in laudē z honorem trinitatis quasi ei tripudiemus: in cuius memoriā missam cantamus: z dicitur semel cum gloria patri. ad laudem incarnationis. Quandoq; autem inchoatur voce demissa ad notandum humilitatem: subsequenter alta voce repetitur: que vocis exaltatio significat excitationem a somno peccati quam vox suppressa demonstrat. Iuxta illud apostoli. Hora est iam nos de somno surgere. Potest etiam z aliter dici: prout de inuitatorio in sexta parte sub titulo de nocturnis dicetur: semper tamen integre repetitur: vt perfectio letitie denotetur. Quedam vero ecclesie dicunt introitum primo perfecte: quia ecclesia deum laude perfecta laudat: secundo imperfecte: quia imperfecta est omnis laus vite tertio perfecte: quia perfecta est laus patrie. Dicitur autem introitus eo q; dum ille canitur sacerdos ministratur⁹ ad altare intrat: seu quia per illam antiphonam ad officium intratur qui etiam vocatur officium quasi efficium: prout dicetur in prohemio quinte partis. ¶ Celestinus papa statuit vt psalmi dauid centum quinquaginta ad introitum misse ante sacrificium antiphonatim canerentur quod antea nō fiebat: sed epistola pauli tantum z euangelium legebatur: z postea missa celebrabatur. De illis ergo psalmis excepti sunt omnes introitus regulares gradualia offertoria z communiones que cum modulatione primo ceperunt ad missam in ecclesia romana cantari. Grego. enim introitum misse cum cantu ordinauit z vnum versum de illo psalmo qui cantabatur retinuit. Irregulares vero introitus sunt qui secundum varietates solennitatum instituti sunt: vt Puer natus est nobis ꝛc. z spiritus domini repleuit ꝛc. z hi habent versus preterq̄ illi: viri galilei z nunc scio vere: quia ꝛc. z alij quidam secundum aliquas ecclesias. Et est notandum q; quando introitus de psalmo sumitur: si primus versus psalmi sit introitus aliquis de sequentib⁹ versibus eiusdem psalmi erit versus illius introitus: sicut patet in introitu tertie ferie prime hebdomade quadragesime que incipit. Domine refugium: versus enim est. Priusq̄ montes fierēt. Si vero non primus versus psalmi sed aliquis alius de sequentibus sit introitus: tunc primus versus psalmi erit versus introitus: z ecce in natali est introitus. Dominus dixit ad me ꝛc. versus vero est. Quare fremuerunt gentes. Et in festo innocentiū introitus est. Ex ore infantiū ꝛc. versus est. Domine deus noster ꝛc. z sic adde alijs: quod fit ad significandum vnctionem z connexitatem capitis z membrorum. Rursus versus quandoq; est duplex: quandoq; vnus quandoq; dimidius: de quo dicet in sexta parte sub sabbato tertie ebdomade quadragesime. Cum autē introitus cantatur nō sedetur: quoniam ad opus z preconium christi introitus refertur: vt predestinati ad verū cultum dei vocentur. In quibusdam ecclesijs trophi dicuntur pro psalmis ex institutione Grego. pape ad maius gaudium de christi aduentu repsentandum. Est autem proprie trophus quidam versiculus qui in precipuis festiuitatibus cantatur immediate ante introitum quasi quoddam preambulum z continuatio ipsius introit⁹ vt verbi gratia. In festo natiuitatis ante introitū illum.

Introitus non semp repsentat antiquū desiderū intellectu licet sed iubilo cantilene.

Irregulares introit⁹ q; sunt.

Puer natus est &c. pcedit trophus iste. Ecce adest. de quo prophete cecinerūt dicētes. Puer natꝰ est &c. Habuit autē trophus ouginē a lege. Legitur em numeri. x. q̄ dum eleuaretur archa cantabatur. Exurge dñe. cū vero deportabatur cantabatur. Reuertere dñe ad multitudinē exercitus: & dicit trophus a trophos qđ est cōuersio: qm̄ q̄ dā ibi solēt fieri cōuersiones ad introitū. vnde q̄ꝫ prius dicat versus & post eleyson & inde etiam trophus dicitur zona: q̄ cōuertitur ab vmbilico ad vmbilicū circūeundo. Pōt etiā aliter dici: qm̄ introitus est laus ecclesie de iudeis cōuersis. Ān de tria cōtinet: videlicet antiphonā: versus & gloria: & hoc propter tres ordines fidelium qui fuerūt hebraice lingue scilicet patriarche: prophete & apostoli. Introitus sine antiphona est patriarcharū: versus prophetarū. Gloria vero apostolorū: antiphone repetitio est predicationis idētitas Et cōfirmatio quasi qđ lōge prius patriarcha gestib⁹ figurauit: pphēta predixit: apostolus euāgeluzauit. Ad quā etiā cōuersionē notandū solēnes trophi alicui inserunt qui sunt laudes ad introitū cōuertibiles. Hā trophos grece dicitur cōuersio latine: vt premissum est.

¶ De accessu sacerdotis ac pōtificis ad altare & de processione. Rubrica.

Cum introitus canitur pōtifex seu sacerdos paratus & sacris indumentis ornatus de sacra ede egredit: & ad altare accedit: significans q̄ xp̄s expectatio gētiū carne sacrosancta assumpta ex virginis carne incorrupta de secreto habitaculo celoꝝ egressus est in mūdū: vel de secreta ede videlicet de virginali vtero egressus est tāq̄ spōsus de thalamo suo. Porro eps sine sacerdos egrediēs pcedit inter duos: videlicet inter vnum presbyterū & diaconū quē antecedit subdiaconus euāgelij codicē clausum gerēs. Illuc pcedūt duo ceroferarij: quos etiā precedit ferēs thuribulū cū incenso. Demū eps vel sacerdos ad altare peruenies mitrā deponit: cōfessionē facit: codicē aperit & osculat apertū. Sacerdos itaq̄ seu eps illū magnū representat sacerdotē scilicet christū: de quo ait apostolus. Christus assistens pontifex futurorū bonorū & cetera: sacerdos & leuita illum deducentes legem & prophetiā designant secūdū illud quod ipse dominus ppposuit in parabola sauciati: q̄ sacerdos quidam descendit eadem via: & viso illo preterijt: similiter & leuita. Moyses quoq̄ & helias in figura legis & prophetie apparuerunt in monte cū christo loquentes. Sacerdos ergo & leuita deducūt episcopum: q̄ lex & pphēta christum annunciauerunt & promiserunt. Unde moyses inquit. Prophetā suscitabit nobis deus pro fratribus nostris: ipsum tanq̄ me audietis. Item Esa. Ecce veniet prophēta magnus & ipse renouabit hierusalem. Vel episcopus seu sacerdos inter duo existens significat christum inter duo testamenta: ipse enim a duobus testamentis mundo per prophetas & apostolos predicatur. Quia vero ille in mundū venturus premisit prophetas sapientes & scribas in locum scribarum premittit pontifex seu sacerdos subdiaconum portantē scripturas qui sapiens sit dominica disponere vasa. Quandoq̄ vero archidiaconus & sacerdos pōtificem deducunt quē immediate diaconus & subdiaconus antecedunt qui significant apostolos & discipulos quos christus misit ante faciem suam & adhuc quotidie mittunt predicatores & prelati ecclesie preparare viam domino spiritualiter ante faciem tuam. Adhuc subdiaconus antecedēs significat Joannē baptistam qui precessit in spiritu & virtute helye preparare domino plebem perfectam: & fert ante pontificem codicem euangelij. quia Joannes ante christū predicationem euangelicam inchoauit dicēs. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Diaconꝰ vero representat prophetas qui annunciauerunt futuram ex euangelio vitam. Ceterum episcopus: ideo sequitur euangelium ad notādum q̄ debet semper illud intuerī & in mēte habere & ante illuz portatur: q̄ per doctrinam euangelij ad christum vitā via preparat. Potest etiā dici q̄ per subdiaconū libū ferentem: & per diaconū euangelij preconē sanctos noui testamenti: per libū vero euāgelij nouū intelligimus testamentū: per ceroferarios vero & thuriferarium sanctos qui precesserūt nouū testamentū: & per duo candelabra cū cereis ardētibus legem & prophetiam que christum mūdi lucē nunciabāt cōmemoramus. Sine igne em nō debet sacrificari. extra de cele. mis. cap. fi. iuxta illud Leuit. vj. ca. Ignis in altari meo semper ardebit. Quid lumen huiusmodi significet: & de cādelabris dictum est in prima parte sub titu. de picturis. Cerei feruntur super candelabra que fundamentū designant: vt super fundamentū luceat coram hominibus lux predicatoꝝ. Pulchre ergo candelabra diaconus & subdiaconus ante euāgelium precedunt: q̄ lex & prophete legē gratie precesserunt. In quibusdam ecclesijs sunt tres cerei: quorū medius significat illum qui agit vbicunq̄ fuerint duo vel tres &c. In aliis seprem quia gratia septiformi tota ecclesia illuminat. De hoc aliter sub euangelio dicetur. Thuriferarius vero ceroferarios & alios antecedit: ad notandū q̄ thurificatio sanctis vtriusq̄ testamenti communis est. Per thuribulum autem cor humanum competenter notatur quod debet esse apertum superius ad suscipiendum & clausum inferius ad retinendum: habens ignem charitatis et thus deuotionis siue suauissime orationis seu bonorum exēplorum sursum tendentium quod per fumum inde resultantem notatur: sicut enim thus in igne thuribuli suauiter redolet et sursum ascendit: ita opus bonum vel oratio ex charitate vltra omnia thimiamata fragrat. Adhuc thuribulum cum incenso corpus christi suauitatis odore plenum: carbones spiritū sanctum: thus boni operis odorem designant: de hoc dicetur in quinta parte sub titu. de laudibus matutinis: et infra sub titulo de thurificatione. ¶ Postq̄ ad altare ventum est cereī qui precesserant postponuntur vt ostendatur

Episcopus seu sacerdos ad altare inter duos pcedēs ꝺđ signi ficat.

Episcopus q̄re sequitur euangelium.

doctores fuisse ãñ natiuitatẽ ⁊ post illuminãtes. Candelabra vero manibus per accolitos tenent donec kyrieleison incipiatur ad notãdũ q̃ doctor opere debet exercere qđ docet: quodq; nõ debet rudẽ populũ deserere donec sciat pfiteri. Ñie miserere Illo vero incepto deponunt q̃ñq; in pauimento: tũ qz post artẽ bona opera humiliare ⁊ esse pulueren recognoscere nos debemus: tum qz doctores in bono opere ⁊ in predicatione se terram esse cognoscere debent. Sed dũ officiũ inchoatur subleuari debent: qz quisq; ⁊ precipue prelatus se erigere per bona opera debet: vt ceteri hoc videntes glorificẽt patrem qui in celis est. Adhuc pontifex ad altare peruenies mitrã deponit: prout dictum est in tertia parte sub ti. de mitra. deinde cõfessionẽ dicit. ¶ In tertia vero dũ cõfessio fit subdiaconus tenet librũ euangeliorũ clausum ante faciẽ eius a parte sinistra. Stat qđẽ ad sinistrã: qñ ipse tenet in aliquib⁹ locũ pphetarũ quos sepe in ecclia legit: tenet librũ ante oculos pontificis vt ille iugem memoriã habeat euãgelice predicationis: qui clausus tenetur: qñ lex euãgelica clausa in prophetis mistice continetur. Confessione aũt facta sacerdos librũ aperit ⁊ osculatur: prout subtitulo de osculo altaris dicet. ¶ Sane ẽm Inno. papã. iij. roman⁹ põtifex dũ stationalis solẽnitas celebratur cũ ser ordinib⁹ clericor̃ de quib⁹ in prohemio. ij. partis dictũ est a sacrario siue a loco vbi se induit ⁊ parauit ꝓcessionaliter ꝓgreditur ad altare: designãs q̃ xp̃s exiuit a patre ⁊ venit in mũdũ. Hic eñ processionis ordo generationis xp̃i seriẽ representat quã Matthẽus euãgelista describit: in qua ser inueniũtur ordines personarum a quibus ẽm carnem xp̃s originẽ traxit: ⁊ in mũdũ processit videlicet patriarche: pphete: reges: principes pastores ⁊ duces. Abrahã patriarcha: David pphęta: Salomon rex: Salomon princeps: Judas pastor: zorobabel dux. Duo diaconi põtificẽ deducentes significãt Abrahã ⁊ Dauid: quibus incarnationis xp̃i facta est repromissio. Haz illi repromissum est. in semine tuo benedicentur omnes gentes. ¶ Isti vero pollicitũ est. De fructu vẽtris tui ponam super sedez tuã: propter qđ euangelista figuraliter hos duos in generatione christi premisit: inquiens. Liber generationis dñi nostri iesu christi filij Dauid: filij Abraham. Iste sunt due colũne quas vetus ille pontifex in vestibulo templi posuit ante ostiũ quas ambit funiculus duodecim cubitorum: id est quos fides duodecim apostolorum amplectitur: de quarum medio christi ostiũ credentibus aperitur. Quattuor autem ministri super pontificẽ mapulam ferũt in summitatibus quattuor baculorum colligatam ⁊ inde ipsi ministri mapularij nuncupantur: mapula illa que diuersis figurata est imaginibus sacrã designat scripturam que multis ⁊ varijs est insignita mysterijs. Hec quattuor baculis super põtificem portatur extensa: qz sacra scriptura quattuor modis super ciuitatẽ ferri exponitur: videlicet hystorice: allegorice: anagogice: ⁊ tropologice: prout dictũ est in prohemio libri. Hic est fluuius paradisi qui quattuor in capita diuisus progredi tur. hec est mẽsa propositionis que quattuor pedibus elevata subsistit. Super pontificẽ ergo portatur extensa: vt his venisse monstretur quem lex scripserat ⁊ prophete. Nam ipsemet christus inciptẽs a moyse ⁊ prophetis interpretabat in omnibus scripturis que de ipso scripta erant: propter quod dicitur alibi. si crederetis moysi: crederetis ⁊ mihi. De me enim ille scripsit. Quattuor ministri mapulam ferentes: quattuor sunt euangeliste sacram scripturam declarantes ⁊ fidem exaltantes. Hinc est q̃ in summitatibus baculorum eor̃ imagines collocãtur: ⁊ preferunt duo luminaria cum incenso: qz lex ⁊ prophete cum psalmis christi pronunciauerunt aduentũ xp̃i astantes qui ait. Necesse est impleri omnia illa q̃ in lege moysi ⁊ pphetis ⁊ psalmis de me scripta sunt. In maioribus aũt solennitatibus septem candelabra coram pontifice deferuntur: per qđ illud ostenditur quod Joã. in apoc. describit. Conuersus inquit vidi septem candelabra aurea ⁊ in medio illor̃: similem filio hominis vestitũ podere: vt ille per hoc aduenisse mõstretur: super quẽ requieuit spiritus gratie septiformis: ẽm illud Esa. vaticinium. Egredietur virga de radice yesse ⁊ flos de radice eius ascendet: ⁊ requiescet super eũ spũs dñi ⁊c. In qbusdã etiã basilicis circa mediũ chori manipul⁹ stuppe appẽditur. cui põtifex trãsiẽs ignẽ apponit vt in conspectu populi cito incineret per hoc ẽm aduẽtũ cõmemorãs in quo xp̃s viuos ⁊ mortuos ⁊ seculũ per ignem iudicabit. Nam ignis in conspectu eius semper ardebat ⁊ in circuitu eius tempestas valida: nevidelicet quis male securus existat: qñ qui in primo aduẽtu blãdit. per secundũ exterret: qui enim iudicandus venit in primo iudicaturus veniet in secũdo. Hoc etiã fit vt pontifex ignẽ apponẽs consideret q̃ ipse debet in cinerem redigi: ⁊ ornatus eius in fauillã cõuerti: ⁊ quod qũeadmodũ stuppa facile cõburit: sic etiaz facile ⁊ quasi in momẽto presens transit mũdus: ⁊ cõcupiscentia eius: qz ẽm Jacobum apostolũ: vita nostra vapor est: ⁊ ad modicum parens: ne forte qui gloriosus incedit in tẽporali gloria delectetur: nam omnis caro fenũ ⁊ omnis gloria ei⁹ quasi flos feni. Cum autem tam pontifex appropinquat altari primicerius stole cantorum accedens dextrũ ipsius humerũ coram astantibus osculat: qz cũ christus nasceretur in mũdo angelus ille cũ quo facta est celestis militie multitudo laudãtiũ deũ natiuitatẽ eius pastoribus patefecit: de quo dicit pphęta. Puer natus est nobis: ⁊ filius dat⁹ est nobis: ⁊ factus est principatus super humerũ eius. ¶ Porro tres sacerdotes qui põtifici venienti coram altari reuerenter occurrũt: ⁊ inclinantes os eius osculantur ⁊ pectus: significant illos tres magos qui venerũt hierosolymam dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeor̃: ⁊ procidentes adorauerunt eum: ⁊ quia apertis. t. s. o. e. m. a. t. ⁊ myrram. Per geminum quidem osculum geminaz in christo confitentur naturam: diuinam scilicet et humanam diuinam quasi latẽtem in pectore: hu-

Sex ordines psonarũ a quibus Christ⁹ ẽm carnẽ origĩnẽ traxit ⁊ in mũdũ ꝓcessit.

Manipulus stuppe qbusdã in basilicis appensus cui põtifex transiẽs ignẽ apponit quid significat

manā quasi patētē in ore quas etiā p oblata munera magi mystice figurarūt. Osculū em̄ signū est reuerētie: put sub tit. de pacis osculo dicēt. ¶ Disponit autē ista processio velut castrorū acies ordinata. Nā maiores ꝛ fortiores quasi custodes exercitus precedūt ꝛ sequunt minores autē quasi debiliores in medio colligūtur: precedūt em̄ epi: ꝛ presbyteri subsequunt pōtifex ꝛ diaconi: in medio colligūtur subdiaconi ꝛ accoliti: cātores ℞o quasi tubicines exercitū precedūt: vt cū ad prelia cōtra demones excitēt ꝛ inuitēt. De quo prelio apls dicit. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē ꝛ sanguinē: sed aduersus spiritū nequitie in celestib⁹. Unde buccinate in neomenia tuba in die ilignis solēnitatis vestre. ¶ Premisim⁹ de processione summi pōtificis: inde etiā occasione sumpta: ꝛ de aliis processionibus aliqua subiciam⁹. Circa qō generaliter notandū est q sicut in missa legatio xpi pro nobis in mūdū figurat: ꝛ in processionibus nostris reuersio nostra ad patriā denotat: quarū solennitas egressum ppli de egypto pene in omnib⁹ imitatur. Sicut em̄ ppls ille per Moysen erept⁹ est de manib⁹ pharaonis: sic ppls dei per xp̄m liberatur de ore leonis. Et sicut tabule testamēti de mōte synai accepte sunt a moyse ꝛ corā pplo portate. Exo. xxxiij. ꝛ xxxv. c. sic liber euāgelij sumitur de altari ꝛ portat. Illos vero colūna ignis precedebat: ꝛ nos lumē candele precedit: ante turmas illorū signa ferebātur ante nos cruces ꝛ vexilla portātur. Ibi prodigia fiebāt: ꝛ apud nos miracula nō cessant. Illic leuite tabernaculū federis portabāt: ꝛ nri diacones ꝛ subdiacones planaria ꝛ capsas ferūt. Ibi archa dñi a sacerdotib⁹ portabat: ꝛ apud nos scrinniū aut feretrū cū reliquijs a p̄sbyteris deportant. Apud illos aarō summ⁹ sacerdos sequebat ornat⁹: apud nos episcop⁹ infulat⁹. Apud eos Moyses cū virga: apud nos rex cum sceptro vel eps cū gambuca. Ibi clāgor turbarū hic strepit⁹ cāpanarū. Ibi popul⁹ armatur: hic clerus sacris vestib⁹: ꝛ popul⁹ ꝑiurib⁹ adornat. Ibi ppls aspergebat sanguine: hic aqua bñdicta cum sale. Illis obuiabat amalech sanguinē sitiēs: nobis turba demonū nostre vite semper insidiās. Illis suus Josue victor extitit: ꝛ noster Jesus victoriam nobis obtinuit. Cū autē ad aliquā ecclesiā processionaliter tēdim⁹: tūc quasi ad terrā p̄missionis accedim⁹. Cū vero ecclesiā cātantes intram⁹ quasi gaudētes ad patriā peruenim⁹. Cū circa ecclesiā feretrū cū cāpanarū pulsatione portamus: q̄si cū archa cū sono tubarū ꝛ cū clangore populi hiericho circuim⁹. Jericho corruit ꝛ destruit cū i nobis cōcupiscentia vincat. Cū vero de choro ad altare imus ꝛ ibi statione facim⁹: significat q anime ad xp̄m tendāt ꝛ cōtinētur in consortijs angelorū. Secūdo etiā dauid ꝛ salomon nos ad processiones informauerūt cū dauid archā federis tabernaculū ꝛ salomon in templū cū hymnis ꝛ canticis portauerūt: ꝛ sub alis cherubim locauerunt. Sicut xp̄i humanitas ascendēs celū ingreditur ꝛ ab angelis perēniter adorat quē fidelis anima comitatur. ¶ Tertio etiā in processionibus memoramus q xp̄s de sinu patris venit i mūdū de p̄sepe ad tēplū: de bethania i hierl̄m ꝛ de hierl̄m i mōtē optātes vt de mundo reuertamur ad p̄riam: ꝛ de vna ecclesia ad aliā. s. de militāte ad triūphantē: sequētes crucē. i. vestigia crucifixi. ꝛ nos vitijs et cōcupiscētijs crucifigēres. Sequētes etiam vestigia sanctorū: precepta euāgeliorū ꝛ induti vestes sacras: scz loricā iustitie: cingulū cōtinentie scutū fidei ꝛ galeā salutis eterne. Deinde sacerdos celebraturus quasi cōtra spiritualia nequitie in celestibus pugnaturus sacris vestib⁹ quasi armis induitur prout dictū est in prohemio tertie partis.

¶ In nōnullis autē ecclesijs processio sic ordinatur. Procedūt nāq; septē accoliti cum luminarijs significātes oēs qui per septiformē spiritussancti gratiā lumē scīētie fidelib⁹ ministrauerūt: illos se quūtur septē subdiaconi cū planarijs: significantes illos qui per eandē gratiā plenitudinē diuinitatis in xp̄o habitūrā corporaliter docuerunt. Et post eos septē diaconi representātes vniuersaliter oēs qui per eandē gratiā spiritualē intelligentiā vel euāgelicā de xp̄o habuerūt. Et post eos duodecim priores figurātes oēs qui fidē sancte trinitatis vel triū vel quatuor virtutū operib⁹ coruscarūt: quos comitātur tres accoliti cū thuribulis ꝛ incenso: significantes tres magos qui xp̄o munera obtulerūt. Deinde sequit vnus subdiacon⁹ codicē euāgelij batulās: qui significat legē: qui ideo pōtificē precedit: q; lex cōtinēs in se passionis euāgelice sacramentū precessit christi aduentū: ꝛ portat illū clausum ad notādū q illud fuit in lege obscurū priusq; agnus septimi libri signacula aperiret. Deide pōtifex a duob⁹ quasi in curru vehitur quē turba comitat ornādo: in quo designat q popul⁹ sequit christū in celū in quo comitatu decē sūt ordines. s. ostiarij: lectores: exorciste. accoliti: diaconi: subdiacōi p̄sbyteri: cātatores: laici: mares ꝛ mulieres: quia currus dei decē milibus multiplex milibus dicit ad insinuandū eorū perfectionem. Sed diaconos: subdiaconos ꝛ accolitos p̄sertim secū paratos adducūt iuxta illud. Ecce ego mitto vos ad prophetas sapientes ꝛ scribas. Prophete sunt diaconi: sapientes subdiacani: scribe accoliti. Hīs siquidē xp̄i vicari⁹ ꝛ ipse xp̄s in publicū deducitur in modū adolescētularū tympanistriaꝝ. Cum autem producūt cātores in duo chori suscipiunt gratulādo cātantes introitū cum gloria in excelsis. Nēpe cātores siue clerici in albis exultātes angeli sunt qui xp̄m ascendentē cum gloria ꝛ laudibus in altissimis acceperunt. Duo chori qui laudes cōcinunt sunt duo ppli iudaicus videlz ꝛ gētilis qui xp̄o venienti cū laudib⁹ occurrūt. Ipsa vero processio est via ad celestē patriā. Aqua benedicta procedens mundicia vite est. Luminaria misericordie opera: iuxta illud. Sint lumbi vestri precincti ꝛ lucerne ardētes in manib⁹ vestris ꝛc. Si quidē pōtifex seu sacerdos quasi medi⁹ collocatur inter clerum ꝛ crucē precedentē ꝛ populum subsequentē tāq; mediatoris dei ꝛ hominū vices gerens. Preterea maiores in choro ꝛ in processione posteriores sunt: quia salus sit descendenti.

In pcessionib⁹ oib⁹ nostris reuersio nra ad patriaꝫ denotat

Ordinatio p cessionū in nōnullis eccle sijs.

Unde zachens princeps publicanorū: quia pusillus erat cum ascendisset arborē sycomorā: vt videret iesum transeuntē ait ei iesus: zachee descende: quia hodie oportet me manere in domo tua: at ille descendit ⁊ excepit illum gaudens in domum suam. iudei vero in sublimi stantes erant ⁊ maiores eorum primas cathedras in synagogis habebant. ¶ Crux ergo quasi regale vexillū ⁊ triumphale signum in processionibus premittitur. primo vt fugiant qui oderunt eum a facie eius: est enim signum victorie christi: iuxta illud. Vexilla regis prodeunt ⁊c. quo demones victi sunt. vnde illo viso timent fugiunt: ⁊ propter hoc in quibusdam locis tempestatibus aeris opponitur: vt demones fugiant: ⁊ ab aeris concitatione desistant. Nempe sancte crucis mysteriū est nostrū signum ⁊ vexillum. Unde Esa. ij. Stat in signum populorum ipsum gentes deprecabunt: ⁊ erit sepulchrū eius gloriosum. Secundo crucis vexillum premittitur: quia sicut ait apostolus ad Gal. Absit nobis gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi per quem mundus nobis ⁊ nos mundo crucifixi debemus. de hoc etiā sub titu. de euangelio dicetur. Quandoq; etiā vexilla premittuntur: vt dicetur in sexta parte sub titu. De rogationibus. Sane vt premissum est dum fit processio cāpane pulsantur. Nam sicut rex terrenus in exercitu suo legatia habet insignia scz turbas ⁊ vexilla: sic ⁊ rex eternus christus in ecclesia sua militanti campanas pro tubis ⁊ cruces p vexillis habet. De quo in parte prima sub titu. de campanis dictum est. Adhuc campanarū strepitus prophetas qui xpi prenunciauisse aduentū figurat panni ⁊ alia substernuntur in loco: vnde transire ⁊ ad cantandū processio stare debet iuxta illud Thobie penul. Platee tue sternentur auro mundo ⁊ candido: et in vijs eius cantabitur alleluya. Illud autem sciēdum est q̄ quatuor sunt solennes processiones scilicet in purificatione beate virginis Marie. in ramispalmarum. in pascha. de quibus in suis locis dicetur: ⁊ quarta que fit in ascensione domini ad representationem illius vltime processionis quā discipuli post dominū in die ascensionis eius iceūt fecerunt venientes simul cum eo ad mōtem oliueti. Unde assumptus est videntibus illis in cuius processionis representationem fit processio in dominicis diebus. ¶ Sciendum est enim q̄ primitiua ecclesia obseruabat diem dominicā solennem vt ⁊ modo: ⁊ fiebat in ea processio in memoriam resurrectionis: ⁊ obseruabat etiā quintā feriam ⁊ fiebat in ea processio in memoriam dominice ascensionis: sed multiplicatis sanctorum festiuitatibus sublata est solennitas quinte ferie: ⁊ eius processio per Agapitum papam in dominicam translata est: vt a populo tunc ad ecclesiam conueniente simul ⁊ solenniter valeat celebrari: ⁊ propter hoc dies iouis dicitur vulgariter cognata diei dominice: quia videlicet antiquitus par solēnitas fuit vtriq;. In diebus igitur dominicis processionem facientes resurrectionem dominicam memoramus: ⁊ processionem per discipulos post dominum factam representamus: non q̄ illi eam in dominica die fecerint vt premissum est. Nempe egrediendo ecclesiam ⁊ regrediēdo ad eam quasi de hierusalem redimus ad hierusalem: prout illi fecerunt ⁊ sequimur crucem sicut illi crucifixū: ⁊ licet sine iesu redierunt: nos tamen cruce redimꝰ pro eo q̄ ipse dixit Vobiscum sum vsq; cōsummationem secuti: que processio antecz̄ tertia dicatur facienda est: prout in sexta parte sub ascensione dicetur. Non est etiam pretermittendum q̄ in dominicalibus processionibus de nouo dumtaxat testa. cantare ⁊ virginem salutare ⁊ aliquid quod ad eius laudem proprie pertineat cantare debemus ex quo etiam consuetudo inolenit vt in claustris oratorium virginis construatur: quam in statione primo ex pristina consuetudine saluramus: licet enim dicatur q̄ christus resurgens prius magdalene apparuerit verius tamen creditur q̄ matri sue ante omnes apparuerit: sed ad euangelistas hoc dicere non pertinuit: quorum officium fuit testes resurrectionis inducere: nec decuit ad testificandum pro filio matrem inducere. Si enim verba extranearum feminarum visa sunt incredulis deliramenta: quomodo non magis matrem filij amore crederent deliraſſe: ⁊ sic romana sentire videtur ecclesia: que in prima die post resurrectionem scilicet in pascha apud beatam Mariā maiorem celebrat stationem quasi preponens hierusalem: id est virginem que vidit pacem pre alijs in principio lucis sue: quo circa sicut prima die ad misericordiam apud sanctam Mariam maiorem precurrimus: sic ⁊ ad eius honorem in dominicalibus processionibus prima statio deputatur vt eam laudibus extollentes ⁊ ad eius oratorium festinantes cum sponso dicere videamur. Vadam ad montem mirrhe ⁊ ad collem thuris. mōs quidem est ipsa vasa virgo ad quam filius resurgens vadit apparendo ⁊ nos adorando. Sed non est necesse q̄ si dicatur quia nunc̄ disparuit: ⁊ q̄ semel melius est ⁊c. Sed ideo sic ponitur propter rudes ⁊ sensibus tantum et non intellectui. Postremo notandum q̄ in quibusdam ecclesijs post processionem omnes clerici ante crucifixum veniunt inclinantes: illi ⁊ dicentes. Aue rex noster benedictus: sed qui pluuialia aut alias solennes vestes portarunt ante altare illas deponunt: primo ad representandum q̄ filij ebreorum sternebant vestimenta sua in via ante christum in processione sibi hierusalem venienti facta Secundo ad ostendendum q̄ diuino vacaturi officio omnia mundana a mentibus abijcere debent.

Crux in processiōibus premittit: ⁊ quare.

Cāpane ꝝre pulsant dū fit processio.

Ad euāgelistas nō pertinuit dicere q̄ xp̄s resurgēs matri sue añ oēs apparuit.

¶ De confessione. Rubrica.

Quisq; sacerdos vel episcopus gradū altaris ascendat: anteq; sacrū ordinet officiū ad seipsum reuertēs inclinat se ante altare significans xp̄i exinanitionem qui inclinauit celos: ⁊ descendit cū se formā serui accipiēs exinanuit ⁊ cōsiderās q̄ sicut dicit Salomō. Just⁹ in principio sermonis

accusator est sui. confisus etiā de illa prophetica cōsolatione. Dixi cōfitebor ⁊ tu remi. de pe. dist. j. dixi. de peccatis suis cū astātibus generaliter cōfitetur psalmū illū premittēs ex institutione celestini pape. j. q. j. rite ad hoc cōuenientē. Judica me deus ⁊c. vt discretus a gente nō sancta ab homine liberatus iniquo ad altare dei dignꝰ introeat. Petit em liberari a tēptatione ⁊ illuminaria a gratia: vt patet i ipso psalmo. Petit etiā a deo vt det ei q offerat scz filiū suū quem nisi ei daret prout abra e dedit nō haberet quid offerret. Fit ergo cōfessio vt purior sit ⁊ sine macula ingrediat: in qua notandū est q nō vt quidā munus prouide faciūt in specie ne cautheri sentur cōscientie auditorum: sed in genere cōfitēda sunt peccata: quoniam ista confessio nō est occulta sed manifesta. Et nota q cū i tēplo salomonis dedicato sacerdotes dicerēt Confitemini dño quoniā bonus quoniā in seculū misericordia eius. nebula impleuit domum domini ⁊ obūbrauit facies sacerdotū ita q se inuicē videre nō poterant. Et ait Salomon. Dicit dñs q habitaret in nebula dixit: id est opere demonstrauit quoniā in mōte synai apparuit in nebula: israel in nube precessit ⁊ ante moysen in cauerna positum transiuit in nebulā. Percutimus autem pectus cū peccata confitemur exemplo publicani qui pectus suū percutiebat dicēs. Domine propitius esto mihi peccatori. In tunsione quidē peccatoris tria sunt: ictus: sonus ⁊ tactus per que significanť tria q̄ sunt in vera penitētia necessaria: videlicet cordis cōtritio: oris cōfessio: ⁊ operis satisfactio. q̄ in tribus peccamus. s. corde: ore ⁊ opere: deinde pro circūstantibus orat: indulgētiā peccatorū implorās: nā christus de secreto patris in mundū veniens ⁊ de vtero virginali procedēs patribus suspiria multiplicantibꝰ pro nobis passus hierusalē introiuit in mōtē se inclinauit caulam suā cōtra hominē dolosum ⁊ iniquū deo cōmittēs ⁊ patri cōfessionē fecit dicēs. Cōfitebor tibi pater celi ⁊c. ipse quoq; nobis indulgens proprio corpore peccata nostra portauit. Sane pōtifici facturo cōfessionē subdiaconus manipulū coram altari immittit. Primo ad notādū q cōcessa tēporalia per manū alienā puta subdiaconi vel alterius ⁊ non per propriaz recipere ⁊ administrare debet. Secundo ad designandum q non sufficit oris cōfessio nisi ⁊ boni operis fructus per populū significatus sequatur. Tertio vt videās se inferioris ministerij ornamēto ornari animo humilietur. Rursus pontifex post acceptā casulam ⁊ non ante manipulū recipit q christus cuius typū gerit: nō prius manipulos operum qui per manipulū ipsum designantur obtulit: q̄ celestem haberet conuersationem que per casulam figuratur prout in parte tertia sub dalmatica dictum est. Sacerdos vero ecōtra ante indutam casulam manipulum sumit quoniam celestem conuersationē adipisci nequit: nisi prius sanctorum operum manipulos portet. Adhuc pontifex postq; ad altare peruenit manipulum recipit ad notandū q tūc demū bonorum operū effectiuū premiū percipiemus cū ad eternū tribunal iudicis peruenerimus. ¶ Sacerdos aūt dū facit cōfessionē ⁊ etiā sepe in misse officio manus tūgit: que manuū tūctiones deuotionē significāt. Et q illa in aliquo est maior: i aliquo est minor: ideo certus manuū tunctionū non est numerus determinatus. Rursus sacerdotis manuū tūctio significat omniū bonorum a deo fluentium in ipso vnitatem ⁊ coniunctionem. Et quia infinita bona infinitis indeterminatis modis possunt a deo procedere: ideo manuum iunctionum sacerdotis numerus determinatus non est: inclinationes vero sacerdotis in officio misse ꝑm morē quarūdā ecclesiarū sub certo numero perstringuntur quoniā regulariter octo vicibus profunde coram altari ⁊ tredecim vicibus mediocriter super altari inclinat. Octo profundas inclinationes ante altare facit ad referendas gratias ipsi christo de octo principalibusque egit ante sui immolationē quā sacerdos in officio figurat altaris. Primū fuit ammirabilis incarnatio. Secundū fuit discipulorum gratuita vocatio. Tertium demonis in tentationibus superatio. Quartū miraculorum operatio Quintum infirmorum sanatio. Sextum mortuorum resuscitatio. Septimum omnium quēstionū et propositarum per suam sapientiam determinatio. Octauum salutaris populorum instructio: et quecunq; ante sui immolationem ad hec octo ꝑm Bernardum reduci videntur. Tredecim vero inclinationes mediocriter facit super altare: q̄ christus tredecim fecit in ara crucis sumendo arā crucis pro toto tempore sue passionis: quod incepit in hora captionis. Primum fuit iude proditoris discreta redargutio dicens. Juda osculo filiū hominis tradis. Secundum fuit ipsius captionis in sui prebitio dicens eis quem queritis qui responderunt. Jesum nazarenū. quibus respondit. Ego sum. Tertium fallis testibus ⁊ regibus mansueta responsio. Quartum sputorum ⁊ verberum sine murmuratione toleratio. Quintum in hisque vidit ⁊ audiuit nulla sibi vel alijs data perturbatio. ¶ Sextum discipuli cum negantis culpe cōdonatio. Alia vero septem enumerat Ambrosius ab eo in ligno crucis facta dicēs. Auctor pietatis in cruce pendens officia diuidebat persecutionē apostolis pacem discipulis: corpus iudeis: spiritum patri: paranymphum virgini: paradisum latroni et infernum peccatori. Oscula quoq; sub certo numero fiunt: prout dicetur in quarta particula canonis.

Pectus quare percutimus cū peccata cōfitemur.

De tredecim inclinationibꝰ q̄s sacerdos mediocriter facit super altare.

¶ De incenso benedicendo ⁊ in thuribulū mittendo. Rubrica.

Post factam cōfessionem ⁊ datā absolutionē pontifex vel sacerdos paratus dicat. Deus tu conuersus ⁊c. incensum cum benedictionē thuribulis apponit representans q̄ legalis sacerdos ferens sanguinem ⁊ carbones cum tymiamate in thuribulo ornans ponebat donec fumus eum obumbraret prout dictum est in prohemio huius partis. Per hoc etiā illud insinuās

q̄ angel⁹ venit ⁊ ante altare stetit habēs thuribu
lū aureū in manu sua q̄ impleuit de igne altaris
⁊ data sunt ei incēsa multa vt daret de orationibus
sanctor̄. Sane angelus est xp̄s thuribulū aureū
corp⁹ immaculatū: altare eccla: ignis charitas:
incēsum oratio p̄m illud prophet̄icū. Dirigat̄ oro
meo sicut incēsum in cōspectu tuo. Venit ergo an
gel⁹. i. xp̄s qui sicut ante altare. i. in ꝓspectu eccle
sie habēs thuribulū aureū. i. corp⁹ immaculatū
plenū igne. i. charitate. ⁊ data sunt ei. scilicet a fi
delibus incēsa multa. i. orationes: vt daret. i. rep̄
sentaret eas patri de orationibus sanctorū. ¶ Et
nota quia nō dicit orationes: christus em̄ nō oēs
orationes exaudit: sed dicit de orationibus de il
lis videlicet que pertinēt ad salutē. Unde cū pau
lus ter dn̄m rogasset vt ab eo stimulū carnis au
ferret respondit ei dn̄s. Sufficit tibi gratia mea.

Ep̄s vel sacerdos q̄re thus in thuribulo apponit.

Nam virtus in infirmitate perficit. Episcopus er
go vel sacerdos thus in thuribulo apponit: quia
christus orationes inspirat in animo: vt per ipsum
offeratur incensum in odorē suauitatis: sacerdos
autē minister incensum representat episcopo vel
diaconus sacerdoti: q̄ lex illud pręciosum tymia
ma confecit quod in odorem suauitatis altissimo
offerret: de quo dn̄s subdit in Exod. x.c. Talē cō
fectionē nō facietis in vsus vestros quia sanctū
est dño ⁊ homo quicūq; fecerit simile vt odore il
lius perfruatur perbit de populis suis. Et ex hoc
verbo fuerūt qui dicerēt q̄ si oblato thure ⁊ bene
dicto supra altare thuribulū descendat ab altari:
ad clericos vel laicos: tunc aliud ibi thus sine be
nedictione apponendū est: ⁊ omnibus tā clericis
q̄ laicis offerendū tanq̄ illud spectet ad latriaz:
istud ad duliam. Melius tñ p̄m spiritū q̄ p̄m lit
terā intelligitur: nā littera occidit: spiritus viuifi
cat. ⁊ propter premissam etiā causam odor thuris
benedicti non datur in ecclesia sponso et sponse.
Per concremationē vel cōsecrationē vero thuris
significat q̄ sacerdos orationē feruentē ⁊ deuotā
debet habere. Thus enim virtutē habet ascēdē
di, ex fumi leuitate: cōsolidandi sui qualitate: con
stringendi, ex glutinitate: confirmandi ex aromati
citate: sic oratio dum ascendit in dei memoriā ani
mā cōsolidat quātū ad culpā preteritā impetran
do medelā: ⁊ cōstringit quo ad cōmittendi licen
tiā cōfortat quo ad presentem impetrando tutelā
de quo etiā dictum est sub titulo de accessu pōti
ficis ad altare ⁊ dicetur sub titulo de thurificatio
ne. Nauicula vero in qua incensum reponitur de
signat q̄ per orationē quā incensum significat de
huius mundi mari magno ⁊ spacioso ad celestez
patriā satagamus nauigare. Unde in prouerbiis
Facta est quasi nauis institoris portās de longe
panē suum. Potest etiam dici per thuribulum cor
hominis: ⁊ per ignē feruor deuotionis: per incen
sum orationes offeruntur que per angelum ad
deū perferuntur signātur. Uascula quibus ignis
recipitur sunt filij qui corda patrū pietate ⁊ fluen
tis inundant: et animā celestis iacrimis quam
in proximorū mentibus aspiciunt: in suis accende
re satagunt. Instrumenta vero quibus ignis ad
altare portatur sunt predicatores qui exēplo san
ctorum charitatis ignem portant: ⁊ in corda fide
lium transferūt: que corda patrum in filios cōuer
tunt. Thuribulum autem quid significet dicetur
sub titulo de thurificatione.

¶ De osculo altaris ⁊ libri. Rubrica.

Post immissum in thuribulo incēsum
sacerdos seu episcopus dicto Deus
cui conuersus viuificabis nos ⁊c. sa
crum osculatur altare: vt notetur pa
cificatio cum iudeis ad designandū
q̄ dominus Jesus christus ad nos veniens san
ctam sibi copulauit ecclesiam: iuxta illud. Epi
thalamicum. Osculetur me osculo oris sui. In oscu
lo siquidem os oris sui contingitur et in christo
nō solum humanitas est vnita diuinitati: verum
etiam sponsa copulata est sponso. iuxta illud pro
phet̄icum. Quasi sponsam decorauit me corona:
⁊ quasi sponsam ornauit me monilibus. Rursus
quando prophetalis versus introitus a cantore
incipitur sacerdos ad altare ascēdens illud oscu
latur: quia prophetarum testimonio christus ve
nit in mundum ⁊ ad passionem altaris. Quotiēs
autē in officio misse osculetur altare. ⁊ in qua par
te eius oscula fiant: ⁊ quare manibus super illud
depositis: ⁊ quare signo crucis in locis osculan
dis prius impresso dicetur sub quarta particula
canonis. In hoc autem loco altare: significat po
pulum iudaicum. codex vero euangelij siue euan
gelium populū gentilē qui per euangeliū credide
rit: ideo ergo episcopus vel sacerdos euangeliū ⁊
altare osculatur: q̄ christus vtrūq; dedit pacē quā
do lapis angularis factus fecit vtraq; vnum. Po
test etiam dici q̄ subdiaconus librū euangelij qui
clausus portabatur offert episcopo vel sacerdoti:
ille vero ad altare perueniens illum aperit ad in
sinuandum illud quod in Apocali. describitur: q̄
nemo dignus est aperire librū qui intus erat scri
ptus: ⁊ foris sigillis septē signatus: nisi leo de tri
bu iuda clauis Dauid qui librū aperuit ⁊ septem
eius signacula soluit. Per altare vero ecclesia si
gnatur. Juxta illud Exod. Si altare lapideum fe
ceris mihi non edificabis illud de sectis lapidib⁹.

Ecclesia significatur.

Per sectionem lapidum in altari diuisionem fide
lium reprobat ecclesia ne videlicet per errores et
scismata diuidantur. Liber ergo aperitur cū epi
scopus ad altare peruenit: quoniam vbi christus
primitiuam apostolorum congregauit ecclesiam
docens et predicans scripture mysteria reuelauit
dicens. Vobis datum est nosse mysterium regni dei
ceteris autē in parabolis. Unde post resurrectio
nem aperuit illis sensum vt intelligerent scriptu
ras. Rectius igitur facit episcopus cum ipsemet
aperit librum euangeliorum: licet et christus per
ministros suos patefecit mysteria scripturarum.
Libro vero aperto illum osculatur a parte sini
stra ad designandum q̄ predicatores reconcilia
uerunt et obtulerunt gentes christo: quibus ipse
per se non predicauit: licet et ipse per se pacem in
euangelio predicauit dicens. Pacem meā do vo

bis ꝛc. Quia vero ipse etiã in cruce pendẽs pacẽ fecit: ideo mox trãsiturus ad dextrũ cornu altaris signat se signocrucis: quia vt ait apls ad Ephesi. Christus pax nostra vtraq; fecit vnum: duos ad diuersos parietes .i. populos copulans. Post hoc codex euangelij super altare clausus ponitur: qõ quantum ad hoc significat hierusalem: prout sub euangelio dicetur. Deinde Romanus pontifex ꝛ etiã alij quidẽ conuersus: osculatur diaconum: vt ostendat pacem illam in aduentu christi venisse: quam prophete promiserant. Unde dauid. Orietur in diebus eius iustitia et abũdantia pacis donec. au. luna. Et alius propheta. Pax erit in terra nostra cũ venerit. Et ideo christo nascente vox intonuit angelorum. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Osculum eñ quãdoq; pacẽ significat: prout dicetur sub titu. de osculo pacis. Diaconus vero statim se inclinans osculatur pectus eꝰ designans q; inspiratione diuina prophete pacez predixere futurã. Nã ꝛ Joãnes super pectus domini recũbens euangelij fluẽta de ipso sacro dñici pectoris fonte potauit. xciij. di. legimus. In nõnullis vero ecclesijs episcopus primum osculatur ministros: postea altare deinde euangelium quoniã christus primum reconciliauit sibi apostolos: postea iudeos: deinde gentiles. In quibusdam etiam locis offert osculum pacis cantoribus quasi retrorsum implens illud pacem meam do vobis pacem relinquo vobis. Dat quidem presentibus: relinquit absentibus: nec ante osculum pacis cantores dicunt gloria patri: quia fides trinitatis nõ ante claruit: cũ se dominus inclinauit: et nos reconciliauit et trinitatem per apostolos predicari mandauit. Et ideo osculo dato episcopus innuit eis: vt dicant gloria patri et filio ꝛ spiritui sancto sicut erat in principio. Ecce quid cantor annunciat: scilicet q; corda patrum conuertanẽ in filios. Abrãa tres vidit et vnum adorauit. Sic oportet nos filios eius credere trinitatem in vnitate. Post datã ergo pacem cantor dat sancte trinitati gloriã quasi diceret referimus gloriam deo patri et filio ꝛ spiritui sancto: quia pacem quam prophetauit per sanctos suos: prophetãs nobis in nouissimis temporibus dignatus est ostendere. Quãdo vero dicit: sicut erat in principio diaconi ad altare procedunt ꝛ iterum reuertuntur ad episcopum: in quo figuratur q; ideo apostoli se morti tradiderunt: vt christi corpori adunarentur. Duus autem steterũt cum episcopo ante altare inclinati. sed cum versus ipse incipitur. se erigunt: quia chorus sanctorum martyrũ ante nouissimã tribulationẽ in cõualle lachrymarũ manẽt. Postea vero martyrio coronati stabunt liberati ꝛ securi ante dominum semper. Osculo autem dato rursus diaconi cum põtifice orant quasi dicant. Dñe doce nos orare. In quibusdã ecclesijs diaconi bini et bini latera altaris intrinsecus siue alternatim osculantur eo q; dñs apostolos binos misit ad predicãdum dicẽs eis. In quãcũq; domum intraueritis dicite pax huic domui qui reuersi sunt ad christum sicut diaconi reuertuntur ad episcopum.

Apli tõ se morti tradiderunt: vt xpi corpori adunarent.

¶ De thurificatione. Rubrica.

Osculũ episcopus seu sacerdos accipiens de manu diaconi thuribulum sacrum incensat altare: quia christus corpus assumẽs de genere ꝓphetarum factus ex semine dauid scõm carnem suis orationibus fouet ecclesiaz scõm quod orat in euangelio pater sancte ego ꝓ eis rogo: ꝛ nõ pro eis tantum: sed pro illis qui creditur sunt per verbum eorum. Quod autem diaconus postea thuribulum accipit vt incenset episcopum vel sacerdotem moraliter instruit quod si digne volumus incensum orationis offerre thuribulum incarnationis debemus tenere. Nam sine fide mediatoris homines deo placere nõ possunt: sed iuxta verbum promissionis ipsius siquid petierint in oratione credentes accipient. Per thuribulum enim verbum accipitur incarnatum. Nam sicut in thuribulo pars superior ꝛ inferior tribus cathenulis vniuntur: ita in christo tres sunt vniones quibus diuinitas et humanitas vniunt. vnio carnis ad animam: vnio diuinitatis ad carnem: vnio diuinitatis ad animam. Quidam eñ quartam vnionem assignant: videlicet diuinitatis ad compositum simul ex anima et carne. vnde ꝛ quedam thuribula quatuor cathenulas habent. De hoc etiam thuribulo Moyses inquit specialiter ad aaron. Tollite thuribulum ꝛ hausto igne de altari mitte incensum desuper. Est ꝛ alia in thuribulo consideratio: prout sub titulo de accessu põtificis ad altare tactum est. ¶ Rursus ideo thurificato altari episcopus vel sacerdos thurificat ad significandum q; sicut christus est altare ꝛ hostia sic est pontifex ꝛ sacerdos: cui est orationis sacrificium offerendum: quia vero adoratur non solum inquantum deus sed etiam inquantum homo: nõ in quibusdam ecclesijs pontifice thurificato altare a diacono circũ circa thurificatur. Unde ps. Circumdabo altare tuum domine. Sane thuribulum aureum significat sapiẽtiam: quia omnes thesauri sapientie dei in eo fuerunt abscondit. Uñ Stetit angelus iuxta altare habens thuribulum aureum in manu sua. i. christus resurgens carnẽ habuit in potestate. Argentum significat christi carnem ab omni labe mundam ꝛ mundicia rententem: cupreum fragilem ꝛ mortalem ferreum resurgentis fortitudinem. Si quatuor habet cathenulas demonstrat eum ex quatuor elementis constare: vel quatuor virtutibus scilicet: iustitia: prudentia: fortitudine et temperentia decorari. Quinta q̃ partes diuidit animam designat: que se in morte a carne in illo triduo separauit. Si vero tres habet cathenulas figurat animam carnem ꝛ verbũ in vna conuenire persona. Quarta que partes separat potestas est qua animam suam posuit pro ouibus suis. Si vna tm̃ cathenula sustentatur designat q; solus de virgine generat: q; solus est inter mortuos liber. Circulus cui hec oĩa innectũtur est deitas q̃ nullo termino claudit: a qua hec oĩa continentur ꝛ operant: preter mysticã etiã rationẽ: ob hoc incẽsatur altare: vt oĩs ab eo neq;tia

Epi vel sacerdotis thurificatio qd sigt.

demonū propellatur. Fumus enim incensi valere creditur ad demones effugandos. vnde cū Thobias interrogasset angelū qđ remediū haberēt ea que de pisce iusserat obseruari: Respondit: cordis eius particulam si super carbones ponas: fumus eius omne demoniorum genus extricat. Sother papa. xxiij. di. sacras. statuit: ne monialeſ incēſuz circa altaria ferant.

¶ Qualiter episcopus vel sacerdos ⁊ ministri ad altare stare debent. Rubrica.

Ibunctificatione peracta epūs vel sacerdas ad dextrā altaris ptē se trāffert: ibi vna cum ministris plane officium et kyrieleison dicit: qui trāsit⁹ de medio altaris in dextram partem signifi cat christi trāsitū de passione per resurrectionē ad vitā eternā. Ptē a leua trāsiēs in dextrā imitatur xp̄m ingredientē mundū: leuā eī tetigit xp̄s qñ tēporalem assumpsit vitam: ad dextrā tuit qñ carnē assumptā ad dei dextrā eleuauit. ¶ Rursus p hoc q accedēs ad altare pius dextram illius partem petit innuit q emanuel in lege pmissus: pi⁹ venit ad iudeos q̄z ad gentiles. Judei eī tūc propter legē in dextera parte fuerunt. Gentiles vero quasi in sinistra: quia idola colebāt. Sacerdos ergo sacris vestib⁹ ornatus christū carne nostre humanitatis vestitū significat. veniēs ad altare xp̄m de celis venisse ad pplm vt eū saluaret designat: deinde in dextram transiens designat q christus in mundum veniens venit ad iudeos de quibus voluit nasci. Beata enim maria iudea fuit. de hoc transitu dicetur sub titulo de mutatione sacerdotis ⁊ ordine. Et nota q licet dño pape celebranti vel missam audienti legatur a capellanis suis introitus: ⁊ kyrieleison ⁊ Gloria i excelsis deo ⁊ Credo: et Sctūs: ⁊ Agnus dei: nō tñ graduale: vel alleluya: vel tractus: vel offertorium vel postcōmunio: p eo q illa instructoria sunt: ⁊ introductoria quib⁹ ipse nō eget. Illud autē notandū est q sacerdos stat erectus ante altare ad notandum q xp̄s venit suos regere inuincibili doctrina: ⁊ respicit versus orientem: quia christus non suam: sed patris voluntatē quesiuit: nec respicit tetrorsuz tū quia christus semper patris facie intuetur: intra illud. Scio vnde venio: ⁊ quo vado: tum quia nemo mittens manū ad aratrū et respiciēs retro ap. est reg. dei. extra de voto magne. immo ad populū dorsum vertit: representans q dñs ait ad moysen Videbis posteriora mea: faciem autem videre nō poteris. Exo. xxxiij. c. Epi autē et superiores celebrantes nō ante altare: sed remoti ab illo ad dextrum eius latus vsq; post dictū offertorium manēt: quod fit primo ad representandum q ex latere xp̄i qui per altare significatur initium nostre redēptionis fuit. Secundo fit hoc nō solum ad maiorē solennitatem: vt per hoc a minoribus sacerdotibus decernantur: verū etiā fit hoc quia ipsi in missa representant non solum christi dignitatem ⁊ excellētiam aut eius oblationem: veruetiam humilitatē et obedientiam in ipsa sui oblatione et consecratione. Siquidem christi quātum ad sui dignitatē est patri equalis: et sedet a dextris dei patris qđ in symbolo legitur: q representat p̄latus stāo ante oblationem ad dextrū latus altaris. In sui vero oblatione christus pro nobis factus est hostia: et ideo prelatus eius vices gerens: extunc ipsi altari quod aram crucis insinuat debet totaliter inherere. Tertio quoniam prelatorum actus esse debent subditis ad doctrinam: ideo vsq; tunc manet ab altari separatus. ⁊ extunc manus lauandū et thurificandum ⁊ sacrificandū ad altare accedit vt ostendat quecūq; in missa precedunt solēnitates ⁊ laudes esse. de conse. dist. ij. panis est. ſz tunc deinde ad essentialia seu substantialia pagēda accedit. Quarto in hoc representat q legalis pontifex intrans in sancta sanctorū carbones ferebat ⁊ sanguinem prout tactū est in prohemio huius partis. Quinto fit hoc ad representandum qđ ait propheta. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis: Donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorum. Sacerdos quidem christū representās sedet a dextris altaris deū patrē in hoc loco signantis donec ad consecrandū hostiam accedat per quaz tracta sunt tartara: ⁊ inimici demones deuicti et quasi scabellum pedum positi. Ministri vero scilz diaconus ⁊ subdiaconus retro illū ad altare stantes qui tamē in veniendo precesserunt signantes martyres quiin veteri testamento fuerūt post dñi natiuitatē digne coronantur: ⁊ ad quācūq; altaris partē ille transierit: ipsum retro stantes sequūtur: vt ostendat impletū esse qđ dñs admonuit dicens. Qui mihi ministrat me sequatur: ⁊ vbi ego sum ⁊c. Intendentes semper atq; sollicite in illud ad denotandum qđ fideles q̄ius adhuc in hac vita positi tamen eternitati christi semper inhēdunt. In quibusdam etiam ecclesiis illo se vertente ad populū similiter se vertunt: ⁊ illo se conuertēte ad altare similiter se conuertunt. Nam xp̄s ab oriente ad predicationem aliquando vero ecōuerso dū viueret se conuertit: quod designat versio ad populum ⁊ econuersio ad altare. In quo quidē imitandum est a predicatoribus qui p ministros ipsos congrue designantur. Anacletus papa de consecra. distincti. j. episcopus. statuit q episcopus deo sacrificans secum testes habeat diaconos qui oculos eius dicuntur ⁊ subdiaconos reliquosq; ministros qui sacris induti vestibus in fronte. id est ante ⁊ a tergo: et presbyter e regione id est a pte dextra leuaq; contrito corde ⁊ humiliato spiritu ac pno stent vultu custodientes eum a malignosis hominibus: consensum prestantes sacrificio. Et p̄m Lucium papam de consecra. distinc. j. iubem⁹: eū non deserant: quia propter malignolos oportet illū habere bonū testimonium ab his qui foris sunt. Statutum est etiā vt celebrans missam habeat a tergo vicini solaminis adiutorē prout dictū est in prohemio huius partis. Et ideo i quibusdā eccle fijs aliqui diaconi stāt post epūm quasi orātes vt eū sequant vsq; ad mortē ⁊ cū eo trāseāt ad vitam eternā. Maior tñ pars in dextera parte maioris altaris ⁊ minor i sinistra: qz vtrūq; petit eccl̄ia scz ⁊ tēporalē bñdictionē: ⁊ eternā vt ibi sic trāseamue

Actus prelatorum debent esse subditis ad doctrinaz.

Sacerdos stās erectus ante altare qđ significat.

per bona tẽporalia vt nõ amittamus eterna. Ce-
terũ dicti ministri retro stantes inclinati ante fa-
cies suas vsq; in finẽ dominice orationis perseue
rant: significantes illos apostolos qui in passione
domini magna tribulatione oppressi nõ audebãt
se erigere vt xpi discipulos se esse confiterentur.
Stabãt cũ in facie fidei: sed postea erigũtur sicut
dicetur sub.xj. particula canonis super verbo: no-
bis quoq; signãtes etiã chorũ sanctorũ martyrũ
in cõualle lachrymarũ ante nouissimã tribulatio
nẽ manentiũ postea erigũtur qr illi postea marty
rio coronati stãt erecti. i. ab omni tribulatione libe
rati. Adhuc stantes facie inclinati signant multe
res que de cenaculo ad monumentũ vultibus de
clinatis currebant in christi amore ardentes. Sa
ne sacerdos minister inter moras puluinar molle
missalt supponit: ad notandũ q; deuotum z molle
cor qõ facile diuinã impressionẽ recipiat supponi
debet iugo dñi z celestiũ preceptorũ. Juxta illud
sapientis. Suscipiat verba mea cor tuũ ꝛc. vt in
eo spiritus domini requiescat. De hoc etiam sub
euangelio dicetur.

¶ De kyrieleison. Rubrica.

Rãslato in dexterã altaris partẽ epõ
seu sacerdote deinde qr tps plenitu-
dinis z annus benignitatis aduenit
sicut pdictũ fuit a psal. Tu exurgẽs
dñe miserebris syon qrvenit tps mi
serẽdi eius: cõgrue chorus laudat z inuocat trini
tatẽ triplicãdo kyrieleyson. Jdeo aũt post introi-
tũ dicit kyrieleison: qr ante oẽm oronẽ sacerdotũ
necesse est misericordiã dñi implorare. Siquidem
kyrieleison grece interpretatur domine miserere.
Nam kyrie sonat domine leyson miserere. et inde
Christeleison. id est christe miserere vel kyri chri-
ste et deus et miserere son nobis inde kyrieleison.
ideest o christe deus miserere nobis. Unde prophe
ta. Miserere nobis: te enim expectamus. Dicitur
autem nouies primo vt ordo decimus ex homini
bus reparatus nouem associetur ordinibus ange
lorum: secundo vt ecclesia perueniat ad societatẽ
nouem ordinum angelorum: tertio contra nouez
genera peccatorum. Est enim peccatum origi-
nale: veniale: z mortale. Jtem peccatum cogita-
tionis locutionis z perpetrationis. Jtem pecca-
tum fragilitatis simplicitatis: z malignitatis: fra-
gilitatis per impotentiã: simplicitatis per ignoriã
tiam: malignitatis per inuidiam. Hoc est pecca-
tum in patrem: peccatum in filium: peccatum in
spiritum sanctum: adhuc ideo dicitur ter ad patrẽ
kyrieleison: ter ad filium christeleison. z ter ad spi
ritum sanctum kyrieleison. sed ad patrem z spiri-
tum sanctum sub eodem vocabulo: qr pater z spi-
tus sanctus sunt eiusdem tantum nature: ad filiuz
vero sub alio: quia filius; et si sit eiusdem nature
cum illis est tamen z alterius vt gemine gygas
substantie. Preterea ideo dicit ter quantũ ad pa-
trem: ter quantũ ad filiũ: ter quantum ad spiritũ
sanctum: vt notetur pater in filio: et filius in patre
et spiritus sanctus in vtroq;. De hoc dicetur in
quinta parte sub tit. de prima sed in medio mutat

Interpõ
tatio di-
ctionis
kyrieleis
son: z ad
quid no
tices di-
catur.

kyrie z xpe: vt notetur duas esse naturas in xpo.
Rursus kyrieleison ter triplicatũ significat precez
patrũ veteris testamẽti multiplicatas ad hoc vt
gratia summe trinitatis per aduentũ xpi eos con
sociaret nouẽ agminibus angelorũ. Est autẽ ma
gna istorũ verborũ efficacia. Legit enim q; dũ beat⁹
Basilius kyrieleison clamasset porte ticine siue
Papien. ecclesie sunt aperte. Rursus cũ btus Ge
minianus kyrieleison clamaret quinq; reges con
uersi dicunt in fugã. vnde forte significat aliud q;
dñe miserere: qđ tamẽ nos ignoramꝰ. Jn qbusdã
ecclesijs statim post vltimũ kyrieleison subijciũr
ymas: qđ verbum grecum sonat latine nobis. Et
sensus est kyrieleison ymas. i. potentia diuina mi-
serere nobis: beatus Grego. instituit kyrieleison
nouies et a clero tantum publice in missa cantari:
quod prius apud grecos simul a clero et populo
cantabatur. Siluester vero papa illud de grecis
assumpsit.

¶ De gloria in excelsis. Rubrica.

Jcto kyrieleison mox sacerdos vel
pontifex ex institutione Thelesphori
pape inchoat hymnũ. Gloria in excel
sis deo quẽ angeli auditi sunt decan-
tare sicut legitur in euangelio Luce.
qui angelorum hymnus perhibet testimoniũ tẽ-
porali christi natiuitati. Sane sacerdos primus z
solus illum inchoando pronunciat qui angelum
magni concilij representat. Nam ortum Saluato-
ris solus angelus cuius personam ipse gerit pri-
mo nũciauit. Unde Luce. ij. Ecce euangelizo vo-
bis gaudium magnum quod erit omni populo:
quia hodie natus est ꝛc. et illum inchoando stat
ante mediũ altaris in hoc cõmemorans q; dũ me
diũ silentiũ tenerent omnia natus est in medio. i.
pro hominibus messias quẽ prophete predixerũt
representans etiam q; angelus christi natiuitatez
pastoribus annuncians stedit in medio eorũ: z in
cipiens eleuat manus ppter causas scriptas i se-
quenti titulo ad finem. Jtẽ incipiens vertit se ad
orientem. Tum quia angelus ab oriente venit in
bethleẽ: tum quia ad orientem dñm adorare sole-
mus. Tertio inchoans stat ante medium altaris
ad notandum q; christus fuit mediator inter nos
et deũ. x. di. qñi. per cuius mediationẽ deo pacifi-
cati sumus. chorus vero concinendo respondens
gerit personam multitudinis de qua in euangelio
sequitur. Subito facta est cum angelo multitudo
ce. mi. lau. deũ et dicẽ. gloria in altissimis deo: z in
terra pax hominibus bone voluntatis. de conse. dist. j.
nocte. Hymnus aũt iste non tantum est angelo-
rum sed etiam hominum congratulantium ex eo
q; mulier ista que dragmam perdiderat decimam
iam lucernam accenderat: vt dragmam perditam
inueniret. et pastor dimissis nonagintanouem oui
bus in deserto iam venerat: vt quereret centesimã
ouem amissam. Ante natiuitatem enim xpi tres
erant inimiciciarum parietes. Primus inter deuz
et homines. Secundus inter angelum z hominẽ.
Tertius inter hominem et hominem. Homo nã-
q; per inobedientiam creatorem offenderat: ex

Salua-
toris or-
tũ solus
angel⁹
primo nũ
ciauit.

per suū casum restaurationē angelorū impediue-
rat: ratq; per varios ritus se ab homine separaue-
rat. Judeus nāq; cerimonias excolebat: gentilis
ydolatriam exercebat: sed veniens pax nostra fe-
cit vtraq; vnum ⁊ huiusmodi parietes destruxit.
Absstulit enim peccatū: ⁊ reconciliauit hominem
deo: reparauit casum recōciliauit hominē angelo
destruxit varios ritus: ⁊ recōciliauit hominē ho-
mini. Restaurauit ergo p̄m ap̄m Ephe. j. que in
celis ⁊ que in terris sunt ⁊ ob hoc illa celestis mili
tie multitudo psallebat. Gloria in excelsis deo. i.
in angelis qui nūq; peccauerunt: nec discordiam
cum deo habuerunt. Et in terra pax a christo fac-
ta hominibus videlicet iudeis ⁊ gentilibus bo-
ne voluntatis: qui vsq; ad christi natiuitatē pro-
pter peccata sua cū deo ⁊ cum angelis discordiaz
habuerunt. Hinc etiaz est q̄ angelus loquitur et
congaudet pastoribus: q; pax est inter angelos et
homines reformata nascitur deus homo q; pax
est inter deū ⁊ hominē restaurata. nascitur in pre
sepio bouis ⁊ asini: q; pax est inter homines ⁊ ho
mines reparata. Per bouem iudaicus: per asinū
gentilis populus figuratur p̄m illud non arabis
in boue ⁊ asino: iudeo scilicet ⁊ gentili. xvj. q. vij.
in noua. Et iterum cognouit bos possessorē suū:
⁊ asinus presepe domini sui. ideo ergo canit hym
nus iste: quia quem venerantur angeli in celis
homines venerantur in terris: per hoc quod dici-
tur Gloria in excelsis deo ⁊c. representatur mesti-
cia antiquorum patrum ex tedio expectādi incar
nationem domini. Esaie. xxviij. Expectate deum
⁊c. Et ideo etiam cantatur alleluya: q; habebant
spem liberationis. Unde psal. Speraueruīt et libe
rasti eos. In hoc quoq; hymno notatur spes ec-
clesie qua cū angelis sperat se canere: vnde sā illo
rum canticum assumit. Sequitur laudamus te:
scilicet inenarrabilia opera tua predicando: q̄ ver
ba ⁊ sequētia a beato Hylario picrauten. asseruī
tur apposita fuisse: ⁊ precedētia solū antiquit⁹ di
cebantur in missa. Innocentius tamen. iij. dixit il
la a Thelesphoro papa addita fore. Alij vo a Si
macho papa. Simachus papa constituit tam in
dominica die q̄z in natalitijs martyruz Gloria in
excelsis ad missam cantare: quia sanctos per do-
minicā resurrectionē glorie angelorū sociatos esse
recolitur: cantatur etiā in festis apostolorū ⁊ con
fessorum in quorum honorē quecūq; eccl̄ia dedi-
cata est: ⁊ generaliter in festis q̄ nobis celestē so-
lennitatē representant. In diebus vero luctus ⁊
ieuniorū non dicitur: preterq̄z i duobus sabbatis
specialib⁹ mysterijs adornatis. Juxta illud. Cāta
te dño canticū nouū: prout dictū est in prohemio
hui⁹ partis. Dictus quoq; Thelesphorus papa
precepit illū cantari ad missam nocturnā natalis
dñi: quā ⁊ ipse instituit. quidā dicūt nō esse cātā-
dū in missa nisi in hora tertia: q; tūc spiritus scūs
sup aplos descēdit ⁊ eos gr̄ia ⁊ exaltatione reple
uit. Innocentius tertius statuit: vt q̄n dieb⁹ p
Festis celebrat̄ in honorē beē virginis ve[illegible]
vel sancte crucis: nec hymn⁹ angelic⁹: nec symbo
lū dicat: nec etiā. Te deū laudamus in laudibus
matutinis. In aduentu vero vel in septuagesima
non cantat̄: prout ibi in septima parte ⁊ sub titu-
lo de septem diebus post pascha dicetur. Ep̄s ta-
men bethlemitanus ex abusu omni die ⁊ ol missa
et pro defunctis Gloria in excelsis decantat pro
eo q̄ hymnus ille Luca testante: primo in bethle-
mitana regione cantatus est.

¶ De salutatione ad populum. Aubuca.

Angelico hymno finito sacerdos ad
populum se voluens illum salutat di
cens. dominus vobiscum. q̄d sumptū
est ex illo libro Ruth secūdo. Sic em
legitur booz saluiasse messores suos
et propheta in Paralipomenon Asa regem ⁊ qui
cum eo erant: et angelus salutans Gedeonem di-
xit dominus tecum. Booz quidam figuram salua
toris expressit qui Ruth moabitem duxit vxorē.
Et hec salutatio significat salutationem quā xp̄s
fecit apostolis post resurrectionem: de quo i quin
ta parte sub titu. de prima parte dicetur. In omni
bus ergo misse orationibus sacerdos premittu do
minus vobiscum: nisi in orationib⁹ que precedūt
prophetias: vel etiam orationes super populum
in quadragesima. et nisi in orationibus que imme
diate sequuntur post primam orationem: ⁊ in illis
que dicuntur in parasceue: sed tunc missa non di-
citur: licet sacerdos communicet. Cum enim per
dictam salutationem optetur dominum esse cum
populo qui est in eo per spiritum gratie septifor-
mis: ideo ecclesia ordinauit septies tantū in missa
populum salutari: vt iam dicetur. Ideoq; in pre-
missis orationibus tantum dicitur. Premittit ta-
mē alius exhortatio ad humiliationem per flecta-
mus genua: vel per humiliate capita vestra deo:
quia oratio que facienda est cum ieiunio ad mai
gnum spiritum ejciendum tunc demū valet si cū
humilitate fiat. Rursus in diebus ieiuniorum re-
presentat ecclesia tēpus babylonice captiuitatis.
Merito ergo sacerdos tunc populū vtpote absen
tem nō salutat nec se ad illum conuertit: sed absolu-
te incipiēs. Oremus insinuat p illo fore orandū: ⁊
q; oratio dz fieri cū effectu: mox subijcit flectamus
genua vel humiliate capita vestra deo. Repsen-
tat etiā tp̄s dñice passionis: q̄d precipue post cenā
cum discipulis factā incepit: q; ergo tpe illo dñs
discipulos non salutauit: sed eos ad orandū plu-
ries excitauit: ideo sacerdos tunc populū nō salu
tat: sed eis orare insinuat. Sed ⁊ quia tpe illo xp̄s
in oratione genua flexit ideo mox ad genua flectē
dum inuitat: dicit autem: flectamus genua in per
sona vniuersitatis oim fideliū quasi oim sindicus
seipsum includens: ⁊ ideo loquit in prima psona
excitans se et omnes ad orandū humiliter ⁊ deuo
te: sed mox subijcit leuate in persona alterius scili
cet christi cuius typum gerit in officio misse: ⁊ tūc
loquitur in scda persona ⁊ in dissimili cātu quasi
ipse christus dicat surgite: q̄si vestrā humilitatē
et deuotionē video ⁊ tunc vice oim loquitur siue
orat. Quid significet collecte q̄ dicunt post flecta
mus ⁊ post humiliate dicet in sexta pte sub quar-
ta ferla in capite ieiuniorū. ¶ Aliis vero dieb⁹

Judaicus populus p bouē gētilis per asinum figuratur.

Sacerdos quibus oratiōib⁹ misse p̄mittit dñs vobiscū a q̄b⁹ nō.

ecclesia tempus exaltationis ⁊ plenitudinis que precipue fuit post christi resurrectionem representat: ⁊ tunc sacerdos populum salutat: representās vt premissum est q̄ dñs post resurrectionē discipulos salutauit. Sacerdos ergo orationibus premittit dñs vobiscum: vt populū reddat attentum q̄ mēs eius ad deū dirigatur: et ei per intentionē sedulam cōiungat: et est sensus. dominus vobiscū. i. in vobis maneat et vos premio vite eterne remuneret: et petitionibus vestris effectum tribuat seu gratiam dei impetretis perseuerātes in illa. Chorus vero et populus respōdent ⁊ cum spiritu tuo: qđ sumptū est ex epistola. ij. ad Timoth. vlti. vbi dicitur dominus Jesus christus cum spiritu tuo: huiusmodi etenim mutue salutiones notant q̄ sacerdotis ⁊ populi vnus dz esse affectus: et est sensus tu pro nobis facturus es preces ad dominū: et quia dominus deus preces illas tantū appro-bat ⁊ exaudit que ex bono corde procedūt oram⁹: et nos similiter pro te: vt ille sine quo nullū est bonum sit cū spiritu tuo: vt qui tecū est in ore sit ⁊ in corde ⁊ i te maneat: ⁊ p̄m hoc cessat hesitatio quorundam quare populus respondet et cum spiritu tuo cū sacerdos dicēdo dñs vobiscum optauerit dominum esse cū illis nō solū in spiritu: verūetiaz in corpore: nā ⁊ idipsum populus per hoc responsionē optat vt premissum est. Potest etiam dici q̄ hac responsione populus se refert solū ad actionē immolationis ad quā sacerdos procedit in qua p̄ spiritum totaliter eleuatus ⁊ ab omni terrenitate prorsus abstractus esse dz. postq̄z vero chorus rūdit ipse se ad altare reuolūt scz ad orātem: vt dicetur in prohemio quinte partis et quasi parū de sua bonitate confidens vniuersalem ad se colligit ecclesiā dicens quasi omniū sindicus orem⁹. q. d. orate omnes simul mecū vt qđ postulamus citius impetremus: quoniā impossibile est multitudinē nō exaudiri: et sic orationē dicit dicendo ergo oremus hortatur alios ad orandū: qz ⁊ ipse christus monuit discipulos orare dicens: orate ne intretis in tentationē: ⁊ postea orat: qz postea christ⁹ orauit. ipse em̄ fecit et docuit q̄ autē dicit oremus ab antiquis habem⁹ qui premisso oremus subiungebant cōiter orationē. dicit aūt oremus stans ante mediū altaris ꝓpter rōnes positas i principio precedentis tituli: oratio aūt quā dicit significat idut gentiā quā dñs repromisit ⁊ deinde trāsit ad dexterā partē altaris: vt dicet sub tit. se. Oratione finita chorus respondet amen qđ est hebraicū verbū. q. dñat nobis sicut orasti: seu feliciter acta sit oratio tua: ⁊ est sumptū amē ex Apoc. v. Ambrosius exponit amē. i. verū est qđ sermo sonat affectus sentiat: de cōse. dist. ij. reuera in fi. xxviij. dist. sedulo. iiij. q. v. ⁊ hoc nomē q̄nq̄z ponit p̄ vere. vt ibi: amen amen dico vo. extra de iureiu. et si xp̄s prout sub ti. de oratione dicet. Et no. q̄ premissa salutatio. s. dñs vobiscum ad minores ⁊ imperfectiores ⁊ simplices pertinet sacerdotes: episcopus vel eius superior qui perfect⁹ esse dz ⁊ expressam xp̄i similitudinē gerit vt sevicariū xp̄i ostēdit oraturus prima vice vtitur verbo dñi dicētis Jo. xx. Pax vobis que fuit prima vox dñi ad discipulos q̄n eis post resurrectionē apparuit quasi dicat in presenti deturvobis pax pectoris: et in futuro pax eternitatis. De vtraq̄z Jo. xiij. Pacem reliquo vobis: pacē meā do vobis. Hoc etiā verbo vsus est dispensator Joseph ad fratres eius. Postea vero ad instar ceterorum sacerdotum dicit dominus vobiscum: vt se esse vnuz ex ipsis ostendat. xxv. dist. olim. ⁊ cap̄. seq. in fi. Et est aduertendū q̄ tunc demum pax vobis dicitur quando gloria in excelsis cantatur: ⁊ hoc ideo vt respondeat ei qđ ibi dicit: et in terra pax hominib⁹ bone voluntatis ⁊c. Preterea hec salutatio a christo tempore gaudij et letitie scilicet resurrectionis ad discipulos facta illi cantico letitie correspondere debet. Sunt etiā qui dicunt q̄ pontifex solēniter celebrans in dieb⁹ quibus gloria in excelsis dicitur representat christuz post resurrectionē seu resurrectionis gaudiū quo tēpore sepe christus dicta salutatione ad discipulos vsus est: idcoq̄z christū imitando premissis diebus. h. d. In missis veroquas aliis diebus vel rēporibus dicit vel etiā que ab inferioribus dicunt christi passio figuratur: ⁊ planct⁹ atq̄z afflictio cōformatur. Et ideo in illis pax vobis non dicit: ne gaudium cum dolore misceatur. Potest etiā dici q̄ per christum facta est pax inter deū ⁊ hominem et inter angelos ⁊ homines: qđ manifestauit angelus quando in christi natiuitate cantant. Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominib⁹. Pacē vero inter deum et homines manifestauit xp̄s q̄n post resurrectionē dixit apostolis pax vobis. hec representatur in missa. Primū per quēlibet sacerdotem qui potest cantare. Gloria in excelsis: angelū representās. Secūdum per episcopū qui solus dixit pax vobis representans christum qui in persona ecclesie dicit apostolis: pax vobis: vtrūq̄z aūt episcopus dixit solenniter celebrans: quia vtrūq̄z scz christum ⁊ angelum representat. Ipse em̄ specialior est xp̄i vicarius q̄z simplex sacerdos: idcoq̄z cum omittit officium angeli scilicet temporib⁹ quibus cātica letitie subticētur. s. Te deū laudamus et Gloria in excelsis omittit: similiter ad hoc officium christi non dicēs pax vobis: sed dominus vobiscuz sicut simplex sacerdos. Non em̄ per eum q̄ representat xp̄m ⁊ angelū vna pax sine altera nūciatur. Idem etiā est in Ite missa est. qđ non dicit nisi Gloria in excelsis dicatur. Sane diaconus nō dicit dñs vobiscū per horas eo q̄ non ita gerit typum xp̄i qui per Booz hac salutatione vsus est sicut sacerdos qui in ea persona xp̄i vtit legēs tamē euangelium hoc dicit: quia tunc vtitur officio predicatoris ⁊ p̄nunciat doctrinā ab ipso xp̄o immediate prolatā: et etiā cereū paschale benedicēs quia tunc xp̄i resurrectionē representat. Sunt tamen quidā qui dicūt q̄ in diuinis officijs que dicere tenentur licite possunt hoc dicere cū prohibitum nō legatur quib⁹ generalis vsus ecclesie contradicit vt se inferiores sacerdotibus cognoscant. Notandum autem est q̄ septemvicibus populus salutatur in missa quatenus exclusis septē vitijs capitalibus suscipiat gratiam septiformē. Hyste

Salutationes sacerdotis ad chorū ⁊ populum ⁊ chori sive populi ad sacerdotis seu salutationes qđ desinant.

Episcopus est specialior xp̄i vicarius q̄z simplex sacerdos.

rum misse ad septem dona spiritus sancti referatur. Primo in ipso misse exordio ante collectā. Secundo ante euangeliū. Tertio post euangeliū siue dicto symbolo scz ante offertoriū. Quarto ante prefationē cū dicit sacerdos. Per oīa secula seculoꝝ: cōsequēter dñs vobiscū. Quinto ante pacis osculum cū dicit. Pax domini sit semp vobiscū. Sexto ante primā communionem. Septimo finito finali post cōmunionē vel orationē. In prima salutatione spiritus sapientie intelligitur: qz sapientia ītrauit in hūc mūdū vt saluaret nos. In scda spiritus intellectus: ideo enim predicauit vt doceret nos. In tertia spiritus cōsilij: hoc eñ secreto dei consilio se passioni obtulit vt redimeret nos. In quarta spiritus fortitudinis: qz pendens in cruce diabolum expugnauit vt redimeret nos. In quinta spiritus scientie: quia resurgēs discipulos salutauit: et eis sensum aperuit: vt erudirent nos. In sexta spiritus pietatis: qz sola pietate humanā naturaz sup astra leuauit vt exaltaret nos. In septima spiritus timoris: qz angeli tremebūt cū venerit ad iudiciū vt glorificet nos. Ceterum in qualibet salutatione mutatur officiū misse ꝛ de vno officio ad aliud transitur: quare merito salutatio premittit: cū eñ ad operarios nouiter ingredimur eos salutare solemus: ꝛ ꝑm hoc octo officia sunt in missa: Rursuz salutatur etiā in octauo vt quidā volūt: scz post offertoriū ante secretellā: nam volens se ad populū dicturus orate fratres ꝛc. debet dicere sub silētio. Dñs vobiscū. Verū licet eis quos salutamus faciē regulariter repzesentemus tñ i quibꝰ dūtaxat ex premissis salutationibus sacerdos ad populum se cōuertit: nam in illa salutatione q̄ fit ante euangeliū se nō cōuertit: qz iam intentus est ad verba dei annūciāda: nec etiā in illa q̄ fit ante prefationē: qz iam intētus est ad sacrificiū altaris tractandū: nec etiam in illa que fit ante pacis osculum: qz iam tenet corpus xp̄i in manib⁹ et habet cor sursum ad deū. et oīno intētus est ad reuerenter illud tractandū. Nemo eñ mittēs manum ad aratrū ꝛ respiciēs retro aptus est regno dei: extra de voto, magne. ¶ Ceterum quinq; ad populū cum dominus vobiscuz facta conuersio significat quinq; apparitiones: quas christus fecit discipulis suis in die resurrectionis. Prima fuit marie magdalene. Joā. xx. ꝛ Math. vlti. Secūda eidez et alys mulieribus redeūtibus de sepulchro quando dixit eis. Auete Matthei vltimo. Tertia petro. Quarta duobus discipulis eūtibus i emaus. Quinta in domo decem discipulis absente Thoma. Joā. xx. Sed quia altera illarū manifesta nō fuit: qñ videlicet primo apparuit magdalene vel ꝑm alios quando apparuit petro: quia nescit qñ aut vbi ideo sacerdos ante secretellam dicturus. Orate fratres predicit sub silentio. Dñs vobiscū: sed patenter dicit orate ꝛc. qz patēter dicit aplis. Orate ne intretis in tentationē. Fuerūt etiā ꝛ alie apparitiones de quibus nil ad presens. ¶ Nō est etiā omittendū q̄ sacerdos semp̄ volut se ad populum ad dexterā ꝛ per eādē se ad altare revolutꝫ quasi ipso facto dicens. Dextera dñi fecit virtutē dex. do. ex. m. dex. do. fe. vir. Secūdo ad designandum q̄ in sepulchro dominico angelus a dextris sedebat. Tertio vt per hoc sacerdos innuat se rectam ꝛ obtentam habere intentionē ꝓ se ꝛ ꝓ populo ad celestem patriam que per dexteram significatur. Juxta illud in canticis. Dextera eius amplexabitur me. Quarto quia versus salutādo populum et conuersus dicendo. Oremus hortatur tam se q̄ populum ad orādum: ꝛ oratio debet fieri pro eternis que per dexteram significantur: vñ christus sedere dr ad dexterā patris merito a parte dextera fit vterq; gerit quippe sacerdos typum christi qui perfectus est in salutationibus ꝛ orationibus q̄ ad dexteram fiunt. Verūtamē postq̄ dicit. Orate pro me fratres ꝛc. se revoluit ad sinistrā. Juxta illud psalmi. Circuiui ꝛ immolaui in tabernaculo eius ho. vo. ꝛc. preparans se ad immolandum quēdam circuitum facit: se igitur conuertit tunc ad sinistram que imperfectior ꝛ infirmior est ad notandum imperfectionem cuiuslibet sacerdotis preter xp̄m. Hinc est q̄ premissa verba dicēdo obsecrat tanq̄ imperfectus ꝛ peccatoꝛ ꝛ indulgēs aliorū auxilium impendi sibi ab aliis siue beneficiū orationis. Secundo quoq; revolutur: tunc a sinistra et per hoc significat tristitiam de passione christi ad quam presentandam statim intendit: tristitia eñ recte per sinistrā significatur. Juxta illud apostoli. A dextris ꝛ a sinistris per gloriā ꝛ ignobilitatē per infamiam ꝛ bonam famā. Debēt etiaz fieri ille volutiones ꝛ revolutiones ante mediū altaris. Juxta illud. In medio ecclesie aperuit os suum ꝛc. In quo et illud cōmemoratur q̄ redemptoꝛ noster iuxta salomonē corpus suū media charitate constrauit propter filias hyerusalem: et attē dite qz quidam dicto Dñs vobiscum ad altare revoluti dicunt Oremus stātes ante medium altaris: per hoc insinuantes se in loco manifesto ꝛ populo conuenienti orare scilz ante medium altaris: quodq; populus debet de medio cordis orationes ad deum effundere. ¶ Alij ꝑo ad dextrum cornu altaris vbi orationem proferre debent dicunt oremus. vt sic inter insinuationem ꝛ orationem nullū actum alium interponant: et vt ibi precedat orandi insinuatio vbi mox subsequi ipsa oratio et orātis populi esse debet intentio.

Trist. pñtiā significat

Quina sacerdotis ad pplz cū dñs vobiscū facta ꝟsio q̄d significat

¶ De oratione seu collecta. Rubrica.

Salutatione premissa subiiciūtur orationes: quia enim omnis nostra oratio a deo inchoata circulariter in ꝑm terminari debet ideo misse officiū incipit ab oratione ꝛ terminatur in gratiarum actione. Unde videndum est quis dz orationes dicere. Qualiter et pro quibus fit orandū. Quid sit oratio et quādo et vbi: et versus quam partem orationes dicende sint. De mutatione sacerdotis ab vna parte altaris ad alteram. Unde orationes dicantur: et vnde originem habuerunt. Qualiter verba communiter intelligantur. Qualiter orationes terminentur. Quare vocantur collecte. Que et quot orationes dicende sunt et de inuen-

toribus earum. Quomodo pontifex vel sacerdos illas dicens stare debet. ¶ Circa primum notandum est q̄ ea quibus populus immediate ordinatur ad deum sacerdotes tantum dicuntur q̄ sunt mediatores inter deum et populum: quorum quedam dicuntur publice spectantia ad totum populum: in cuius persona ipse solus ea deo proponit sicut sunt orationes: & gratiarum actiones: quedā priuatim que ad officium eius tantum spectant vt consecrationes & huiusmodi orationes quas ipse pro populo facit non tamen in persona ppli orās: et in omnibus premittit dominus vobiscum: vt mens populi deo coniungatur: quia populus in his que ad deum pertinent sacerdotem ducē habet: ō in fine cuiuslibet sue orationis populus cōsentit respondens amen: vt iam dicetur: ppter qd̄ et omnis oratio alte terminatur: etiam si priuatim fiat. ¶ Sane orandum est breuibus verbis non in multiloquio: vt iam dicetur. xlij. dist. oia. xlij. dis. si rector. prope fi. vnde greci parum et frequenter orant: sed in lachrymis et in puritate cordis non in voce clamosa: sed in mentis intētione: & lachrymarum compunctione: sic in conspectu diuine matestatis & angelorum oportet nos esse: vt mēs nostra voci concordet. iuxta psal. Exaudiuit dominus vocem fletus mei. Et iterum. Sacrificiū deo spiritus contribulatus &c. Debet etiam oratio esse deuota nam omnium creator cum deuotione est supplicandū. Dum autem sacerdos alte dicit orationem: alij non debent verbis orare: sed illā orationem attendere: et ad eam respōdēre amē. Pro quibus sit orandum dicetur in sexta parte sub tit. de parasceue. Quid sit oratio & qua ora et vbi hore canonice dicende sunt: et versus quam partem orandum est dicetur in prohemio quinte partis. quid significet oratio que dicitur ante epistolā dicetur sub titulo de sessione episcopi. Sane sacerdos dum orat ad dextram consistit altaris: iuxta illud Exō. xxx. Deprecabitur aaron super cornu altaris: et placabit super eum in generationibus suis: in hoc illud signās qd̄ fuerat prophetatum. Deus ab austro veniet. christus enim iudeos docuit ad quos a patre missus fuit: quia dextra iudeos gentiles sinistra figurat: & quoniam letitia per dextram tristitia vero per sinistram designat: idcirco ad dextram partem altaris primum accedit: vt gaudiū dominice natiuitatis ostendat: deide dicturus euangelium ad sinistram conuertitur vt tristitiam passionis insinuet: sed iterū redit ad dextrā vt gaudiū resurrectionis annūciet. de hoc aliter dicetur sub titulo de mutatione sacerdotis. Romanus pō pontifex oraturus ad sedē post altare vel alius ep̄s ad lat⁹ altaris ascēdit. & stās collectā pnūciat quā in libro legit apto. & deinde sedet: q̄ sicut euangelista testat: venit Jesus in nazareth vbi nutrit⁹ fuerat & intrauit ꝑm consuetudinem diei sabbati in synagogam & surrexit legere & traditus est ei liber Esa. prophete quē vt apertum inuenit locū vbi scriptū erat. Spūs dñi super me ppter qd̄ vnxit me: & cū plicuisset librū reddidit ministro & sedit. Rursus pōtifex ad latus altaris vsq; ad dictū offertoriū morat vt dictū est sub tit. qualiter ep̄s vel sacerdos. Sequit videre vnde oratio dicat: & vñ ofones originem habuerūt. Et quidē dicit oratio ab orādo eo q̄ per eā a populo bona corporis & anime orādo petunt: licz em̄ dñs sciat quib⁹ egemus: orare tñ debemus prout dicet sub oratione dñica: orat enim sacerdos pro bonis vt assint: & pro malis vt absint. Designant & ip̄e orationes in apoc. per fumū aromatū qui ascēdit in cōspectu dñi de manu angeli. Xp̄s em̄ verus homo ppter nos passioni deditus: cuius illa vox est holocausta etiā pro delicto nō postulasti tunc dixi ecce venio semper pro nobis orabat: quia ꝑm apostolū. Exauditus est in omnibus pro sua reuerentia. Qualiter verba orationum intelligenda sint videamus. Et quidem q̄ in quibusdā codicibus cōtinetur prosit huic vel illi sancto talis oratio ad glorīā & honorē sic intelligi debet q̄ ad hoc ꝑsit vt ille magis & magis i fidelib⁹ glorificet: aut etiā honoret in terris. extra de celebr. missc. cū marthe. prope fi. Cū em̄ ipsi sint perfecte beati omnia eis i celis ad votū succedūt: vnde nō egēt nostris orationibus immo iniuriā facit martyri qui orat ꝑ martyre licet plerīq; reputēt nō indignū sanctorū gloriā posse vsq; in diem iudicij augmentari. & ideo ecclesiā interim rite pro posse augmētationē glorificationis eorū optare. Quod aūt post finem orationis subūngitur per dñm nostrū ihesum christū illud significat quod ipse in euāgelio dicit. Quicquid petieritis patrē meū in nomine meo fiet vobis. Orat em̄ sacerdos ad deū patrē vt per filium suū qui dñs noster est equaliter sicut p̄ oso perficiat. Hinc em̄ est q̄ oīs oratio generaliter ad patrē dirigit & terminat in nomine filij. Non em̄ per aliā viā ad eterna dei beneficia possunt decurrere q̄s per eū qui est mediator dei & hominū hō christus ihesus. x. di. qm̄. sicut per mediantē cristallum mittitur ignis in escā superpositā sole lōginquo. Et sumptū est hoc de epistola ad romanos vbi dicitur. Gloriantur in deo per dñm nr̄m ihesum. Nemo em̄ vadit ad patrē nisi per me. Et ipse alibi dicit. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. ¶ Et nota q̄ ihesus est proprium nomen: vt dictū est in ꝓhemio secūde partis. Qd̄ vero sequit. Qui tecū viuit & regnat in vnitate spūssancti &c. ita pōt intelligi in vnitate spiritussancti: hoc est vna cū spūsancto: nam pater & filius & spiritus sanctus sunt vnus. Vel in vnitate spiritussancti: hoc est in spiritusancto. qui est vnitas patris & filij: & amor & connexio vtriusq;. Possunt etiam sic exponi premissa verba per dominum nostrum &c. vt sit sensus. O pater exaudi per filium tuum qui hoc vult & potest. vult q̄ viuit: potest q̄ regnat: viuit inquam & regnat tecum in vnitate spiritussancti nō quidem viuit et regnat vt tyrannus spiritu iniquitatis: sed viuit et regnat deus spū benignitatis. Quod vero sequitur. Per omnia secula seculorū: vel cōsecutiue vel antiphonomastice intelligi potest. Consecutiue scilicet generationes generationum quasi dicat: per omnia secula seculorum sibi inuicem succedentium: dicuntur enim se

Oratio dz esse breuis iuxta illud. orātes nolite multū loqui

Oratis nū ꝺba qualiter intelligē da sunt.

cula quia sequãtur: nã in aliis descẽdẽtibus alia sequũtur. Anthyonomastice sicut cantica canticoꝝ et est sensus: sicut ante omnia secula filius cũ patre in vnitate spiritussancti in deitate vixit et fuit: ita et in presenti seculo et in futuro: vbi iusti cum sanctis angelis permanebũt: ꝛ iniusti cũ diabolis cruciabuntur credatur equaliter viuere cũ patre ꝛ spiritusancto et nullo fine concludi. Sequit amẽ. quod verbũ optãtis vel affirmantis ostendit affectum: vel consensum vt premissum est: populus ei assentiens voci sacerdotis qui dixit: per omnia secula seculorum: assentit q̃ seculum per eum creatum est. Unde in fine psalmorum vbi nos dicim⁹ fiat: fiat: hebreus dicit amẽ amẽ. Et xp̃s in euangelio sepe dicit amen amen. i. verum dico vobis. Respicit ergo ad formam orationis: vt qđ oratur optetur: vel ad modum conclusionis: vt quod cõcluditur affirmetur. Vbi gratia. cũ sacerdos orãs dicit. Da nobis q̃s dñe salutem mentis ꝛ corporis: populus respondet amẽ. i. fiat: ꝛ cum sacerdos concludit: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritussancti deus per omnia secula seculorum: populus affirmando respondet amen. i. verũ est vel amen interpretatur veritas: vt in Apo. hoc dicit amen testis fidelis. de hoc dictum est in precedenti tractatu. ¶ Circa terminationẽ collectarũ notandũ est q̃ in eis quãdoq̃ dirigitur sermo ad patrem: quãdoq̃ ad totam trinitatem. Si sermo ad solum patrẽ dirigitur non habita mentione de filio: neq̃ de spiritusancto: tunc dicetur in fine. Per dominum nostrum iesum xp̃m filium tuũ qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spũssancti deus per oĩa secula seculoꝝ: sine per eũdẽ ꝛ eiusdẽ vt i illa oratione. Protector in te sperantiũ ꝛc. Si vo fiat mentio de filio: vel de spũsancto refert an ante finalem partẽ orationis an in fine ipsius fiat mentio de filio. Si vero dirigatur ad patrẽ habita mẽtione de filio ante finẽ tunc dr in fine per eũdẽ dominũ nostrũ ꝛc. vt in illa oratione. Deus q̃ de beate marie virginis ꝛc. Si in fine tunc subijcit immediate qui tecũ: sine per cũdẽ ꝛ eiusdẽ: vt in illa collecta sancti Stephani. Omipotẽs sempiterne deꝰ qui primitias martyrũ. Et in illa. Deus qui saluis eterne vel dñm nostrum iesum xp̃m: sine per vt in illa collecta. Deus qui nos redẽptione: que dicitur in vigilia natalis. ꝛ in illa. Illumina quesumꝰ. que dr in epyphania. vel iesus xp̃s dñs noster vt in illa. Deus qui ad eternã. que dr feria tertia post pascha: ꝛ in secreta illa. Ipsi tibi. que dicit in cena dñi. Si vero in oratione que ad patrẽ dirigitur fit mentio de spiritusaucto. dicitur in fine. Per dñm nostrum: sed tunc dicitur ibi in vnitate spũssancti deus. vt in illa. Deus qui corda fidelium ꝛ in illa. Assit nobis quesumus virtus spũssancti ꝛc. Qñ si fiat ibi mẽtio primo de spiritusancto ꝛ postea de filio: tunc subijcitur in fine immediate qui tecum: vt in illa oratione. Omẽtes nostras quesumꝰ dñe paraclytus: ꝛ in illa. Ure igne ꝛc. ¶ Bursus quãdo ad patrem dirigimus sermonem orãdo vt ipse det nobis spiritum viuificandi vel huiusmodi tunc dicitur. per dominũ: sine per eũdem vel eiusdem: vt in illa oratione que dicitur in benedictione cinerum. Deus qui humiliatione ꝛc. ꝛ in illa q̃ dicitur in benedictione fontis. Omnipotens sempiterne deus respice ꝛc. Si autem sermo ad filiũ dirigatur: vt in illa oratione. Excita domine potentiam tuam: ꝛ veni: ꝛ similiter in alijs collectis de aduentu domini: ꝛ in illa. Deus qui virginalem aulam: tunc dicitur in fine qui viuis ꝛ regnas cũ deo patre in vnitate spũssancti deus ꝛc. Et si fiat ibi mentio de patre. tunc dicitur qui cum deo patre ꝛc. vt in illa oratione canonis. Dñe iesu christe fili dei ꝛc. Si vo sermo dirigitur ad spiritũsanctũ dicũt quidã q̃ tunc dicitur in fine. qui cum patre ꝛ filio viuit ꝛ regnat deus ꝛc. Verũtamen omnis oratio dirigitur ad patrem vel ad filium: ꝛ nulla ad spiritũsanctũ: qr spũsctũs est donũ et a dono nõ petitur donũ: sed potius a largitore doni. Petitur ergo a patre ꝛ filio ꝛ ad eos sermo dirigit tã q̃ ad donatorem: ꝛ nõ a spiritusctõ qui est donũ: ꝛ pariter ab vtroq̃ procedit. Si autem ad totam trinitatẽ sermo dirigitur: tunc dicitur in fine per dñm siue per eundem ꝛ eiusdem vt in illa oratione canonis. Suscipe sancta trinitas: ꝛ in illa que dicitur in fine misse. Placeat tibi sancta trinitas in quibus dicitur per christum dñm: quod succedit in orationibus in locũ per dñm nostrum: causa breuitatis. Idẽq̃ in oratione que ad deum patrem dirigitur de eo mentio fiat vt in illa. Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis tunc dicunt quidam: qui viuis ꝛ regnas deꝰ per omnia secula seculorũ. Alij vero intelligentes q̃ oratio ipsa ad deum filiũ dirigatur: dicũt tũc: qui viuis ꝛ regnas in vnitate spiritussancti deus per omnia secula seculoꝝ: ꝛ in illa oratione. Fidelius deus omniũ cõditor: tota nãq̃ trinitas cõditor: ꝛ redẽptor est: licet xp̃s proprie sit redẽptor. Potest etiã dici q̃ oratio que ad trinitatem dirigitur cõcluditur sine aliqua personarũ distinctiõe sic qui vi. ꝛ reg. deus per omnia secula seculorũ. Vel cõuertat orans sermonem ad se vel ad populum dicens q̃ ipsa prestare dignet ꝛ sic etiã concluditur in orationibus benedictionalibus. Sanẽ oratione in qua sermo dirigitur ad caput ecclesie sic videtur debere dici: qui viuis ꝛ regnas: cũ xp̃s sit caput ecclesie. extra de sa. vnc. c. j. sed nõ est ita. Tota nãq̃ trinitas est caput ecclesie. ideoq̃ dici debet per dñm nostrũ. In exorcismis vero ad expellendũ demonẽ aliter dicit: qm̃ in aque benedictione dicit per eũ qui vẽturus est iudicare viuos et mortuos ꝛ seculũ per ignẽ. Sili ꝛ in cathecismis dicit qui vẽturus est ꝛc. q̃cito effi diabol⁹ audit xp̃m esse venturũ iudicare seculũ per ignẽ: fugit timens iudicũ ignis: qr scit se post diẽ iudicij eterno igne premẽdũ. Eadẽ quoq̃ ratione dicit magister Gilbertus q̃ orationes in exequijs mortuorũ debẽt simili modo finiri: cõmunis tñ vsus ecclesie tz vt dicat. Per dñm nostrũ ꝛc. in illa tñ oratione Fidelis deꝰ dñs cõditor: dz dici q̃ viuis ꝛ regnas ꝛc. vt p̃missum est. Et aduerte q̃ orones i laudib⁹ i missa: ꝛ in vesperis: sub eodẽ ꝛ solẽniori tono dicunt q̃ eo q̃ ille hore solẽnius ꝛ festiui⁹ in eccl̃ia

dicunt: in

De terminatione collectarum.

Vel deus

dicunt i alijs ꝓ horis ⁊ officijs aliꝰ tonꝰ minꝰ solēnis seruatur tū qz minus solēniter dicunt: cum qz ille ad aliū referri possunt signatū. Omnibꝰ autem orationibꝰ preterꝯ exorcismis premittit oremus nō tñ semper dñs vobiscū: vt dictū est in precedēti. ¶ Sequit videre quare orationes que circa principiū misse dicunt collecte vocant. Et quidem ideo sacerdos qui fungit legatione ad deum pro populo in eis petitiones oīm in vnū colligit ⁊ cōcludit vt eas ad dñz ferat: ppue tñ dicunt collecte que sup collectū pōm dicunt: puta in processionibꝰ vel dū colligit populꝰ ad stationē faciēdā: vt de vna ecclia ꝓcedant ad altare. liꝫ. dist. qm. de cōse. dist. v. cōuenit. In vrbe nāqz quelibet ecclia stationalis habet aliquā ecclesiā sibi vicinā i qua colligit populꝰ die stationis ⁊ ibi dicit collecta super populū collectū: ⁊ inde oēs simul ad ecclesiaz in qua ⁊ statio accedūt. Unde in cōcilio agatheñ de cor. z. di. v. cōuenit. in fi. dicit qz plebs collecta oratio sic ad vesperā dimittat ab epō cum benedictione ⁊ est sumptū hoc nomē de leuitico vbi scenophegia que est vltimū festorū legaliū collecta vocat: pro eo qz in fructuū collectione fiebat: ⁊ figurabat futurā operū nostroū collectionē cū dicetur. Ecce homo: ⁊ oīa opera eiꝰ cū eo. ¶ Orationū varij fuerūt doctores: quarū numerꝰ ⁊ varietas intantū excrescebat: qz octauū affricanū cōcilij cōstituit vt nulle preces vel orationes vel misse vel prefationes vel cōmendationes vel manuū impositiones dicant nisi in cōcilio fuerint approbate. Et Gelasiꝰ papa tam a se qz ab alijs appositas preces dicit ordinasse beatꝰ Grego. seclusis his que nimia vel incōgrua videbantur rationabilia coadunauit: congrua multa nihilominꝰ per se necessaria superaddēs. Ceterū quidā modū et ordinē excedētes intantū orationes multiplicant vt auditoribꝰ tantū tedij generēt ⁊ fastidij quasi deus ⁊ homo verboꝝ multitudine flecti possit: vt premissum est. de cōse. distin. v. nō mediocriter cum ecōtra Ysayas dicat. Cum multiplicaueritis orationes vestras nō exaudiā. ⁊ dñs in euāgelio dicat. Cum oratis nolite multū loqui sicut ethnici faciunt. Putant enim in multiloquio exaudiri. Unde cum et dixissent apostoli. Domine doce nos orare: cōpendiosam eos orationē docuit. Pater noster ⁊c. Huiusmodi ergo orationis formam sequentes sacerdotes in missa septenariū orationis numerū nō excedūt. Nam Christus septē petitionibus omnia corpori ⁊ anime necessaria comprehendit in illa prout sub eo dicetur: quia vero numero deus gaudet impari: quidā obseruāt vt impares dicant in missa orationes: videlicet vel vnam tantū: sicut vna epistola: vel vnum euangelium dicunt: ⁊ iste numerus est ordinariꝰ vel tres vel quinqz vel septem. Unum ad designandum fidei vnitatē vel vnitatis sacramentū. Tres ad significandū mysterū trinitatis: ⁊ quia christꝰ ter in passione orauit dicens. Pater si fieri potest trāseat a me calix iste. Quinqz ad designandū quinqz plagas xpi seu in quinqz partitā xpi passionez. Septem ad designādū spiritū gratie septiformis seu septē dona spiritus sancti: deus enim diuisionē ⁊ discordiā detestatur. Unde cum ceterorū dierū operibus benedixerit: operibus tamē secūde diei benedixisse non legitur: eo qz binarius numerus primo ab vnitate recedebat: ⁊ ab eo ceteri diuisibiles numeri originē sortiuntur ⁊ impar numerus mūdus est. xxxij. q. j. nuptie. ¶ Et nota qz in summis festis tantummodo dicatur vna collecta: nisi forte cadē die aliud festum occurrat. ¶ Sciendū quoqz est qz totidē collecte ⁊ eodē ordine dici debent in secreta post cōmunionē quot precesserunt ante epistolā in exordio misse: nec plures nec pauciores: finis namqz debet suo principio ⁊ quelibet post cōmunionē collecte ⁊ secrete ille precedentibꝰ cōuenire: cauendū est etiā quia si collecta pro defunctis intermisceatur in missa quedicit pro viuis nō finaliter sed penultima vel ante penultima dicatur: quia finis debet ad suū principiū retorqueri. de cōse. di. j. nullꝰ epūs. Sēper eīm faciēda est memoria pro defunctis put dicet sub. x. particula secrete sup ꝓbo Memēto ēt dñe ⁊c. qz ēt illis viuoz ⁊ ēt sanctoū i quoū honore celebrant q̄ vita gloꝛie viuit auxilio egēt. Sed in missa pro defunctis intermisceri no debet collecta pro viuis etiā vt q̄dam dicūt illa cōmunis. Deus qui viuoz dominaris ⁊c. ab Augu. cōposita: ad notandū qz defuncti iuuari nequeūt viuētes in hac vita nec etiā implorare eternā vitā: iz ipsi iuuare valeāt ab vtrisqz. In missa tñ pro defunctis potest vt quidam dicunt esse penultima collecta de sanctis ⁊ econuerso. Innocētiꝰ papa primus cōposuit quatuor collectas pro mense septēbu. Innocentiꝰ vero papa tertius cōposuit illam. A cunctis nos quesumus dñe mētis ⁊ corporis defende ⁊c. In ecclesia lateran. nunqz dicit oratio: sed in missa ⁊ in oibus horis loco orationis alta voce pnunciat oratio dñica que in no. testa. prima oratio fuit. Nam ⁊ in primitiua ecclesia sic fiebat. ¶ Sane pontifex seu sacerdos dum orare seu orationē dicere incipit: manus eleuat ⁊ extēdit. Juxta illō. Manꝰ demissas erigite: ⁊ genua debilia roborate: ⁊ romano pōtifici ⁊ etiā alijs episcopis in multis ecclesijs ministri astantes eleuātes manus substentāt: que manuū eleuatio a lege sumpsit exordiū. Legit enim Exo. xvij. ca. ⁊ xxxvj. di. si quis. qz cū israel pugnaret aduersus amalech in diserto moyses ascendit supervertice collis. Cūqz leuaret manus vincebat israel: si vero paululū remisisset: amalech populū superabat. Aaron autē ⁊ Hur sustētabant manus eius ex vtraqz parte Legitur etiā. iij. Reg. ca. viij. qz Salomon stetit ante altare domini in cōspectu ecclesie israel: ⁊ expādit manus suas in celū oās pro populo. ⁊ Esa. lij. Leuo manū meā ad dominum meum excelsum Eleuatio autem ipsa representat qz christus eleuatis manibus ferebatur in celum: vel eleuat manus ad instar saluatoris in cruce pendētis. Unde illud. Eleuatio manū mearum sacrificiuz vespertinū. Extensio vero manuū ideo fit. Nam christus cum expandisset manus in cruce pro persecutoribus orauit dicens. Pater mi dimitte illis quid nesciunt quid faciunt: moraliter

Sacerdotes dñice oronis formā se quētes missa septēariū oronis numerꝰ nō excedunt.

Fo do minica i nouo testamēto fuit prima oro.

ſtruēs q̄ xp̄s ſemp̄ paratus eſt recipere penitē-
teo. Iurta illud qđ ipſe promiſit. Omnis qui ve-
nit ad me nō eiſciam foras. Quidaz tamē perfidi
heretici deridēt huiuſmodi manuum extenſionē
propter illud Eſa. Cum extenderitis manus ve-
ſtras auertam oculos meos a vobis.

¶ De epiſtola. Rubrica.

Epiſtole ſignio vnde dicat epla

ORatione finita dicitur epiſtola: que ſi-
gnificat doctrinā apoſtolorū: elegāter
aūt illā precedit oratio: q̄ legitur Lu.
x.c. Rogate dñz meſſis: vt mittat ope
rarios ſuos in meſſez ſuā. Sane epla
grece latine ſupermiſſio vel ſuperrogatio dicitur
ab epi qđ eſt ſupra z ſtolō miſſio: miſſa em̄ eſt ab
apoſtolis ſupra legem moyſi ſup pſalmos pphe-
tas: z ſupra euangeliū: ſicut z pphete ſupra legē
vnde z littere de vna perſona ad altā miſſe appel
lātur epiſtole ſcz ſupra miſſe quaſi miſſe ſupra ſeu
preter id qđ refert nūcius viua voce ſicut z ap'lus
ſupra id quod dixerat epheſijs: corinthijs: z aliis
epiſtolis mittebat. Legi debet epiſtola ꝑ magi-
ſtrū Petrū Antiſiodoren. in dextra parte eccleſie:
q̄ xp̄s primo venit ad iudeos qui dicebant in dex
tra eſſe. Melius tñ fit in medio eccleſie pro eo q̄
Joannes fuit medius inter apoſtolos z pphetas
vt iaz dixi. Dicitur quoq̄ epiſtola in loco inferio
ri: euangelium in ſuperiori: z ſuppoſito panno: de
quo ſub euāgelio dicetur. Premittitur aūt epiſto-
la euangelio. Epiſtola namq̄ deſignat offic.ū qđ
Joannes ante xp̄m exercuit qui preiuit anté faciē
dñi parare vias eius ſicut ipſe teſtatur. Ego vox
clamātis in deſerto: parate viā dñi. Joānes ergo
quaſi ſubdiaconus z ſubminiſter illi⁹ qui de ſe di-
cit. Nō veni miniſtrari: ſed miniſtrare. vnde ſicut
predicatio Joannis preceſſit predicationē xp̄i: ita
epiſtola euāgeliū precedit. Sent quoq̄ epla figu-
rā legis z pphetie q̄ xp̄i aduentū preceſſerūt ſi-
cut ipſa euāgeliū precedit: preceſſit quidē lex euā-
gelū ſicut vmbra lucē ſicut timor charitatē z ini-
tiū perfectionē. Sane ſubdiaconū epiſtolā lectur⁹
vnus tñ comitatur accolit⁹: q̄ predicationē Joā
nis pauci ſecuti ſunt: qñ lex neminē ad perfectio-
nē ducat: ſed dyaconū euangeliū lectur⁹: tā ſubdia
coni q̄ accoliti z ceteri comitant: q̄ predicationez
euangelij que perfectū facit: plurimi ſuſceperunt.

Dupler xp̄i aduentus.

Dici etiā poteſt q̄ per ſubdiaconi z diaconi ad le-
gendū proceſſum dupler chriſti manifeſtatio per
duplicē eius aduentū ſignificatur: quorū primus
vnum tñ habuit precurſorē. ſ. Joannē qui p ſub
diaconū precedentē ſignificatur. Scōs duos ha-
bebit. vez enoch z helyā qui per duos vel per plu
res precedētes diaconū figurātur. Facies autem
epl'am legētis reſpicere debet altare: qđ xp̄m ſign.
q̄ Joannis predicatio ſe z alios dirigebat in xp̄z
de cuius vultu iudiciū z equitas procedunt. extra
de eccle. bene. vt noſtrū. Is vero qui precedit ſub
diaconū cunctē legere non verti: faciem ad legen-
tem: quia Joannes non ad ſe audientes: ſed po-
nius ad chriſtum dirigebat: ſed qui diaconum eun
tem legere precedebant: nunc reſpiciunt ad euan-
gelium et ad faciem recitantis. Primo vt ex mu-
tua vtriuſq̄ inſpectione amor et charitas chriſti
notetur: qui in euangelio predicatur. Secundo vt
ſe eſſe conteſtes euangelice doctrine oſtendant: ſi-
cut legitur in Eſa. Vos eſtis teſtes mei dicit do-
minus. Quia vero Joannes fuit limes precedē-
tium z ſubſequentium medius inter apoſtolos et
prophetas. Nam lex z prophete vſq̄ ad Joannē
z ex eo regnum dei euangelizatur. ideo epiſtola
nec ſemper legitur de prophetis: nec ſemp̄ de apo
ſtolis: ſed interdum ſumitur de veteri teſtamento
interdum de nouo. Joannes enim cuius vocem
repreſentat epiſtola cū antiquis xp̄m predixit fu-
turū dicēs. Qui poſt me venit añ me fact⁹ eſt: z cū
modernis chriſtum oſtendit preſentem dicens.
Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi. In-
terdum ergo ſumitur de apoſtolis: quia licet eo-
rum doctrina non preceſſerit euangelium: tamen
ad vitam eternam refertur ſicut lex z prophetia.
Et interdū de veteri teſtamento: raro tamen quia
velum templi ſciſſum eſt: nec ponendum eſt ante
oculos velum. Epiſtola tamen non legitur de q̄n
q̄ libris moyſi: quia in illis temporalia promitte-
bantur. In cuius ſignum lectiones de illis ſump-
te terminantur in grauem accentum vt iam dice
tur. ¶ Conſiderandum autem eſt q̄ quando lec-
tio vel epiſtola de libris moyſi vel ſalomonis ſu-
mitur nomen eorum recitatur: vt dicetur in proe
mio ſexte partis. Item in epiſtolis que ſumuntur
de prophetis vel de actibus apoſtolorum: ſiue de
apocalypſi ponitur in p̄cipio hec oratio. In die-
bus illis: z in fine dicitur ait domin⁹ omnipotēs:
eo q̄ in libris illis hoc ſepe ſcriptū inuenitur. Ea-
dem etiam ratione dicetur in epiſtolis Jacobi et
petri Chariſſimi: et in epiſtolis Pauli fratres: et
in chriſto ieſu domino noſtro. In epiſtola tamen
ad hebreos dicunt quidam non debere apponi
Fratres: eo q̄ apoſtolus ſuſpectus erat hebreis:
ſed melius eſt vt apponatur: quoniam quidaz bo
ni erant inter eos z ipſe eos in quodam loco eius-
dem epiſtole vocat fratres. Propter premiſſam
etiam cauſam dicitur in euangelio. In illo tempo
re. proprie tamen loquendo nulla epiſtola eſt de
veteri teſtamento: ſed ille lectiones vocantur. Po
ro licet in epiſtolis que de apocalypſi legūtur di-
catur. Lectio libri apocalypſis beati Joānis apo
ſtoli: in quibuſdam tamen eccleſijs et epiſtolis ta-
cetur illud verbum beati. Certum eſt enim quod
beatus Joannes precipue fuit inter omnes apo-
ſtolos a chriſto dilectus. Dilectio tamen dei bo-
nos nos efficit: quia beatus quem elegiſti et aſ-
ſumpſiſti. Hac ergo conſideratione eum ſicut
ceteros ſanctos ſuperuacuum eſt beatitudinis ti
tulo ſanctum oſtendere: et ſolem quodam modo
facibus adiuuare. ſexta. queſtione prima. capitu-
lo omnia. cum ipſe velut titulus per ſe patens effe
ctum beatitudinis ſcilicet dilectionem dei eviden
ter pre ceteris ſit ſortitus. ¶ Ceterum nullus de-
bet epiſtolam ſolenniter in eccleſia legere: niſi ſit
ſubdiaconus: qui ſi forte defuerit dicatur a dia-
cono: de quo dictum eſt in ſecunda parte ſub titu.
de ſubdiacono vel etiā a ſacerdote. Melius enim

Qui de
bent epi
ſtolaz
legere i
eccleſia

legere

est vt sacerdos etiam missam cantās illā legat ꝙ si ab accolito vel alio inferioris ordinis legatur. ¶Circa hoc autē notandum est ꝙ populi instructio fit per verbū dei: quod quidē a deo per eos ministros ad populū pertinet: ⁊ ideo ea que ad plebis instructionē pertinent non a sacerdote: sed a ministris dicuntur. Ministerium tamen verbi dei triplex est. Primū auctoritatis quod cōpetit christo: qui minister dicitur ad romanos. xv. Erat enim sub potestate docens. Secundum manifeste veritatis quod cōpetit predicatoribus noui testamēti: de quo dicit in secūda Cor. iij. Qui ⁊ idoneos fecit ministros. Tertium figurationis: quod competit predicatoribus veteris testamēti: ideoq; doctrinam christi proponit diaconus. Doctrina vero predicatoꝝ veteris testamenti proponitur per subdiaconos: nec obstat ꝙ aliquādo per eos legitur loco epistole aliquid de ipso veteri testamento: qz predicatores noui testamenti etiā vetus predicant. Ceterum doctrinā predicatorum veteris testamenti non semper legitur sed illis diebꝰ quibus precipue cōfiguratio noui ⁊ veteris testamēti designat: vt in ternis quatuor tēpoꝝ ⁊ quādo aliqua celebrantur: que in veteri lege figurata sunt sicut passio natiuitas: baptismus ⁊ aliquod huiusmodi: et quoniā vtraq; doctrina ordinat ad christū ⁊ eoꝝ qui preibāt: ⁊ eoꝝ qui sequebātur ideo doctrina christi postponitur quasi finis. ¶Cū aūt dicitur epistola genua non flectimus: cum ad nouū pertineāt testamentum: immo sedemus quia doctrina in quiete et silentio audienda est. Vsus etiam sedendi a veteri testamento assumitur sicut in Esdra legitur. Milites tamē stare cōsueuerunt quando epistole pauli leguntur in honorē eius qz miles fuit. Unde in signū militie sue depingitur cū ense in manu: vel ideo quia ipse suā predicationē euangeliū nominauit. ¶Et est sciēdū ꝙ nunq; in quadragesima legit epistola pauli: nisi rātū in cena domini: que ad nouū pertinet testamentū. ¶Sane lectiones apostolicas ⁊ euāgelicas quis primo ante sacrificiū dici debere statuit non omnino certū est. Creditur tamen ꝙ primi successores apostolorum eo ꝙ in illis eadē sacrificia celebrari iubentur. ¶Queritur autē quare prophetias voce inferius deflexa euangelium vero ac epistolam vocem exaltando finimus: Respondeo per prophetiam que est de veteri testamento synagoga que inclinata est ⁊ cecidit intelligitur: ideoq; inclinando vocem ⁊ quasi cadendo prophetia finitur. Hinc etiam est: ꝙ synagoga depingitur quasi fracta hostia vexilli: per euangelium vero ⁊ epistolam ecclesia militans repreſentatur que exaltata est: ⁊ ideo illa cum exaltatione vocis finiuntur. Preterea in veteri testamento tēporalia ⁊ caduca promittebantur: in cuius figura lectiones in grauem accentū terminantur. In nouo vero testamento spiritualia ⁊ eterna in cuius rei signum euangeliū ⁊ epistola in accentū terminantur acutum. Quedam tamen lectiones de veteri testamento sumpte que in officio misse pro epistolis sepe leguntur in accentum terminantur acutum ⁊ sub tono epistolari leguntur: cum enim tūc in locū epistole succedant: merito ⁊ quo ad hoc ⁊ quo ad nomen illarum debent imitari formam.

Doctrina i quiete ⁊ silē. tio audiēda est.

¶De reuerentia post lectam epistolam faciēda. Rubrica.

Post lectā epistolā subdiaconus cum accolito ad sacerdotē accedit illud insinuās ꝙ Joānes cū audisset in vinculis opera xpi misit duos ex discipulis suis nō credentes xpm esse messiā vt interrogarent illum. Tu es qui venturus es an alium expectamus? Et respōdēs Jesus ait illis. Euntes annūciate Joanni que vidistis et audistis. Ceci vident ⁊c. vt dicetur in sexta parte sub tertia dominica aduentus. Quia vero illi per visa miracula cognouerunt hunc esse de quo eoꝝ magister predixerat. Qui post me venit ante me factus: est cuius nō sum dignus soluere calciamēta sua: ideo pronus ad pedes calciamentū romani pontificis subdiaconus osculatur. Preterea qz dextra dñi fecit virtutē: ideo subdiaconus in quibusdam ecclesijs osculatur dextram sacerdotis. Adhuc lecta epistola subdiaconus librū clausum episcopo repreſentat: ipse vero supra illum manū ponit quam subdiaconus osculatur. Nempe episcopus christum figurat: cui clausus liber repreſentatur ad designandū ꝙ solū xps potuit aperire libros ⁊ soluere signacula eius in quo ipse xps ⁊ eius mysteria clausa erant donec cepit ab ipso christo per predicationem euangelij aperiri. Christus autem legem in qua clausus tenebatur opere impleuit qui non venit legē soluere sed adimplere quod significat manꝰ impositio super librū. Manus enim opus significat. Ipsa quoq; manꝰ positio significat desiderium ⁊ promissionem credendi ⁊ opere complendi que lecta sunt. Quia vero nemo accipit benedictionem in lege promissa nisi qui cum amore: qui per osculum designatur: opere perficit quod sermone alios facere docet: ideo ad hoc designādū subdiaconus benedictionē accepturus manū episcopi osculatur. ¶Rursus qz pōtifex vt premissum est christum repreſentat: subdiaconus ⁊ ceteri debent ei actus suos humiliter subdere: ⁊ ab ipso benedictionis gratiam postulare: vnde in euangelio. Cum omnia beneficeritis dicite Serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus: ⁊ subsequēter episcopus vel sacerdos subdiacono benedicit: quia christus cōmendauit Joannem dicens. Quid existis videre in deserto prophetam: etiam dico vobis plusq; prophetam. Amen dico vobis. Inter natos mulierum ⁊c. Subdiaconus ergo post finem: diaconus vero ante principium lectionis ad sacerdotes accedit ⁊ exhibet reuerentiam: qz lex finē accepit in christo: sed euangelium originem sumpsit ab ipso nam lex ⁊ prophete vsq; ad Ioannem euangeliū christi ⁊ epistole post Joannē. In missa vero pro defunctis subdiaconus: lecta epistola non venit ad osculum manus. tum quia ibi cessat ratio supradicta: tum quia in illa missa quelibet solennitates subtrahuntur.

Pontifices Romani calciamētū ꝛre. subdiaconꝰ osculat.

¶ De sessione sacerdotis vel episcopi ⁊ ministrorum. Rubica.

RAtione finita sacerdos seu episcop⁹ sedet. Et est notandū q̄ in misse officio tribus locis sedet: videlicet dum epistola legit de quo in titulo de mutatione sacerdotis dicetur ⁊ dū respōdet ⁊ alleluya cantant̄ significans tres dies quibus dominus sedit hierosolymis in tēplo in medio doctorū audiens ⁊ interrogās illos. Sedens aūt stat cōuersus ad populū: vt ostendat potestatem sibi a deo esse datam q̄ possit speculari ⁊ superintendere qui stāt in ecclesia humiliter: qui superbe animę enim ei cōmisse sunt: ⁊ de illis est rationem redditurus deo. Sed etiam in loco eminētiori vt quasi vineator custodiat vineam suam: et populo superintendat: nā ⁊ dominus in alta positorum sedens custodit ciuitatem suam. ¶ Postea oratio que dicitur ante epistolā priusq̄ sacerdos sedeat specialiter significat tēpus illud quo christus in celū ascēsurus apostolis benedixit. Sessio vero que sequitur significat christi sessionem post ascensionem ad dextram patris sedēs: quippe victoris est. Unde sessio sacerdotis victoriaz christi designat: vt dicetur sub titulo de mutatione sacerdotis. Sessio ministrorum significat sessionē ipsorum quibus dicitur. Sedebitis vos super sedes iudicantes duodecim tribus israel scilicet illos q̄ in celestibus iam regnant. Qui vero in choro laborant illos qui adhuc in mundo peregrinantur. Unde lectores ⁊ cantores ad officiū surgentes negocium dei agūt: quibus dicitur negociamini dū venio. Quidam ergo ministrorum cum episcopo sedent per quos christi mēbra in pace iam quiescētia ibi intelliguntur: de quibus apostolus. Consedere fecit nos in celestibus in xpō aut illi qui iudicabunt duodecim tribus israel: alij vero stant per quos christi membra adhuc in certamine posita intelliguntur. Nempe pontifice sedente in quibusdam ecclesijs candelabra mutantur de locis suis ⁊ collocantur in ordinē vnius linee a primo vsq̄ ad altare: ad notandum q̄ de plenitudine christi omnes accepimus in spiritus vnitate: sed gratiarum varietate diuisiones enim sunt gratiarum: idem autem spiritus. de cōse. disti. iiij. cum omni. Spiritus enim a primo cereo stato seu candelabro ineſt a christo procedēs ⁊ vsq̄ ad altare: id est electorum corda perueniens alternatim in membris dona variat gratiarum. Et memēto q̄ accoliti deponunt candelabra in terrā: quo ntā post peracta predicationis officia per humilitatem agnoscunt q̄ sunt pulus ⁊ cinis: sicut dicit Abraaz. Loquar domino cum sim pulus ⁊ cinis. In romano ordinario legitur vt pōtifex non sedeat donec post primam orationem dicatur. Amen. Non ergo debet sedere vsq̄ ad lectionem: quoniam precedens officium gratulationi de aduentu: operibus christi deputatur: episcopus enim christum venientem et operantem significat: ceteri vero eos qui precedebant ⁊ qui sequebantur ⁊ qui obuiabant representant.

Significatio sessionis ministrorū.

¶ De graduali. Rubica.

POst epistolaz cantatur graduale seu responsorū quod pertinet ad opera actiue vite: vt notetur nos operibus respondere eis que in lectione audiuimus scilicet predicationē. Ursus q̄ Joannes predicabat penitentiam dicens. Penitentiā agite appropinquabit enim regnū celoz. Et iterū. Facite dignos fructus penitētie. Merito post epistolam graduale: sequitur quod penitentie lamentum insinuat: propter quod in dieb⁹ penthecostes de officio tollitur vt iam dicetur. Tertio ideo post epistolā sequitur graduale: quia post predicationem Joānis discipuli secuti sunt christum: sicut Joannes euangelista describit. Stabat inquit Joannes ⁊ ex discipulis eius duo ⁊ respiciens iesum ambulantem dixit. Ecce agn⁹ dei: audierunt duo discipuli eum loquentem ⁊ secuti sunt iesum. Ad hoc cantus epistolam comitatur: quia predicationes predicatorum secuta sunt gaudium ecclesie ⁊ dei laudes ⁊ preconia de credentiū conuersione: quia per graduale conuersio de iudeis: per versum cōuersio de gentilibus: per alleluya vtriusq̄ in fide leticia: per sequentiam cāticum victorie figuratur. Alia ratio ponetur sub titulo de tractatu. ¶ In quibusdā tamen eccl̄esijs graduale ante epistolam cantatur: ad notandum q̄ predicator⁹ prius opere ⁊ postea verbo oportet docere. Dicitur autez graduale vel gradale a gradibus scilicet humilitatis significans ascēsus nostros de virtute in virtutem sicut filij israel de mānsione in mansionem processerunt: vt tandem videatur deus deorum in syon. Unde in Deutero. Terra nostra mōstruosa est. Hec terra est celestis hierusalem: que per cogitationes celestium habetur. Conuenit enim graduale illi qui necdū ascēdit de virtute in virtutem: sed adhuc in conualle positus lachrymarū: iam tū ascensiones in corde dispositas. Rectius ergo faciunt qui graduale nō festiuis ⁊ modulatis vocibus offerunt: sed quasi canticū grauamen asperū sim pliciter potius ⁊ lamentabiliter canunt: tū responsoriū q̄ quod etiā predicatio noui testamēti figuratur: altius lectione ⁊ epla que significat predicationē veteris testamenti canitur: vt siquis forte cordis auribus obturatis depressa amonitione veteris testamēti nō excitatur: saltē excelsa modulatione noui demulceatur. Uerūtamen ⁊ lector ⁊ cātor officiū suū impleturi gradū ascēdūt: q̄ doctor perfectione vite vulgus trāscendere debet. iiij. dist. statuimus. Potest etiā dici q̄ per epl̄am Joannis: per graduale aplor⁹ p̄dicatio intelligit: per alleluya deuotio et letitia. ¶ Ursus per lectionē vetus: per cantū vero nouū intelligitur testamentū. Sic ergo cantus suauior est lectiōe sicut nouū testa. suauius est veteri. Scōo dicit graduale a gradu altaris: eo q̄ in festis diebus in gradib⁹ cantatur sicut ⁊ alleluya ad notādū premissos virtutū gradus. In profestis vero diebus in medio chori ante gradus altaris cātat ad designādū q̄ in corde q̄ est i medio corporis premissos gradus fundare debem⁹. Ter

Graduale in quibusdā ecclesijs cātat ante epistolā.

Responsoriū vñ dicatur.

tio dicitur graduale: quonū apostoli post dominum gradiebanť vt iam dicetur. Responsoriū vero dicitur: quia versus vel epistole correspondere debet vt si in epistola agať de gaudio ⁊ in responsorio similiter si ibi de tristitia ⁊ ꝫ similiter ne possit nobis improperari quod dñs dicit. Cantauimus vobis ⁊ nō saltastis lamētauimus ⁊ nō plorastis. Unde apostolus. Gaudete cum gaudentibus: ⁊ flete cum flentib⁹. Dicitur etiam responsorium: quia choro respōdente illud recipientibus cantatur: propter quod significat. vitam actiuam in qua sancti se inuicem hortantur: vt ad eternam perueniāt vitā. Potest tamē respōsoriū ad respōsionē apostolorū referri qñ christo vocāte ⁊ dicēte Uenite post me: ipsi nō tantū verbo sed opere responderūt. qz relictis omnibus secuti sunt cuz: ⁊ gradiebantur post dñm. discipuli post magistrū de hoc dicetur in prohemio quinte partis. Significat aūt graduale seu respōsoriū labozātes in hac vita: ⁊ ideo nō dicitur infra octauas pasche ⁊ pēthecostes per quas octaue nostre resurrectiōis designātur: qñ omnis laboris expertes erimus. Absterget deus omnē lachrimā ab oculis sanctoruz suoruū. Itaqꝫ in graduale seminamus: in alleluya metemus. Uersus respōsorij sic vocatur: qñ de eo fit reuersio ad ipsum responsoriū prout sub titulo de alleluya dicetur. Rursus graduale bonū op⁹ ⁊ vitā presentē in qua seminamus ⁊ a dño peregrinamur significat: versus vero adiutoriū designat. Uersus ergo post graduale canitur: qz adiutoriuz nobis est necessariū quādiu in hoc ergastulo detinemur. Graduale plane incipiť ne nimis versus ascendat in quo designātur: qui religionē ꝓpter eius austeritatē ingredi metuūt versus vero alte: in quo designātur qui ieiunādo: orādo: ⁊ alia bona faciendo ascendūt nō timentes carnē quā cuz vitijs ⁊ cōcupiscentijs mortificant. Ad hoc qñqꝫ vnus solus versum cātat ad monēdum ꝙ quisqꝫ secū fragilitatē suā tractet. Et quāqꝫ graduz tenore versus alte nō inchoetur. In quo etiā significantur hi qui cōsideratione ꝓprie fragilitatis dc quid agunt humiliter agūt finito tñ versu vox fiducialiter exaltatur: in quo designať ꝙ de misericordia dei cōfisi fiducialiter omni sue actioni insistūt. Cantatus aūt graduale a perfectis: prout in titulo sequenti dicetur. Porro responsoriuz qđ in missa cantatur: nec perfecte nec imperfecte repetitur: nec ei gloria patri subijcitur: qđ tamē in respōsorio altarū fit honorū. Circa qđ attēdendū est qđ alie canonice hore institute sunt ad referendū deo laudes pro diuersis beneficijs in illis horis ab eo receptis: hinc est ꝙ lectio in illis ꝑmo dicť in qua beneficiū vel pars eius in illa hora datū designatur: postea cātatur responsoriū in quo laus beneficio correspondet: qz ergo laus repeti debet. iuxta illud apostoli. Gaudete in dño semp: iterum dico gaudete. ideſt laudē deo dicite: ideo hmōi responsoriū repetitur. Sed ⁊ qz quis benefactori suo tenetur: deo vero nihil aliud possumus nisi gloriaz ⁊ honorē offerre: ideo in fine respōsorij ⁊ cuiuscū, ꝙ nocturni: vbi in lectionibus aliqđ beneficiū totū vel pars eius est repetitū referimus gloriam: et gratiā trinitati. Responsoriū aūt qđ in missa cantatur gratiā designat: vt premissum est responsoriū apostolorū christo eos vocāte omnia relinquēte tium. Quia ergo illi nihil retinuerūt pro quo iterū eos vocari oporteret: ideo resp̄ōsoriū illđ nullo modo repetitur: sed nec cū gloria patri finitur: qz nō ad gloriā sed ad luctū vocati sunt dicente dño in Luca. Sicut misit me pater et ego mitto vos.

¶ Et nota ꝙ Gregorius: Ambrosius: ⁊ Gelasius cōposuerunt gradualia: tractus: ⁊ alleluya: et ad missam ea cātari statuerunt. Ceterū qñqꝫ solū responsoriū cantatur in missa: qñqꝫ solū alleluya qñ qꝫ respōsoriū cū alleluya: qñqꝫ cū tractu: qñqꝫ alleluya cū tractu: de quo dicetur in sexta parte sub titulo de septem diebus post pascha.

graduale est responsoriū

¶ De alleluya. Rubrica.



Uita post luctū sequiť ysolario. Nam beati qui lugēt: qñ ipsi consolabūtur ideo post graduale cātatur alleluya: qđ est leticie cāticū ⁊ auditū ab angelis decātari. sicut legiť i Apocalypsi. Rursus qz ascensus de virtute in virtutē ꝑ quos graduale dicimus significari: sepe tedioſi essent nisi gaudiū haberent admixtum: sicut filijs israel multa incōuenientia acciderūt qñ de mansione in mānsionē ꝓcesserūt: tō post graduale cātatur alla. Thobie penul. Platee tue sternātur auro mūdo ⁊ candido: ⁊ in vicis eius cātabitur alleluya. Est aūt alleluya laus angelica sententia quidē breuis magnū cōtinens iubilū siue incitās ad iubilū. Iubilat eñ ecclesia sciens ꝙ grandis restat via vsqꝫ ad montē dei oreb: qđ interpretatur mēsa timens ꝙ fideles obdormiāt in fide ⁊ faciant vitulū conflabilē. ideſt lasciuiāt in temporalib⁹. Est aūt alleluya hebraicū nomē vocabulū siquidē significās potius qꝫ exprimens ineffabile gaudiū ab hac vita peregrinantiū: gaudiū vez angelorū ⁊ hominū in eterna felicitate letantiū qđ nec oculꝰ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit. Cuius verbi expositio ſm Jnno. iij. et. cxij. psalmo habetur: cui cūalleluya ꝑmittatur in ti. statum psalmꝰ exponēdo ti. incipit. Laudate pueri dñm. vñ ſm eū alleluya interpretatur Laudate pueri dñz Augu. vero sic exponit. al. i. saluū. le. i. me. lu. i. fac. ya. i. dñe. Hieronymꝰ sic alle. i. cātate. lu. i. laudē. ya. i. ad dñm. Grego. sic alle. i. pater. lu. i. filiꝰ. ya. i. spiritussanctꝰ. vel alle. i. lux. lu. i. vita: ya. i. salꝰ. Magister petrus antissiodorēn. sic al. i. altissimꝰ. le. eleuatus est in cruce. lu. i. lugebāt apli. ya. i. iam surrexit Petrus comestor dicit sup apoca. ⁊ Augu. in glosa psalterij ꝙ alla est ebū imperatiui modi: ⁊ sonat allelu. i. laudate. ya. i. vniuersalē. vel ya. i. inuisibilē. s. deū: quasi laus inuisibilis dei. Et qñ alleluya future beatitudinis quasi proprium est vocabulum merito magis eo tēpore scilicet paschali frequentatur quo christus resurgens eiusdē beatitudinis speciem nobis tribuit ⁊ promissum: put ibi dicetur. Quod enim alijs temporibus caneretur ad missam olim ecclesie romane cōsuetudo nō erat: sed a beato Gregorio constitutū: immo potiꝰ

Alla nomē ē hebraicum de cuiꝰ expōne varios doctoꝛes vide

restitutum est. Nam cū prius tempore Damasi pape fuisset eadē cōsuetudo defecerat. Hieronymus dicit q̄ alleluya dicat in missa esse de ecclesia hierosolymitarū. Canim⁹ igit alleluya post graduale cāticū videlicet letitie post luctū penitētie summopere nitētes exprimere magnitudinem cōsolationis: q̄ reposita est lugentibus. iuxta illud. Beati qui lugent: quōm ipsi cōsolabuntur iubilantes potius q̄ canentes vnam q̄ breuem digni sermonis syllabam in plures neumas protrahimus: vt iocundo auditu mēs attonita repleatur & rapiatur illuc vbi semper erit vita sine morte & dies sine nocte. Est etiam alleluya modicū in sermone & multum in neuma: q̄ gaudiū illud magis est q̄ possit explicari sermone. Neuma em̄ seu iubilus qui fit in fine exprimit gaudium & amorē credentium: et quanta letitia & laus secuta sit per predicationē & fidem auditā. iuxta illud. Audiuit & letata est syō & in cāticis. Exultabim⁹ & letabimur in te. Quid sit neuma dicet in prohemio quinte partis. Quādo aūt dicitur sequētia nō dicitur neuma post alleluya: prout sub titu. de sequētia dicetur. Potest etiā alleluya referri ad exultationē eorū qui de miraculis christi gaudebāt laudantes dōm & dicentes. Quia vidimus hodie mirabilia: & qui visitauit dominus plebem suā. Tunc em̄ cantabitur in iubilo alleluya: q̄ omnis plebs vt vidit dedit laudē deo: & gaudebat de vniuersis que gloriose fiebāt ab eo. Hinc est q̄ a septuagesima vsq̄ ad pascha nō cantatur alleluya: q̄ tempore tristicie nō debet decantari carmen letitie: prout ibi in phemio sexte partis dicet. Porro q̄ alleluya interposito versu repetitur & sic bis in missa dicitur: designat eterne vite gaudium: & qō interiecta letitia sancti geminam glorificationis stolam accipient anime videlicet et corporis. Nam scōm stolam mentis seu anime exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis: ꝫ stolā carnis falgebūt & tanq̄ scintille in arūdineto dis. urrēt: & de hoc dicetur in sexta parte: sub sabbato in albis. Versus ergo nihil sinistrū aut triste: sed totū iocundū & dulce debet sonare: quales sunt illi. Dōs regnauit decorē induit⁹. Dōs regnauit exultet terra &c. Jubilate deo omnia terra &c. Justus vt palma florebit &c. q̄m absterget deus omnē lachrymam ab oculis sanctorum & iam nō erit luctus neq̄ ti. q. p. r. Versus quoq̄ dicūtur a reuertendo eo q̄ per eū reuertimur ad alleluya: qui post alleluya sequitur q̄ significat operationē que laudi iungi debet: quia nō bene deū laudat qui bene operari cessat. Per hoc vero q̄ alleluya cum neuma repetitur laus & gaudiū ineffabile patrie significatur. In nonnullis ecclesijs alleluya cantatur a pueris: graduale a magnis: vt notetur q̄ deus ex ore infantiū perfecit laudem: & psalmista. Laudate pueri dominū cuius psalmi titulus est alleluya. Illi enim q̄ pueri sunt laudi christi conueniunt: fortes vero in fide & in tolerando aduersa qui pugnare possunt contra amalechitas graduale debent cantare. ¶ Alica hoc notandum est q̄ cantorum alij sunt qui in choro cantus voce magna distribuunt: hi sunt rectores ecclesie qui deum laudant & alios verbo et exemplo ad laudandum inuitant: alij sunt pueri qui graduale in gradibus cantant: hi sunt actiue de virtute in virtutē in charitatis gradibus ascendentes: qui dum graduale inchoant alios ad coniunctionem inuitant. Dum versum concinunt pdse redeuntes suas cogitationes accendūt: & dum illum finiunt se bonuz certamen certasse & cursum consummasse insinuant. Alij sunt perfecti viri qui in alijs ecclesijs alleluya vel tract⁹ in pulpitis concinunt: hi sunt contemplatiui carnem affligentes & mentem excedentes: quorum conuersatio est in celis: non est hic hominum: sed angelorū. Sequētia vero non illi soli decantant: sed chori communiter iubilant: quoniam iubilus eternus & ineffabilis angelis erit communis & hominibus. Deberet etiam alleluya in gradibus et versus orientem decantari: & quoniam vitam contemplatiuam significat: debet legi in altiori loco q̄ responsorium qō actiuam designat. Rursus in quibusdam ecclesijs cantans alleluya sumit aliquid in manu: vt insinuet se deum nō solum voce: sed etiam opere collaudare seu manus ducit. Juxta psalmistā. Omnes gentes plaudite manibus iubilate &c. In plerisq̄ etiam ecclesijs alleluya de trinitate cantāt in dominicis diebus scilicet. Benedictus. vel qualis pater: vt fidem hylariter profitentes ad spem perueniant. ¶ Et attende q̄ alleluya dominicalia a pentecoste vsq̄ ad aduentum sepe omittim⁹ quoniam aliter & aliter in alijs & in alijs gradualibus disponuntur. Ea igitur diligens cantor attendat & diligēter vniuersitatibus officiorū assignet.

a septuagesima vsq̄ ad pascha dīre non cāt̄atur alleluya

alleluya dñicalia a pēthecoste vsq̄ ad aduentū sepe omittimus.

¶ De tractu. Rubrica.

Dominica septuagesime vsq̄ ad vigiliam pasche. scilicet in diebus et officijs luctus: quia tunc non canitur carmen letitie loco alleluya quod significat exultationē habitam de spe eternorum: dicitur tractus ex institutione Thelesphori pape. Dicitur autem tractus a trahendo: quia tractim & cum asperitate vocum & prolixitate verborum canitur: eo q̄ miseriam & laborem presentis incolatus insinuant: de quo psalmista. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est &c. In tractibus enim representatur longa sanctorum patrum expectatio: et iudeorum captiuorum merori & afflictio: qui tempore babylonice captiuitatis sedentes super flumina babylonis & flentes in salicibus sua organa suspenderunt quod tempus ecclesia representat a septuagesima cāntica letitie subtricendo & tractus dicendo. Tantum autem interest inter alleluya & tractum q̄tum inter letitiam et tribulationem. Item tantum interest inter responsorium cui omnes respondent: et tractum cui nemo q̄tum inter actiuam & contemplatiuam vitā. Est autē tractus medius inter responsorium & alleluya: vt dicetur in sexta parte sub tit. de septē diebus post pascha. Porro tractus q̄ gemitū & cāticū lachrymale exprimit lachrymas sanctorū siue actiua siue cōtemplatiua vita represen-

gat. Unde tract⁹ dicit qꝝ sancti suspirātes ab imo pectoris gemitū trahūt: qꝝ licet gaudeant: vt monet alleluya: tñ hic in valle lachrymarū cōmorantes habent irriguū superius ⁊ inferius: quod tractus mysticat gemit eñ flebiliter pro dilectiōe superne beatitudinis ⁊ sup flumina babylonis sedētes patrie sue memores interim lachrymas fundunt pro suis ⁊ aliorū excessibus dū ex vicinitate babylonici fluuij seipsos vident sepe aspersos et alios penitus immersos ipsius fluuij rapiditate ferri deorsum. Sed qꝝ hic ploratus qñqꝝ est respectu superni gaudij: quandoqꝝ respectu nostre miserie: ideo tractus similiter quandoqꝝ est de letitia pro superiori irriguo. vt De profundis: ⁊ alij huiusmodi. de vtroqꝝ irriguo tractat Grieg. in lib. iij. dialogorum. capᵒ. xxxiij. ¶ Et est aduertendū qꝝ post duos tractus tribulationis sequit tractus letitie. put sub dñica septuagesime ⁊ dñicis sequētibus videri potest: ⁊ hoc ideo quia post duos dies sepulture dñi occurrit tertius resurrectionis. Rursus quia gaudiū sanctorum non est hic plenum ⁊ continuum: sed sepe interrumpitur: ideo ecclesia qñqꝝ interponit tractum vt in tēpore septuagesimali: ⁊ cū i sabbato paschali post alleluya sequatur tractus: qꝝ hoc gaudiū non expedit sine fletu in sabbato tamen in albis duplicatur alleluya: qꝝ eterna vita perfectū erit gaudiū glorificata a carne cum anima ⁊ cōpleta resurrectione sanctorum cum resurrectione christi. ¶ Sane in dominica septuagesime vsqꝝ ad quartam feriam cinerū dicūtur tractus solum in dominicis diebus: eo qꝝ populus tunc melius conuenit in ecclesia qui indiget edoceri qualiter captiuitatem diabolicaꝫ per babylonicam significatā debet deplorare. Tract⁹ eñ tps babylonice captiuitatis representat: sed post dictā feriam que est caput ieiuniorum magis frequentatur: qꝝ tunc magis est tempus meroris ⁊ afflictionis: vtpote ordinatū ad excutiendū iugum diabolice captiuitatis per merorem contritionis ⁊ humilitatem confessionis atqꝝ asperitatē satisfactionis que precipue in ieiunio vigēt. Sed ⁊ licet dominica dies resurrectionē figuret: tamē in dominicis septuagesime cantica letitie subticētur ⁊ tractus dicuntur: qꝝ iudei toto septuagenario babylonice captiuitatis continue afflicti fuerunt: ⁊ nos in istius vite septuagenario que per septuagenarium ⁊ per cō sequens per septuagenarium ducitur continue dolores ⁊ miserias experimur donec ad octauā vere ⁊ perfecte ⁊ nō figurate resurrectionis per xp̄i misericordiā viuamus. ¶ Postremo considerandum est qꝝ versus sequentiarum bini ⁊ bini sub eodē cantu dicunt: quod contingit: qꝝ vt plurimū bini ⁊ bini per rithmos sub parib⁹ syllabis cōponūtur: quod in versibus tractuū nō reperitur: qui ex sacra scriptura vt plurimum sumūtur: ideoqꝝ in tanto nequeunt cōbinari. Rursus ille sub vno cantu cambinat adnotandū qꝝ exultatio vere charitatis in vno deo pernetr: sequēta eñ exultationē: cōbinatio charitatem designat. Uersus vero tractuum qꝝ merorem significant singulariter decātantur. Juxta illud ps. Singulariter sum. donec ego trāseā. Dicit xj. q. j. qñ solus sedebam: qꝝ amaritudine plenus erā. ¶ Non est etiā omittendū qꝝ licet regulariter gradualeve alleluya immediate sequatur epistolam ne nos musicus ille reprehendat dicēs. Lātauimus ⁊ nō saltastis: lamentauimus ⁊ nō plāxistis. Alleluya enim cātat pro saltatione: graduale pro planctu subiungitur penitentie. Hoc tamē fallit in sabbatis quattuor temporum: ⁊ in quarta ⁊ in sexta feriis maioris ebdomate: ⁊ in quib⁹ tractus immediate sequitur epistolā: ⁊ hoc ideō quia in illis dieb⁹ musicus ille nobis auferē. Haz in dicta quarta feria venditur: in sexta crucifigit: quod in dictis sabbatis quo ad aliquid representat: ⁊ ideo ad maiorē luctū insinuādū tractus in illis immediate epistolā comitatur. Quod aūt tractus maiorē insinuet luctuz qꝫ graduale per hoc innuitur qꝝ nunqꝝ cū alleluya cantatur nisi ob spectalem causam in sabbato paschali.

¶ De prosa seu sequentia. Rubrica.

Est alleluya prosa seu sequētia dicit qō est silr canticū exultationis ad notandū gemitū ā g'orificationis stolam quā sancti accipient: prout iā premissum est. Cātat autē sequētia ab oīb⁹ simul in choro: vt notet cōcordia chantantis: talis eñ laus deo placet. Unde in canticis. Vulnerasti cor meū soror mea spōsa mea in vno oculorū tuorum: ideo dicit in vno vt notet cōcordia ⁊ voluntas vniformis: qꝝ laus sic facta est cibus delicatissimus deo: hec est tunica illa incōsutilis quā de⁹ non patitur scindi. xvi. q. xj. sicut de hoc dictū est sub titulo de alleluya ⁊ dicetur in prohemio quinte partis vbi de antiphōis agitur. ¶ Rocherius abbas sancti galli in theutonia primo sequētias pro neumis ipsius alleluya cōposuit ⁊ Nicolaus papa ad missas cantari concessit. Sed ⁊ hermannus contractus theutonicus inuentor astrolabij cōposuit sequētias illas. Rex omnipotens ⁊ Sāctispiritus ⁊c. ⁊ Aue maria gratia ⁊ antiphonā. Alma redemptoris mater. ⁊ Simō bariona. Petrus vero cōpostellanus episcopus fecit illā. Salue regina misericordie vita dulcedo ⁊ spes nostra salue ad te clamamus. Quidam vero rex francie. Robertus nomine cōposuit sequentiā illam. Veni sancte spiritus: ⁊ hymnum Chorus noue hierusalē. Antiquitus enim mos erat vt semper alleluya cantaretur cum neuma: sed postea dictus papa instituit loco illius neume in preciptis solennitatibus sequentias dici. Quando ergo non dicitur alleluya: nō dz sequentia dici qñ loco neume eius dicit: ⁊ idē significat qꝝ neuma scz eterne vite gaudiū ⁊ delicias que nullo verbo exprimi pñt ⁊ tō per neuma que est vox nō significatiua intelligūtur. Et inde est qꝝ quedā sequentie antique solēt noua ꝛba ⁊ icōgrua habere ⁊ inusitata: tū qꝝ celi gaudiū secretū atqꝝ icognitū mortalib⁹ est: tū qꝝ nobis incognit⁹ est modus laudādi deū in patria: tū qꝝ nobis cordis in presenti vita incognitus est ad plenū: tū qꝝ ola nova sunt pulchritudine decorata: vt in prohemio digestorū Hodie ve-

In dñicis septuagesime q̄ cātica letitie subticētur ⁊ tractus dicunt.

Robertus Frācie rex Christianissim⁹ sequētiā illā venit scē spūs et hymnum chor⁹ noue hierusalē cōposuit.

po sequentie cum voce significatiua dicuntur, ad notãdum q̃ illa magna festiuitate vite eterne in bilus plene scietur. Sequentie ño eterne vite mysticant laudes iuxta illud. Beati qui habitãt in domo tua dñe: in secula seculorum laudabũt te. Habent em̃ verba laudis tua & dulcem atq; suauem cãtum: q̃ ibi omnia erunt plena laudes melodia celestis organi abũdabit dulci tua letitia: q̃ sicut letantium oĩm habitatio erit ibi. Rursus q̃m laudes eternitatis verbis humanis plene nõ resonantur: ideo quedam ecclesie mystice neumatizant sequẽtias sine verbis aut saltem aliquos vsus earum: nulla enim erit significatio verborũ necessaria vbi singulorũ corda patebunt singulis intuentibus librum vite: & vbi dẽ erit testis accusator & iudex. xj. q. iij. corũ. Et nota ꝑm Ysido. q̃ prosa est producta ratio a lege metri resoluta sic dicta ex eo q̃ sit ꝓfusa: sequẽtia ño dicta est: quia neumã subtili sequitur & hic in euãgelio Gr. sequẽtia sequente in numero singulari.

¶ De mutatione sacerdotis. Rubrica.

Actenus dum epistola lecta fuerit & chorꝰ graduale psallente: sacerdos ꝰ ad dextrã partem sedeat altaris illud insinuans q̃ Joanne predicãte xp̃s quodãmodo tacebat q̃ nõ predicabat aperte sed dicturus euangeliũ surgit: q̃ vt euãgelista tradit postq̃ ioannes tradit ꝰ est venit Jesus in galileã predicãs euangeliũ regni dei: & q̃m sedes victoris est: sessio sacerdotis victoria in christi recte significat qui post ieiunium vicit diabolum: nã reliquit eũ tentator: & accesserũt angeli & ministrabãt ei. Post dictam ergo sequẽtiam surgens sacerdos & ad sinistram altaris partem accedens pronũciat euãgelium significãs q̃ christus nõ venit vocare iustos sed pecrores iuxta quod ipse in euangelio dixit. Qui non indigent q̃ sani sunt medico: sed qui male habent. ij. q. j. multi per dextram enim iusti: per sinistrã autem peccatores significantur: propter quod dominus in iudicio statuet quidem oues a dextris hedos vero a sinistris. De hoc dictũ est sub titu. de oratione. Quidam tamen dixerunt q̃ ideo sacerdos in principio misse cõsistit ad dextram. Cũ vero pronunciat euangelium conuertitur ad sinistrã: & circa finem iterum redit ad dextram: quia cultus dei primo fuit in populo iudeo & iudea tunc erat dextra: deinde iudeis non credentibus & verbum dei tanq̃s indigni respuentibus cultus dei transiuit ad gentes ad quas apostoli transierunt: & tũc iudea fuit a sinistra parte: & circa finem vertetur iterum ad iudeos ad predicationẽ enoch & helye qui cõuertent corda patrũ in filios q̃m in diebus illis saluabitur iuda: & reliquie israel salue fient: qui em̃ primo dixerat in viã gentium ne abieritis postea precepit dicens. Ite in orbem vniuersum. Quia ergo predicatio peruenit etiã ad illos qui i sinistra parte fuerũt dũ siccato gedeonis vellere ros area irrigauit: merito in parte sinistra legitur euangeliũ sicut in sequẽti tit. dicet. Vnde versus. Est rõ cur pars altaris dextera misse. Principiũ finẽq; tenet mediũq; sinistra. Dextera iudeos: gẽtiles leua figurat. Cepit ab his deferẽt ad hos: refertur ad illos nostra fides: & erũt oẽs in fine fideles. Sed cũ sacerdos qui pronunciat euãgeliũ representet personã christi qui nõ predicauit gentibus: sed iudeis iuxta quod ipse dicit in euãgelio Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Utrũ illud recte dicatur prudens auditor aduertat. De hoc dictum est sub ti. qualiter episcopus vel sacerdos. Ad quancunq; vero altaris partẽ ille se trãsferat ministri eum retro sequũtur prout dictum est ibidem.

Per dextrã iusti: per sinistrã peccatores significãtur.

¶ De euangelio. Rubrica.



Ꝑma ꝓme tactũ est qualiter sacerdos nõ solẽniter celebrans ipsemet euãgeliũ dixit. Verũ q̃n ep̃s vel sacerdos celebrat cũ ministris cũcta solẽnius peragunt: tũc em̃ in quibusdam ecclesijs vt rome: diaconus dextra manu pontifi scis osculata codicem euangelij sumit de altari illum subdiacono ad ferendum tradens postea benedictionem postulat ab episcopo vel a sacerdote & ei benedicitur: in alijs tamen ecclesijs pr̃ benedictionẽ postulat q̃s codicem accipiat de altari Data itaq; benedictione ꝓcedit diaconus ad pulpitum per dextram partẽ chori quẽ precedit subdiaconus cum textu euãgelij: & illũ precedit thuribulum cum incenso & ante thuriferarium ceroferarij cum faculis accensis ante illos in quibusdam ecclesijs crucis vexillum: sicq; pulpitũ ascendit & euangelium incipit: quo dicto ad episcopuꝫ vel sacerdotem simul redeunt: que singula prosequemur. ¶ Notandum est autem q̃ in quibusdã ecclesijs in precipuis festiuitatibus diaconus ꝓficisci volens ad legendum euangeliũ incipit antiphonã que est in nocturnis super benedictus: & dũ ipse accedit ad pulpitũ illa cantatur & finitur a choro: vt notetur charitas & cantatur sine neuma ad notandũ q̃ deus nõ precepit nos habere nisi simplicẽ charitatem. Sane iam figura mutatur: nam diaconus qui prius representabat prophetam iã representat Joannẽ euãgelistam: q̃m lex & prophete vsq; ad Joannẽ: & ex eo regnũ celorũ euangelizatur. Ideo autẽ euangelium legitur: vt velut xp̃s post legẽ prophetias & psalmos ore suo predicauit: ita post epistolã responsoriũ & alleluya per illud populo predicatio eius annuncietur. Et dicitur euãgeliũ quasi bonus nũcius: ab eu q̃ est bonũ: & angelus quod est nuncius. Est em̃ euangeliũ xp̃i & apostolorꝫ predicatio: nũciat quidẽ vitã post mortẽ: requiẽ post laborẽ regnũ post seruitiũ. ¶ Est aũt sciẽdũ q̃ sicut caput preeminet ceteris corporis mẽbris & illi cetera mẽbra seruiũt: sic euãgeliũ principale est oĩm que ad officiũ misse dicunt & toti preeminet officio misse & quecũq; ibi cantãtur & legunt illi cõsentiũt & intellectuali ratione prout in sexta parte sub qualibet dñica dicet. Diaconus ergo primo dextrã manũ pontificis osculatur nihil dicens: q̃ predicator euãgelizare dz pro glia eterna: de qua spõsa dicit in canticis. Dextra illius amplexabitur me. Nã &

Euãgeliũ quare legit.

Euãgeliũ vnde dicatur.

angelus qui resurrectionis xpi gloriam venerat nunciare sedebat in dextra stola cādida coopert⁹. In aliis tñ ecclesijs nō osculatur: sz solū inclinās benedictionē poscit. Verū subdiaconus vel diaconus nō manus sed pedes romani pōtificis osculatur vt summo pontifici summā exhibeat reuerentiam: z ostendat eū esse illius vicariuz cui⁹ pedes osculabatur mulier illa que fuerat in ciuitate peccatrix. Adorandū est em scabellum pedaz eius: qz sanctum est. cuius etiam resurgētis a mortuis pedes mulieres tenentes adorauerunt. Generaliter enim nemo debet manū summi pontificis osculari: nisi cum de manib⁹ eius aliquid accipit vel cū ad manus eius aliquid tribuit vt ostendatur q̄ ex vtroq; debemus ei gratias agere q̄ sicut semp dat propria: sic nūq; recipit aliena. Quas oblationes romanus pontifex recipiat sub titulo de oblationibus dicē. Subsequēter diaconus textū euangelij sumit de altari qz de syon exibit lex z verbū dñi de hierusalem non vtiq; mosayca lex quondā exierat de mōte sinay: sed euangelica: de qua ꝓpheta ait. Ecce dies veniunt dicit dñs z cōsummabo testamentū nouū supra domū iuda. Sumitur etiā liber de altari: qm apostoli de altari euangelium acceperūt cū predicārēt passionē xpi euangelizabant. Vel altare in hoc loco significat iudeos a q̄bus trāsfertur regnū dei z datur genti faciēti fructum eius. Et ex eo q̄ liber sumitur de altari notatur q̄ euangelium est verbum dei qđ per altare significatur fm illud. Exo.xx. Altare de terra facietis mihi. Et ꝓpter premissas rōnes quidā volentes dicere finita missa euangelium sancti ioannis vel aliud imprimunt primo signum crucis sup altare z postea in fronte. Sumit aūt illum vt quidā volunt de dextra parte altaris: quia ecclesia de iudeis a quo nostra sumpsit exordiū antiquit⁹ fuit a dextris z ponit eū in manu sinistra dextrā super ponens iuxta illud. Leua eius sub capite meo et dextra illius amplexabitur me: z hoc propter triplicem causam. Primo quia euangelista docet celestia que per dextram terrenis que per sinistrā intelliguntur supponi. Scōo inclinatur liber sup sinistrū humerū ad notandum q̄ xpi predicatio de gentili transibit ꝓpho ad iudaicum. Esa.xx.c. In diebus illis saluabitur iuda. Tertio quia in vita tēporali que per illam significatur necesse est euāgelium predicare. Et textus euangelij i quibusdā ecclesijs ornatur exterius argento z lapidib⁹: put dictum est in parte. iii. sub titu. de legalibus indumentis. Liber autem ipse ob aduentu sacerdotis ad altare donec euangelium legatur super altare remansit: q̄ quātum ad hoc significat hierusalem qm euangelica doctrina primū hierusalē facta est et ibi permansit ab aduentu dñi donec publicare tur gentilibus: iuxta illud. De syō exibit lex ꝛc. vt supra. Hierusalem est locus passionis que per altare etiā significatur. Cōsequenter benedictionez postulat: qz nullus debet predicare nisi mittatur: iuxta illud apostoli. Quomodo predicabunt nisi mittantur. extra de here. cū ex iniuncto. z dñs inquit apostolis. Rogate dñm messis vt mittat operarios in messem suā. xxv. dist. in nouo. Esaias autē cū audisset vocē dñi dicētis. Quē mittā z quis ibit ex vobis? Respondit. Ecce ego sum: mitte me dixitq; dñs. Vade z dic ꝓplo huic: audite audientes ꝛc. viij. q. j. sciendū. Rursus hmōi benedictionē prefiguravit moyses qui ascendēs in mōtē accepit tabulas z benedictionē z populo mandata proposuit: z dñs etiam benedixit oēm diaconali cui dedit spiritū sanctum z misit ad predicandum per vniuersum orbem. Pontifex ergo vel sacerdos visibiliter benedicit diacono qui lecturus est euāgelium qđ non fecerat subdiacono lecturo epistolam: quia xps inuisibilis manēs legem z prophetas que per epistolā significant inuisibiliter misit postq; in terris visus est: z cū hoibus cōuersatus est apostolos z euangelistas visibiliter misit z docuit. Ēūtes inquit predicate dicentes. Appropinquabit regnū celorū. Illi aūt regressi circubāt castella euangelizantes z curantes vbiq; z mittit eū ad legenduz euangeliū: ad notandū q̄ xps misit apostolos ad predicādū regnū dei. Diaconus autem ea que in benedictione dicuntur cōsiderās se corde purū: ore mundū z opere castū studeat exhibere: quatenus sacrosanctū euangeliū possit digne ꝓferre: quia puteus aquarū viuentium. i. euangelica predicatio nō fuit impetu. i. libere nisi de libano. i. corde casto z ore cādido. Hō em est speciosa laus in ore peccatoris: immo peccatori dicit de⁹. Quare tu enarras iustitias z assumis testamētū meū ꝓ os tuū. iij. q. viij. §. qđ testat: z iō signo crucis munit: deinde licētia z benedictione obtēta: z iusup cruce impressa vt securus icedat ꝓcedit ad pulpitū cū silētio inclinato capite nihil in quibusdam ecclesijs ferens ꝓpter illud qđ dñs ipse precepit apl̄is quos misit ad predicandū regnū dei. Nihil inquit tuleritis in viaz neminē salutaueritis. In aliis tñ ecclesijs diaconus fert librū vt iaz dicetur. Sed perueniens ad ambonē salutat quasi intrans domū cui offert pacē: vt infra dicetur: z trāsit per dextrā partem chori ad sinistrā: vt liber euangelij de dextra ad sinistram transfertur: z ibi legitur quia de syō exibit lex z ꝙbū: vt supra. Iudea em respuēte verbū dei apostoli transierūt: de iudeis ad gētes z postea predicatū est gētib⁹ que per sinistram intelliguntur. vñ apl̄s ad Hebreos dicit. Vobis oportebat prius predicare verbū dei sz qm repulistis illud idignos vos iudicastis ecce conuertimur ad gentes: extra de renū. nisi de hoc supra in titu. proxi. In ecclesia romana z in q̄busdam aliis subdiaconus per vnā viā z diāconus ꝑ aliā in pulpitū ascēdit: qm ille docēdo z iste discēdo in augmentum scientie procedit: z quia ministratoꝛ per meritum operis et predicatoꝛ per meritum oris in augmētū iustitie progrediunt: vnde psal. Justitia tua sicut mōtes dei: per eādē tamen viā descendentes ad pontificē reuertunt: qz per finalem perseuerantiam pertingūt ad premiū sicut dominus ait. Qui perseuerauerit vsq; in finē ꝛc. de pe. dist. ij. apostolus. z. c. multi: z quia predicatio sine opere non sufficit. Cepit em iesus facere z docere: ideo predicatoꝛ per eādem viam reuertitur

Pōtifex vel sacerdos diacono euangelium lecturo benedicit.

Liber euangelij quare sumitur de altari.

per quam accesserat ministrator. Preterea ideo legit ut euangelium ab vna parte progreditur et ascendit: et ab altera regreditur et descendit. Juxta illud euangelij. Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam: quia apostoli prius predicauerunt iudeis et postea gentibus sm illud apostoli. Quia repulistis verbum dei et indignos se. ꝛc. Sane diaconus subdiaconus antecedit: quia Joannes et eius predicatio christum et eius predicationem precessit portans in quibusdam ecclesijs pulmar qd libro supponat. Per pulmar quidem qd fesso supponitur ad quietem significat vite solatium siue temporalia: quasi dicat. Si vobis seminamus spiritualia nō est mirum si a vobis metimus carnalia. xij. q. j. §. j. Nā sm apm. j. ad Corin. Qui altari seruiūt cum altari participāt. extra de prebē. cū sm. Dignus est enim operarius mercede sua. Math. x. et dns precepit in lege. Non claudes os bouis triturātis. extra de prebē. extirpande. Pulmar qre supponitur euāgelio.

Pulmar qre supponitur euāgelio. Bursus pulmar supponitur euangelio ad notādū qd suaue est iugum dni siue onus euangelij illud portare volentibus: vnde in Mat. Jugum enim meum suaue est: et onus meum leue: hoc iugo qui subijcitur oia subiecta hz sm Aug. Pulmar ergo suauitas et dulcedo in mandatis dei. Unde pphēta. Paratus in dulcedine tua pauperi deus: et iterum: quam dulcia faucibus meis eloquia tua dne. In ecclesia tamē romana diaconus precedit: vt doctor subdiaconus sequit vt auditor: ille precedit vt predicet: iste sequit vt ministret. Post lectionē vero subdiaconus quasi sufficienter edoctus precedit referēs euāgelium: qm̄ mercedē euāgelij de sua ministratione reportat: sm illud qd dns ipse promisit in euāgelio. Qui recipit prophetā in noie pphete mercedē prophete recipiet: quē ideo p̄mittit diaconus ad pōtificēt ostendat se fructū predicationis referre: de quo dominus fusserat. Posui vos vt eatis et fructus afferatis: et fructus vester maneat. Ad hec subdiaconus librum et pulmar reportans significat qd predicator bono opere dz vitā suā deo offerre. Unde apls ad Corin. ix. Omne quodcūq facitis aut verbo aut ope in noie dni iesu xpi facite. xxvij. q. vl. non obseruetis. Premittit quoq eps ante euangelium thuribulum cū incēso: qz xpi opera precesserūt eius doctrinā. Juxta illud. Cepit iesus facere et docere. Thuribulū aūt cū thure significat orationē cū deuotione quā tūc maxime debēt habere fideles in audiēdo diuinū sermonē. Bursus diacon⁹ ideo premittit thuribulū: qz predicator dz odorē bone opinionis ex se mittere. Juxta illud apli. Christi bonus odor sumus in oī loco. Nam cuius vita despicitur restat vt eius predicatio contēnatur. extra de sac. vnc. c. i. Tertio thuribulū precedit vt ipsius diaconi oratio sicut incēsum in cōspectu dni dirigatur. Ante thuribulū vero premittit duos ceroferarios cum faculis accēsis. Primo qz debet desiderium et gaudiū in cordibus auditorū accendere: quatenus et libenter audiant et gratanter obediāt. In quibusdam tamē ecclesijs thuribulū cereos precedit. qm̄ orationes et operā et virtutes de ratione famā lucem et signa precedunt. Juxta illud Luce. Luceat lux vestra: et illud. Et virtus exibat de illo et sanabat oēs. Secundo sacerdos vel eps premittit ante diaconū duos accolitos portantes cereos et incēsum: ad notandū qd eps p̄mittebat binos nūcios ante faciē suā in omnē ciuitatem et locuz quo ipse eratventurus preferentes thoruscationes miraculorum et odorē virtutū: vnde reuersi dixerūt. Dne in tuo noie etiā demonia subijciuntur nobis Facies em̄ christi cōuenienter hic intelligunt apostoli qui normā doctrine sue populis ostendebāt: propter quod ipsis ait. Qui vos recipit me recipit. Tertio ideo librū euangelij precedunt thuribulū et candelabra: quia doctrinā xpi virtus et fama preibat euāgelista testante. Exiuit iesus in virtute spiritus in galileā: et fama exiuit de illo in vniuersam regionē: et ipse docebat in synagogis eoz. Quarto propter causam in scda parte sub titulo de accolito scriptam. Bursus duo cerei illuminati doctores ecclesie: per quos ecclesia illuminat qui debent habere notitiam vtriusq testamenti designant. Hinc est qd ipsi cerei plerūq quibusdā diuersoz coloz lincis decorātur: ad notandū qd per doctores ipsos sacra scriptura diuersis sensib⁹ exponitur prout dictum est in principio libri. Si vo lincee ipse auree vel argentee sint designant qd in ipsis doctoribus est aurum sapientie et argentum eloquentie. vel cerei ipsi designant duo testamenta quibus genus humanum illuminatur: vel legē et prophetas qui in quibusdā ecclesijs dū euangelium legitur in pauimēto ponūtur: qm̄ leges et membra et prophetarū enigmata per lumē euangelij etiā ab humilib⁹ intelliguntur: qz per euangelicam doctrinā lex et prophetia penitus euanuerūt in litera: in quibusdā tm̄ ecclesijs in diebus profestis vnus puer cū vno tm̄ cereo diaconū precedit: per qd significatur qd primū xpi aduētū qui humilis fuit et occultus precedit tm̄ vnus precursor scz Joānes baptista qui fuit lucerna verbi. In diebus vero festiuis duo cerei precedūt qz in scdo aduētu qui solēnis erit manifestus duo p̄mittent precones: scz Helias et Enoch qui interficientur ab antichristo in hierusalē qd significat p extinctionē cereoruz. De cādelabris et etiā cereis aliter dictū est i prima parte sub titulo de picturis. Antecedit quoq crux primo ad notandū qd diaconus dz predicare crucifixū. Secūdo qd qui eū intuetur: p fidem sanatur a morsu serpētis antiqui: ipse est em̄ serpēs in palo. Tertio crux p̄cedit euāgelium i signū qd predicator sequi dz crucifixū. Unde dns inqt Petro. Sequere me. Jo. xxj. ca. Post hec diaconus super ambonem ascendit: dicitur autem ambo ambonis pulpitum vbi legitur euangelium ab ambio ambis: quia locus ille gradibus ambitur. Sunt enim in quibusdam ecclesijs duo paria graduum siue duo ascēsus in illū p medium chori vnus a sinistris: vz ꝓsus occidētē quo fit ascēsus alter a dextris videlz versus occidētē quo fit descensus: vt premissum ē. Vel ascēdit ab australi parte eam. xps e bethel. i. bethleē que est austrū venit in hierusalem. Unde dr. deus ab austro veniet. Ascēdit ergo sup ambonē ad notādū qd xps ābit oēs q̄ custodiūt ꝓbū euāge

Cereū euāgelium qd signat

lij vt possit ambiri: ⁊ sic melius ab hominib⁹ intelligi. Ite ascēdit vt in edito ⁊ alta voce annūciet euāgeliū tāq̄ vbiq̄ ⁊ ab omnib⁹ audiēdū: iuxta illud prophetarū. Super montē excelsum ascēde tu qui euāgelizas syon: exalta in fortitudine vocē tuā. Et dñs inquit i euāgelio. Quod dico vobis in tenebris dicite in luce: ⁊ qđ in aure auditis predicate super tecta: extra dicere. cū ex iniuncto vt imitemur dñm qui in mōtē ascēdit vt euāgelium predicaret ⁊ aperiens os suū docebat discipulos dicēs. Beati pauperes spū ⁊c. Lex etiā in mōte data est: euāgeliū ergo in alto ⁊ eminēti loco legitur: qr doctrina euāgelica dilatata fuit vbiq̄ terrarū: vnde In omnē terrā exiuit sonus eorū ⁊c. xxi. dist. ita. epla vero in loco inferiori: qr lex ⁊ propheta qui per illā figurant clausi fuerūt in iudea vnde notus in iudea deꝰ ⁊c. Preterea per epistolā predicatio veteris testamēti que humilior: per euāgeliū noui testamēti que excelsior est intelligitur: doctrina enī xpi vel lex euāgelica excellit apostolicā ⁊ aplica legalē doctrinā. Unde apostolus ad Hebr. vij. Lex neminē ad perfectionē ducit euāgeliū aūt dat salutē omni credēti. In missa aūt pro defunctis non in loco eminētiori: sed iuxta altare euangeliū ⁊ epistola leguntur: ad notādū q̄ quā tū spectat ad defunctos talia nō sunt predicationes que viuis publice fiūt. Ipsis aūt cū sint absentes fieri nequeunt publice vel occulte: sed magis fiunt pro ipsis orationes per quas ad xpm q̄ per altare significat appropinquantes eis possumus reuelationē aliquā obtinere. Legitur etiam de monte euāgeliū super aquilā. Juxta illud. Et volauit super pēnas vētoꝝ: ⁊ aquila ipsa seu locꝰ in quo legit in diebꝰ festis aliquo pāno lineo vel serico cooperitur ad significandū mollitiē cordiū xpianoꝝ. Aīa dñs per prophetā. Ecce cor carneū dabo vobis ⁊ scribā legē meā in cordib⁹ vestris. Locꝰ vero in quo epla legit nō cooperit: ad significādū duritiā cordiū iudeoꝝ. Lectorꝰ aūt euāgeliū trāsit ad partē sinistrā prout tāvt supra sub ti. de mutatiōe sacerdotis dictū est ⁊ apponit faciē suā aqloni: iuxta illud Esa. xlvij. Dicā aqloni da ⁊ austro noli prohibere: vt ostēdat nos doctrina euāgelij debet armari: et p̄dicationē xpi cōtra illum specialiter dirigi qui ait. Ponā sedē meā ab aquilone ⁊ similis ero altissimo: nā ⁊ sm pphetā Ab aquilone pandet oē masū super habitatores terre. Rursus versus aqlonē euāgeliū legit iuxta illud qđ legit in cāticis. iiij. Aquilo surgat. i. diabolꝰ frigiat: ⁊ auster veniat. i. spūssanctꝰ accedat. Recte enī cōtra diabolū euāgeliū legit vt illū sua virtute expellat qm̄ diabolus nihil tātū ẽrtū euāgeliū odit. Siquidē aquilo vētus frigidꝰ diabolū significat qui flatu tēptationū corda hoim a dei timore ꝯgelat ⁊ refrigerat. Cū ergo fides in euāgelio cōtineatur que est armatura nra ptra diabolū iuxta illud. Cui resistite fortes i fide: merito legit cōtra illū. Quādoq̄ etiā versus meridiē legit qr doctrina cristi que primo fuit inter iudeos ⁊ tūc inter gētiles ad eos i fide redibit. Hi vero q̄ eū inuentēdo ꝓcesserūt respiciūt ad euangelium et ad faciem recitantis prout sub epistola dictū est. Deinde lecturus euangeliū salutat populum vt illuꝫ ad audiendū verbū dei attentum reddat dicens. Dominus vobiscum: ostendens etiam per hoc se orare: vt dñs sit cū eis: ⁊ obseruans qđ dñs iussit. In quācūq̄ domum intraueritis primum dicite. pax huic domui: chorus vero et populus quasi redditus attentus ad illum ⁊ ad quācūq̄ partem in qua euangelium legitur se vertunt: quia omnibus propositum est. Ite in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. i. hoi p quo facta est oīs creatura vel qui habet aliqđ particip̄iū cū oī creatura. Et rñdēt ⁊ cū spiritu tuo sup. vt digne possis euāgeliū legere: ac si dicāt: tecum sit ad dicēdū: ⁊ sic mutuo se salutāt: prout sub prefatione dicetur. Sane euangeliū stando ⁊ non sedēdo audire: sicut statuit anastasius papa. de cons. dist. j. apostolica. vt ad p̄eliū p xpi fide seruāda prōptitudo notet. Unde Lu. xxij. Qui nō hꝫ gladium vendat tunicā ⁊ emat illum. Et quia ipsius doctrina ad amorē ecclestiū dirigit mētes nostras ad hmōi etiā prōptitudinē designandū quidā dū euāgeliū legitur clamides deponūt. ⁊ etiā ad notandū q̄ oīa tēporalia dimittēda sunt ꝓpter xpm iuxta illud euangelij. Ecce nos reliquimus oīa et secuti sumus te. Et ex quo standū est apparet q̄ nec tacere nec appodiare debemus euangeliū audiendo. Reclinatoria tunc relinquunt ad notandū q̄ non debemus confidere in principibus: nec substentari in terrenis qr vanitas vanitatū et oīa vanitas dixit ecclesiastes. Subauditur comparatione dei in qđ curam nostram tractare debemus et sm ipsum Anastasium stantes curui manere debemus: vt humilitatē que a dño docetur etiā corpore demōstremus. Auditur etiam' capite nudato primo vt attentio adesse demonstret: ob quā etiam causam quidā tunc mentionē et genas manu tenēt: secundo vt quinq̄ sensus patuli sint ad audiendū. Tertio ad notandū q̄ oīa que sub velamine ⁊ figura in lege ac prophetis cōtinebatur sunt in euangelio manifestata. in xpi enī passione velū tēpli scissum est ⁊c. Deponunt etiā tunc baculi ⁊ arma. Primo ne imitetur iudeos i cōspectu crucifixi arundines ⁊ arma ferētes. Secūdo ad notādū q̄ xpo predicāte oēs legales obseruantie que per baculos significant deposite sunt. Tertio' depositio baculorum et armorum humilitatem notat et christiane perfectionis esse non se vindicare sed dño seruare vindictam iuxta illud. Mihi vindictam ⁊ ego retribuam dicit dñs. Mat. v. Qui te percusserit in vna maxilla prebe et ⁊ alterā. xxiij. q. j. §. j. Auditur etiam euangeliū in silētio: qr oīa soluta sunt in euangelio que in lege ⁊ prophetis promissa erāt. Pōtifex ꝙ seu sacerdos dū euāgeliū legitur facie vertit ad illud ad notandū q̄ xps predicatores euangelij semper ad adiuuandū respicit: stās sup scabellū ad designādū q̄ per hmōi predicationē omnis aduersa potestas debellatur ⁊ christi pedibus submittitur: ⁊ sic impletur qđ in psal. dicitur. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuoꝝ. Diaconus vero statim postq̄ sibi

Euāgelium versus aquilonē legitur.

Pōtifex seu sacerdos dū euāgeliū legit faciēvertit ad illud.

responsum est: et cū spū tuo vt cūctos reddat dociles ac benuolos ad audiendū verbū euangelij ſ. bonū nūciū nūciantē regnū dei subdit. Sequentia sancti euāgelij exhurificās librū: et signās signo crucis. Et etiā in quibusdā locis osculat librū: qsi dicat. Hic est liber seu euangeliū dei. Hic est liber crucifixi quem predico. Hic est liber pacifici p quē reconciliationē acceptimus. Unde apostolus. ſ. ad Corin. ſ. Predicamus vobis xpm crucifixū. Per incēsi aūt fumū bona predicationis opinio intelligit. Deinde signat se in fronte: in ore pariter et pectore seu in corde: ne diabol⁹ q̄ bonis operib⁹ insidiat tollat et per erubescētiā deuotionem de corde vel sermonē de ore: ac si dicat. Ego xpi crucem nō erubesco: sed eam ore predico et corde credo qz corde creditur ad iusticiā: ore autem confessio fit ad salutē. Predicamus inquit apostolus xpm ihesum et hūc crucifixū: iudeis quidē scādalū: gētibus autē stultitiā. Et apls ad Gal. vj. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Jesu xpi. Dominus etiā in euāgelio ait. Qui me erubuerit et sermōes meos hūc filius hominis erubescet cū venerit i maiestate sua et patris et sanctorū angelorū. Unde in daniele legit. Nō est cōfusio cōfitēnti te. Quidā aūt signāt se tm in frōte et in pectore quasi in vtro q̄ superliminari. Clerus vero et populus audito euangelij. scz sequentia &c. siue bono nūcio vertentes se ad orientē siue ad altare vt deum qui est verus oriens glorificēt: qui misit eis verbum salutis sicut legitur in actibus apostolorū et glorificauerunt deū dicētes ergo et gentibus dedit penitentiā dedit et vitā cum reuerentia et honore respondent gloria tibi dñe. Proposito itaq̄ euāgelio ad legēdū in quo agit de gl'ia et de nra liberatiōe scz qualiter xp̄s diabolū deuicit: et nos ab ipsius seruitute liberauit et victor ad gloriā patrie ascendit ipsi auditores euāgelij letātes in laudē sui saluatoris conclamant dicentes. Gloria tibi dñe: quasi dicant gloria tua que nobis in euangelio predicatur nobiscū sine fine permaneat et semper crescat: et hec dicēdo signo crucis in fronte in ore et in pectore se similiter contra diabolū muniunt: ne eos impediat in audiendo. In fronte quia ibi est locus pudoris et verecundie. vnde per hoc q̄ crucē frōti imprimunt ostendunt se non erubescere credere crucifixum cuius liber legitur et eū habere deū et dñm. Per hoc qō in ore signāt significant crucem dñi audacter predicare. Per hoc q̄ i pectore ostēdūt se libēter cōpati p noie xpi: qua etiā ratione quidā q̄ diu euāgeliū legit cū vtroq̄ pollice ante pectus signū crucis figurāt. ¶ Rursus nos in ore signamus ad designādū q̄ de verbis euāgelij debet esse locutio nostra. In pectore vo ad designādū q̄ verbū euāgelij debet nos percutere i pectore et in mente. Mox vero post factū signū crucis versus diaconū audituri euangeliū se conuertūt. De crucis mysterio dicetur in prohemio quinte partis. ¶ Porro alicubi subdiaconus dum legitur euangeliū sinistrā manū sub. supponit ad notādum q̄ illi qui sub tempore legis fuerunt quorum finis seu vltimus fuit Joannes quem significat subdiaconus. Et si aliqua bona agebant illa tamen debilia et infirma erant: que per sinistrā significantur: quia si lex ad gratiam disponeret tñ gratiam nō prebebat. Conuenienter ergo sinistra manus ii. euāgelij supponitur. In quo xpi fides predicatur sine qua per opera legis nemo saluatur.

¶ Rursus per sinistram manū tpalia per librum euangelij spūalia cōgrue designantur. Nam⁹ ergo sinistra libro supponitur ad notandum q̄ sicut aia sine corpore non viuit: ita nec spūalia diu sine tēporalibus subsistere possunt. Terminatur autē euangelium exaltādo vocē in fine: prout sub epla dictum est. et mox illo finito munit se diaconus signo crucis ne diabolus susceptum semen euangelij de vase signato surripiat. Et deinde euangeliū osculatur ad notandū se ex charitate et amore euāgelizasse. Auditores vero se versus orientem conuertūt quasi ad hierusalem gratias agētes: quia inde venit ad nos euangeliū. Juxta illud qō dñs dixit in euangelio apostolis. Vos eritis mihi testes horū in oēs gentes incipiētes a hierusalē et signo crucis se in pectore muniunt cōtra diabolum ne semē verbi dei suffocet in eis. Unde Luce. viij. Volucres celi comederūt illud: et ne sermonē dñi rapiat de pectoribus cor. q. d. deus nos faciat in doctrina xpi pseuerare: et vt significet se habere in corde qō exprimit ore. Qō etiā apertius designatur in quibusdā ecclīs in quib⁹ finito euāgelio dr amen: et bene. q. d. verū est q̄ in euangelio dictum est qō est cōtra quosdā hereticos qui lecto euāgelio quasi ptradicētes dicūt falsum est. Fiat tñ. q. d. fiat nobis qō dñs in euangelio pollicetur. Juxta illud neemie. viij. Benedixit esdras dño deo magno. Et respondit omnis populus amen amē. Et eleuantes manus suas incurui ati sunt et adorauerunt proni in terrā. In aliis vo ecclīs dr deo gratias: sicut fit post aliquā lectionē vel capl'm. Quidam etiā literati dicūt. Benedictus qui venit i nomine dñi: qō est finis euāgelij matthei qō legit in festo beati stephani et in dñica palmarū. In quibusdā locis cerei qui significant doctores p quos ecclesia illuminat post lectū euangeliū extinguntur qm̄ xp̄o in eo loquēte possunt ecclesiam illuminare: eo aūt tacēte. i. spūscto ab eis recedente hec nequeūt. Preterea euāgelij predicatione finita lex et prophetie cessabūt. In nōnullis tñ ecclesijs dum euangelium legitur candelabra cū cereis deponūtur ad terrā ad notandū legē et prophetiam inferiorē euāgelio esse. Consequēter subdiaconus codicē euengelij refert diaconus vo vacuus redit vt ostendat se predicatione finita cōtēplationi vacare. Veniēs autē pr⁹ ad legēdū euāgeliū librū i quibusdam ecclesijs ferebat ad notandum q̄ ipse non solum debeat docere: sed et facere. Redit etiam ad ep̄m seu sacerdotem: vnde venit ad notandum q̄ ois doctrina a deo est et i ipsum reuertit: vñ Salomon: vnde exeunt flumina reuertuntur. Textus quoq̄ euangelij super pulpitum reportat qz ecclesia vt audiuit euangeliū illud suauiter corde suscepit et letata est. Juxta illud. Audiuit et letata est syon. Et ait. Anima mea liquefacta est vt dilecti⁹

Euangelij auditores quare crucem frōti imprimūt.

Euangelio finito dr amen.

locutus est. Liber quoq; euangelij ⁊ thuribulum ad pontificē reportant: qz ad eū oia bona referenda sunt a quo cūcta procedūt. Ipse em̄ est finis cō summās ſz nō cōsumēs alpha ⁊ o primꝰ ⁊ nouissimus: initiū ⁊ finis. Hā ⁊ apli predicatione peracta ad xp̄m reuersi sunt referētes et gr̄as de miraculis ⁊ predicationis effectu. Ēpō ꝓthus adorat: et euangeliū osculatur. Primo ad notandū qz qđ ep̄s inspirauit ⁊ docuit hoc approbat ⁊ acceptat. Deus em̄ nihil accepit nisi qđ offert: nec remunerat nisi qđ donat: qz si cuncta que fecit bona sunt sic nulla sunt bona nisi que fecit. Hā vidit deꝰ cūcta que fecerat ⁊ erāt valde bona. Scđo opertum codicē osculatur ad significandū q̄ scire dz et nuda ac aperta sibi esse debēt quecūq; sunt in lege. vnde Luc. viij. Vobis datum est nosse mysterium regni dei: et Malachie. ij Labia sacerdotis custodiunt scientiam ⁊ legē requrūt sup. subditi de ore eius. extra de here. cū ex iniūcto. Tertio quia ipse solus intrat in scrāsctōz prout in prohemio huius partis dictū est. Quarto qz hmōi osculum significat affectum amoris ad euangeliū qui precipue in episcopo vigere dz adeo vt paratꝰ sit mori p eo subire. xxv. q. j. violatores: quinto subdiaconus libū apertū prelato seu sacerdoti offert ad osculandū ad notandū ipsum debere delectari in fide fideliū que infusa est in eis ⁊ patefacta p euāgelij predicationē que prius in lege fuerat clausa. Postea in quibusdā ecclesijs liber clausus illis q̄ sunt in choro ostendit pro eo qđ post premissa verba vobis datū est ⁊c. sequitur in apostolo ceteris autē in parabolis. Et aduertendū q̄ postq̄ diaconus lecto euangelio libū osculatus est ad notandū se ex charitate ⁊ amore euangelizasse tunc demum fertur euangeliū episcopo: qui christū significat ad osculandū. i. ad predicationē acceptandā et non ante ad figurandū q̄ deus illā dūtaxat ad predicationē acceptat que fit ex amore et charitate. Verūtamē in missa p defunctis euangeliū non fertur pontifici ad osculandū: tū quia tūc premisse rationes cessant: tum qz in missa illa ois solēnitas subtrahit: ne festiue solēnitates cum desolationis meroribus misceant. Legēs tū euāgeliū in missa pro defunctis libū in quibusdā ecclesijs osculat: quia quicūq; illud pronūciat dz charitatis amore in illū tendere cuius doctrinā euāgelicā recitauit qui amor per osculū designat. Et est aduertendū q̄ statim post libri osculum sacerdos minister pōtificē qui xp̄m designat incēsat ad ostendendū q̄ sacerdotis maxime officiū est orationis ignitū sacrificiū qđ per incēsum significatur xp̄o offerre nō solum in expiationē delictī: verūetiā in gratiarū actione: prout in leui. habet. Potest etiā sub epilogo dici. qz qđ liber euangelij per subdiaconū portatur q̄ subdiaconus pulpitū ascēdit q̄ aperto libro populū salutat: ⁊ oēs rident q̄ titulū euāgelij premittit q̄ alta voce ⁊ distincte ⁊ ꝓtra aquilonē legit ⁊ ois populus aures ⁊ oculos ad librum dirigit ⁊ in silentio ac stando audit et in fine ad celū manus leuans orat dicens amen. Hec inq̄ oia et singula ex lege sumunt. Legitur ei in principio Neemie q̄ cōgregato populo ad plateam: que est ante portam aquarū. Esdras scriba attulit librū legis moysi ⁊ stetit super gradum ligneū quē fecerat ad loquendū ⁊ aperuit librum coram omni populo. ¶ Porro leuite silentiū faciebant in populo ad audiendum legem benedicētes deo magno et omnis populus stans in gradu suo respondit amen. Et legerunt in libro legis dei distincte ⁊ apte ad intelligendū. Omnis vero populus eleuantes manus suas adorauerūt pront ad terrā. illud quoq; pretereūdum nō est q̄ euangelijs q̄ in ecclesijs legunt generaliter due prefationes premittuntur: prima est. Initium sancti euāgelij. scđa sequētia sancti euangelij. Siquidē prima prefatio p̄mittitur principio cuiuslibet euangelij quatuor euangelistarū. scz euāgelio Joānis. In principio erat verbū: ⁊ euangelio Matthei. Liber generationis et euangelio Luce. Fuit in diebus herodis: ⁊ euāgelio Marci. Principium euangelij iesu xp̄i qđ in quibusdam ecclesijs legitur prima dñica de aduētu: vt ibi dicetur. ⁊ nunc non subijcitur in illis. In illo tpe. qz in ipsis principijs agitur et determinat certū tp̄s vnde esset nugatio ⁊ superfluerent ꝓba illa. Scđa vero prefatio premittitur omnib⁹ aliis euangelijs. Et dz sequentia q̄ verba ipsa que legēda sunt sequunt post initiū: seu post ea que precedunt euangeliū vnde sumpta sunt: vnde cū dicit sequentia supplendū est: sunt verba sancti euāgelij ⁊c. vel sequentia est numeri singularis: ⁊ tūc cū dicit sequentia sancti euangelij p̄m Joānem: supplet hec est. Sane in euangelijs qđ⁹ ij⁹ sa scđa prefatio ꝓponit subijcit qñq;. In illo tpe. ⁊ qñq; non subijcitur. Siquidē sine in illo tpe dicunt qñ ex eo rū verbis certum est de tpe vt premissum est: ⁊ tūc inciptūt per aliquā determinationē regie vel alterius ptātis: vt illud. Anno quintodecimo tyberij. vel per simplicē rei geste narrationem certum tp̄s determinantem. vt illud. Cum esset desponsata. ⁊ illud. Postq̄ cōsummati sunt. et illud. Cum natꝰ esset Jesus. ⁊ illud. Factum est autē cū baptizaretur. ⁊ illud. Cū autē esset annoz̄ duodecim. ⁊ illđ. Postq̄ impleti sunt dies. ⁊ illud. Vespere autem sabbati. ⁊ illud. Elizabeth impletū est ⁊c. Reliqs vero euāgelijs subijcitur. In illo tpe: ⁊ est sensus. In illo tpe: scz gratie de quo dicit apls. Ecce nūc tp̄s acceptabile ⁊c. de pe. dist. j. ecce. Nō est etiam omittendū q̄ euangeliū legit in ecclesia qñq; p̄m hystoriam. vt illud quod dz in die pasche. Maria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊c. ⁊ illud qđ cantatur in natali ad secūdā missam de pastoribus. Quādoq; p̄m allegoriā. vt illud qđ legit in assumptione beate marie: in quo mentio fit de maria ⁊ martha vt dz. Intrauit Jesus in quoddā castellū ⁊c. prout ibi in. vj. parte dicitur. Quandoq; p̄m rē. vt illud de sancta trinitate. Quandoq; p̄m personā. vt illud qđ cantat in festo sancti Thome apostoli vbi dicitur. Thomas vnus de duodecim. Quādoq; p̄m partē: vt illud quod dicitur i festo sancte crucis. de Nicodemo vbi dz. Sic oportet exaltari filium hominis ⁊c. In quo verbo christus passionem suam significat ⁊ exaltationē corporis sui in

Episcopus debet esse paratus p euāgelio mori subire.

Euāgeliū legit in ecclia qñq; p̄m hystoriā et qñq; p̄m allegoriam.

cruce. Et ideo euangelium in quo hec clausula cõtinetur legitur in festo sancte crucis ꝛ in festo michaelis archangeli ꝓpter illũ versum. Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est. Itẽ etiã ꝑm partẽ vt illud. Liber gñationis ꝛc. Et hoc ꝓpter vltimum versum in quo fit mentio de ꝙ. Quandoq; ꝑm totum vt illud qõ legitur in circũcisione dñi. Postq; consummati sunt dies octo ꝛc. Quandoq; ꝑm tempus vt illud quod dicatur in prima die quadragesime scilicet ꝓpter ieiunium. Quandoq; propter letanias vt illud. Si quid petieritis ꝛc. quod in letaniis dicitur in quo fit mentio de quo pane et pisce. Et quandoq; propter locũ: vt illud quod legitur in dñica sexagesime. s. Exiit qui seminat ꝛc. Sane mulier etiam ab batissa non debet legere euangelium. Licet enim beata virgo dignior ꝛ excellentior esset apostolis vniuersis: dominus tamen nõ commisit ei claues regni celorum: extra de pen. ꝛ re. noua. hinc est q; abbatissa non potest proprias moniales benedicere vel earum confessiones in criminibus audire: vel euangelium legere: vel publice predicare. In matutino tamen posset sed non publice euangelium dicere. xvij. q. j. diaconissam. Et nota q; quatuor sunt euangelia de beata maria: vt dicetur in septima parte sub festo assumptionis.

Beate virgini nõ commisit dominus claues regni celorum.

¶ De symbolo. Rubrica.

Euangelio lecto mox cantatur alta voce symbolũ illud scz Credo in vnum deum. quia eñ corde creditꝰ ad iusticiam ore aũt ꝓfessio fit ad salutẽ: ideo vt ecclesia ostendat q; euangelij verbum seu predicationem fide ꝛ ordine recipit mox fidei symbolum ore decantat. Symbolũ ergo post euangelium fidem post predicationem ostendit: vnde Jo. hec eo loquente multi crediderunt i eũ. Nam scõm apostolum ad Roma. x. Fides est ex auditu: auditus autem per verbum dei. Dicitur autem alta voce: vt omnes illud dicãt ꝛ addiscãt. Omnis enim christianus tenetur publice fidẽ catholicam profiteri propter quod in fronte signatur. In prima vero et in completorio sub silentio dicitur: ne muste morientes perdant suauitatem vnguenti prout in quinta parte sub titu. de prima tangetur. Rursus ideo in missa patenter dicitur ad notandum q; hodie fides catholica libere predicatur et docetur. In prima vero sub silentio dicetur ad notandum q; in prima ecclesia presertim tempore passionis christi predicatores ꝛ fidei professores siluerunt: ꝛ in completorio ad notandum q; similiter in fine seculorum antichristi persecutione inualescente illorum ora claudentur. Sane sacerdos seu episcopus illud incipit ad designandũ q; omne bonum a christo procedit. Nam omne datum optimum ꝛ omne donum perfectũ desursum est de. a pa. lu. j. q. j. cꝫ plo. Ne aũt musicus ille celestis dicat. Cantauimus vobis et non saltastis: chorus euangelice doctrine consona voce respondet ꝛ solenni tripudio fidem catholicã profert dicens. Patrem omnipotentẽ ꝛc. Cuius in missa pape quandoq; aliter obseruetur: prout iam dicetur. Ad hoc sacerdos illud incipiens manet erectus. ante medium altaris manibus extẽsis sursum eleuatis quas postq; inceperit iungit. Siquidem sacerdos christum representans erectus manet: ad notandum q; christus semper paratus est cunctis spiritualia bona largiri: et ad altaris mediũ innuẽs q; non est personarum acceptio: sed quãtũ in ipso est omnibus equaliter instituit: nec angelum diligit nec signum: manibus quoq; extensis ad designandum q; paratus est abundanter benemeritis illa largiri sursum tamẽ eleuatis quasi ipso facto ostendens q; que sursum sunt querere atq; a deo misericordiam poscere ꝛ in eo solo sperare debemus. Deinde postq; inceperit manus iungit: q; ei soli de perceptis bonis gratias agere ꝛ nos humiliare debemus. Et quoniam symbolum verbũ est euangelicum quoad sensum: ideo stando illud audire sicut et euangelium et illo dicto signũ crucis facere debemus. Symbolum autem grece latine sonat iudiciũ vel signũ vel collectio: tum q; regulam fidei plenã indicat ꝛ perfectã: tum quia simul in vnũ fidei continet articulos. ¶ Et nota q; triplex est symbolũ. Primum est symbolum apostolorum qõ vocatur symbolũ minus. qõ vez ex institutione Damasi pape dicitur tacite per ferias in singulis canonicis horis. Et illud dicitur a sin qõ est con: et bolos qõ est sententia: quia compositũ fuit ex diuersis verbis apostolorum sicut pueri in festiuis conuenientes afferre solent bolos. i. frusta carnium panes que in vnum collecta symbolum vocatur. i. collectio minutiarũ. xliij. di. non oportet. Traditur enim postq; apostoli spiritum paraclitum acceperunt cum iam forent ad predicandum euangelium profecturi conferentes in vnum sup articulis fidei statuerunt vt sicut omnes erant in vna fide concordes: sic omnes vnam fidem cõcorditer predicarent: ꝛ ideo symbolum minus cõponentes: vnusquisq; bolũ. i. particulam vnã apposuit. Unde ꝑm apostolorum cathalogum siue numerum duodecim particulas dignoscitur continere. Petrus nãq; apposuit. Credo in deum patrez omnipotentẽ creatorẽ celi ꝛ terre. Andeas. Et in iesum christum filium eius vnicum dñm nostrum. Jacobus. Qui conceptus est de spiritusancto natus ex ma. virgi. Joã. Passus sub pontio pylato crucifixus mortuus et sepultus: Philippus. Descendit ad inferos tertia die resurrexit a mortuis. Barthoiomeus. Ascẽdit ad celos sedet ad dexterã patris oipotẽtis. Thomas. Inde vẽturus est iudicare viuos ꝛ mortuos. Matheus. Credo in spiritũsanctũ. Jacobus. Sanctã ecclesiã catholicã sctõꝝ cõionẽ. Symon. Remissionẽ peccatorũ. Thadeus. Carnis resurrectionẽ. Mathias. Et vitã eternã. Scõm symbolũ est. Quicũq; vult. saluus esse ꝛc. Ab athanasio patriarcha alexãdrino in ciuitate treueri cõpositũ. Hoc tñ põt dici tertiũ: nã niceni de quo sequit fuit puus in prima nicena synodo cõpilatum. Tertiũ eñ niceni. cv. di. c. j. Credo in vnũ qõ Dama. papa ex cõducto vniuersalis synodi apud constantinopolim celebrare

Usus cãtãdi symbolũ ad missaz a grecis creditur pcessisse.

institutũ missa cãtare patenter: qđ & Marcus pa. primus statuisset illud alta voce cantari & vocari symbolũ matus. A grecis ergo usus cãtandi ad missam symbolũ creditur pcessisse: qđ sic duo decim clausulas cõtinet. Prima est. Credo in vnũ deũ &c. Scda. Et in vnũ dñm ihesum xp̃m. Tertia. Qui propter nos homines &c. et cũ dr ibi. Et homo factus est: debemus genua flectere: qz xp̃m hominem factum: & pro nobis crucifixum adoramꝰ. Quarta. Crucifixus etiam pro nobis. Quinta. Et resurrexit tertia die ꝑm scripturas. i. eo modo eo ordine: & eo tempore quo predictũ est in scripturis. Sexta. Ascendit in celum. Septima. Et iterũ vẽturus est &c. Octaua. Et in spiritũ sanctũ dñm. Nona. Et vnã sanctã catholicã ecclesiã. Decima. Cõfiteor vnũ baptisma. Undecima. Et expecto resurrectionẽ mortuũ. Duodecima. Et vitã vẽturi seculi amen. ¶ Et est notandũ qđ in predictis niceno & constãtinopolitano cõciliis nõ legũtur verba illa ꝑm scripturas: neq illa filioq procedit: et qm̃ apud grecos i fine ipsius symboli: sub anathemate dr prohiberi ne quis de fide trinitatis aliud docere vel aliter predicare qđ ibi cõtinetur presumat: sed calcedonẽse cõcilũ apud eos celebratuz anathematizare precipit eos qui alteram fidẽ ausi essent cõponere: pferre: scribere: docere vel aliud symbolũ tradere qđ premissum est. Ideo ipsi greci nos anathematizatos asserunt: pro eo qđ ibi addimus verba ipsa. Sed minus bene dicunt: tũ qz illud non fuit canon late sententie: sed cõminatio quedã: tũ qz inferior potentiorem ligare non potest. xx. di. inferior. Romana em̃ ecclesia nõ subest cõciliis: sed potius concilia subsistũt sibi. extra de elec. significasti. Preterea ꝟba illa ꝑm scripturas sumpta sunt ex expositione fidei eiusdem concilij constantinopoli. et sic nihil videtur additum nec erroꝛẽ aliquẽ sapiunt: sane vt supra sunt exposita intellecta. Item per verba illa: filioq non docemꝰ aliud vel aliter de trinitate predicamꝰ immo idẽ. Cũ em̃ filius idẽ sit cũ patre in substãtia: ergo qđ a patre procedit: & a filio procedit: & sic nihil addimus: sed potius declaramus: nec alterã fidẽ cõponimus: proferimus: scribimus vel aliud symbolũ tradimus: nec in aliquo ꝓtra predictũ facimꝰ anathema. Mirũ tñ est quõ ausi ipsi greci spiritũsanctum a filio procedere negare presumunt cũ & hoc in cõcilio ephesino apud eos edito cõtineat erꝛ̃sse de cõse. dist. v. c. vlti. & penul. sed ipsi se errasse videntes quosdã prelatos de suis ad generale concilium Lugdun̄. sub Grego. papa. x. celebratũ miserunt: qui in dicto cõcilio publice nobis videntibus suo & olim prelatorũ & imperatoris romani nomine professi sunt qđ spiritusſancꝰ eternaliter ex patre & filio non tanq̃ ex duobus principijs: sed tãq̃ ex vno principio non duabus spirationibꝰ: sz vnica spiratione procedit. extra de summa trinita. et fide catho. prout in eiusdẽ Grego. cõstitutione habet̃ coram toto cõcilio ter grece & ter latine symbolum cũ dictis verbis ꝑm scripturas & filioq similiter decãtãdo. Cãtatur aũt hoc symbolum matutinis in solẽnitatibus eoꝛ dũtaxat q illud cõposuerũt & in illis de quibus aliqua mẽtio fit in ipso vcz in oĩbus diebus dñicis. In festiuitatibꝰ dñi. i. in natali epiphania: cena dñi: pascha: ascensione: penthecoste: & trãsfiguratione: & in festo de trinitate: & in oĩbꝰ festiuitatibus beate Marie: sctẽ crucis: angeloꝛ & apl̃oꝛ. de quibus fit mẽtio ibi. Et apostolicã ecclesiã. In solennitatibus autem Luce & Marci enãgelistarũ dicũt quidã non debere cãtari: qz illi apostoli non fuerunt. Itẽ dici debet in dedicationibꝰ ecclesiarũ & i cõmemoratione oĩm sanctoꝝ: quãq̃ & ipsa sit dedicationis festiuitas. Et dicitur etiã infra octauã natalis dñi exceptis die innocentium in qua cantica letitie subticẽtur In octaua tñ cantatur prout in sexta parte sub illo festo dicetur. Cantatur etiã infra octauas epiphanie: pasche: ascensionis: penthecostes: apostoloꝝ petri & pauli. & assumptionis btẽ marie. Licet enim in natiuitatibus sanctoꝝ Joãnis baptiste & sancti Laurentij symbolũ non cantentr. In octauis tñ eoꝝ cãtatur: eo qđ infra octauas apostoloꝝ & assumptionis occurrũt. & ob hoc etiam in octa. sancti Jo. bap. prefatio de apl̃is & in octaua bti Laurẽtij p̃fatio de assumptiõe cantat̃. In qbusdã tñ ecclesijs dr symbolũ in festo beati Jo. bap. & non incõpetẽter: quia in symbolo de pphẽta fit mẽtio ibi. Qui locutus est per prophetas: & qz ipse non solum fuit propheta: sed pluſq̃ pphẽta. De eo quoq̃ scriptũ est. Fuit homo missus a deo &c. & ita fuit apl̃s. De ipo etiã ait Jo. os aureũ in sermone qui legitur in festo decollationis Jo. par angelis apostoloꝝ vox. Ipse etiã primo baptizauit & baptismum predicauit: & in symbolo fit mentio de baptismo. Horum quidẽ omniũ fit cõmemoratio in symbolo. Quoꝝdã tñ obscure vt epiphanie. est tñ illud profectum dominꝰ: est etiam illud baptismatis. de quo in symbolo cõtinetur ibi. Cõfiteor vnum baptisma &c. & cene dñi: sed illa est solẽnitas eucharistie ad quã respicit illud. Sanctoꝝ cõmunionẽ & angeloꝝ: sed illi nomine celi debẽt intelligi: de quo in symbolo dicitur ibi. Creatorẽ vel factorẽ celi & terre &c. Quibusdã tñ videtur tũc nõ esse cantandũ: eo qđ angeli nũq̃ habuerũt fidẽ sed spem nec credũt: sed sciunt qm̃ plenã sciẽtiã habẽt. Fit etiã cõmemoratio: lz obscure dedicationis ecclesiarũ. sed ad illã respicit illud. Sanctã ecclesiã catholicã: tũc em̃ sanctificatur: & vt ita dicam catholizetur ecclesia cũ dedicatur. Ad octauas vero respicit surrectio mortuoꝝ. De qua dicitur. Expecto resurrectionẽ mortuoꝝ. In festo sancte agnetis symbolũ nõ cãtatur: qđ lz in ecclesia celebretur: nõ est tamẽ festũ octaue: prout in septima parte sub ipso dicetur. ¶ Porro quidã nõ absurde symbolũ cantãt singulis dieb⁹ a die resurrectionis vsq̃ ad festũ ascẽsionis: sicut in omnibꝰ diebus dñicis: & etiã in solẽnitate beate marie magdalene dicẽtes illã fuisse apl̃oꝝ apostolã: eo qđ ipsa prima resurrectiõis gaudiũ apl̃is nunciauit: & in festo beati Martini: quia de eo cantatur. Martinus par apostolis. Quidã etiã dicũt illud in principali festo cuiusliꝫbet ecclesie seu oratorij: nõ tñ in octauis illoꝝm si

Angeli non crediderunt sed sciunt.

eas celebrent. Verūtamē de quibusdā mēbro fit in symbolo in quo ꝛ cōmemoratione symbolū nō cā tatur passionis ꝛ sepulture qm illoꝝ dierum offi cium alioꝝ officium regulā nō sectat. Nō dicitur etiam qñ in profestis celebrat ad honorē beate vir ginis vel sancte crucis vel sancti spūs. extra de ce lebr. missarū. ¶ In quibusdā locis cātato symbo lo vel cū cantatur populus cātat kyrieleison: qm postq̄ ꝑs ꝛ apli docuerunt fideles: fide recepta laudes deo dederūt quas forsitā representat suā uissimi symboli melodia. Illud autem sciendū est q̄ christus non venit predicare gentilibus: sed iu deis iuxta illud euangelij. Nō sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Unde precepit aplis. In viā gentiū ne abieritis: ꝛ in ciuitatē sa maritanoꝝ ne intraueritis: donec post resurrectio nē precepit eis dicēs. Euntes in mundū vniuersū predicate euangelū oī creature. Et idcirco roma no pōtifice solēniter celebrāte symbolū fidei nō cā tores in choro sed subdiaconi ad altare decantant et generaliter ipsi ad vniuersa rīdent vsq̄ dū ipse pōtifex dicit. Dar dñi sit semper vobiscū qm vsq̄ post christi resurrectionē sola iudeoꝝ eccl'ia q̄ per subdiaconos qui sursum ad altare cōsistunt deli gnat: corde creditur ad iustitiā: ꝛ ore cōfessio est ad salutē. extra de sacra. c. i sed extunc cantores i cho ro respondēt ꝛ vniuersa decantant: q̄ post resurre ctionē ecclesia gentiū quā cantores qui deorsum in choro subsistunt designant fidē christi recepit ꝛ laudū preconia personuit saluatori. Inter euange lium tñ ꝛ sacrificium chorus concinit offertorium qm inter passionē ꝛ predicationem gētilitas fidei votum deo offerēs cātauit qm mulier chananea de finibus tyri ꝛ sydonis egressa clamitauit ꝛ dixit. Miserere mei dñe fili dauid. Filia mea male a de monio vexatur: cuius tandē fidē commēdās dñs ait. o mulier magna est fides tua fiat tibi sicut pe tisti. ¶ Postremo symbolū apostoloꝝ tāq̄ breue ꝛ oīa cōtinēs sub compēdio exponamus. Credo in deū patrē omnipotentē creatorē celi ꝛ terre ꝛc.

Credere deo: credere deum: ꝛ credere in deū.

¶ Nota q̄ aliud est: vt ait Aug. credere deo: aliō est credere deum: ꝛ credere i deū. Credere deo est credere vera esse que loquit: qō etiā malt faciunt: ꝛ nos creditūs homini ꝛ non in homine. Crede dere deum est credere q̄ ipse sit deus: qō etiā de mones faciunt: credere in deū est credendo amare et credendo in eū ire: credendo ei adherere: quod soli boni faciunt: ergo qui dicit credo in deū mētit si non diligit deum: nisi dixerit q̄ in persona eccle sie loquitur. Dicēs autē deū singulariter: deoꝝ fu git pluralitatē: vnde notabiliter in maiori symbo lo additum est hoc verbū vnū iuxta illud. Audi israel dñs deus tuus vnus est. Et apls. Unus est deus: vnā fides: vnū baptisma. Dicēs vero patrē incipit psonas distinguere: de quibus Esa. Quis appendit tribus digitis molem terre? Et alibi. Seraphin clamabat sanctus sanctus sctūs dñs. Baptizate oēs gētes in noīe patris ꝛ filij ꝛ spīri tussancti. Et Iacob⁹. Tres sunt qui testimoniū dāt in celo: pater: ꝙbū ꝑ sctūs. Pater ē pia nō tpe: ꝛ auctoritate i trinitate psona. Qō sequit oīpotē rē nomē est essentiale: ideoq̄ illud ad subsīādiuū deū vel ad relatiuū patrē nō sine rōne referimus dicēres. Credo in deū patrē omnipotentē: vel cre do in patrē omnipotētē. Similiter ꝛ qō sequitur. Creatorē celi ꝛ terre vbi cōfutatur hereticus qui aliū celi: aliū terre esserit creatorem: aliū celestiū: aliū terrestriū: aliū corpoꝝ: aliū animarum: cōtra quos ait moyses. In principio creauit deus celū ꝛ terrā. ꝛ Dauid. In principio tu dñe terrā funda sti: ꝛ opera manuū tuarū sunt celi. ꝛ Apostol⁹. In ipso cōdita sunt vniuersa in celo ꝛ in terra. Sequi tur. Et in Iesum christū filiū eius vnicū dominū nostrū. Ecce altera in trinitate ꝓsona. Hic est Je sus qui saluū facit populū suū a peccatis coꝝ: hic est christus oleo letitie pre cōsortibus vnctus: hic est enim vnicus patris filius: de quo Dauid. Fi lius meus es tu: ego hodie genui te: ꝛ apls. Non sit deus filiū suū natū de muliere factū sub lege: hic est dñs noster qui nos creauit: qui nos seruos alienos precio sanguinis emit. Sequitur. Qui cō ceptus est de spīritusancto nat⁹ ex Maria virgi ne. ecce primū Christi sacramentū: scilicet incarna tio: ac si dicat. Qui cum sit deus factus est homo: non ex virili semine: sed conceptus operatione spi ritussancti: natus ex maria virgine. vnde Esa. Ec ce virgo concipiet ꝛ pariet filiū ꝛ vocabitur nomē eius emanuel. ꝛ angelus in euangelio. Aue ma ria gratia plena dñs tecū: ꝛ infra. Spīritus sanct⁹ superueniet in te ꝛ virtus altissimi obūbrabit tibi. Quidā tamen hec verba. Qui conceptus est de spīritusancto: iungunt cū precedētibus. Sequit. Passus sub pōtio pylato crucifixus mortuus ꝛ se pultus. Ecce ꝑm sacramētū ꝑm humanitatē chri sti: scz passio cui⁹ tps describitur sub pontio pyla to forma subditur crucifixus: finis concludit: mortuus ꝛ sepultus: vnde plangens dicit ex ore dauid ꝛ hieremie. Foderunt man⁹ meas ꝛ pedes meos ꝛ dinumerauerūt omnia ossa mea. De mor te ait prophete. Domus dñi fuit exitus mortis. De sepulchro ait Esa. Sepulchrū eius erit glo riosum. Hec sunt in euāgelio manifesta. Sequit. Descendit ad inferos tertia die resurrexit a mor tuis. Ecce iterū sacramētū: scilicet resurrectio: sed de descensu ad inferna premittitur ex quo mortui liberant: vnde in Osee. De manu mortis libera bo eos: ō morte redimā eos: ero mors tua o mors morsus tu⁹ ero inferne. Hic est euāgelicus fortis qui fortē ligauit ꝛ eius vasa dirupit: hic est qui di cit in psalmo. Ego dormiui ꝛ soporat⁹ sum: ꝛ exur rexi: qm dñs suscepit me: qui patri dicēt Exurge gloria mea. Exurge cū psalmis ꝛ cythara: breui sermone respondet. Exurgā diluculo cuius resur rectioni mulieres ꝛ viri perhibent testimonium in euāgelio. Quod autē dicitur in maiori symbolo. Resurrexit tertia die ꝑm scripturas exponitur: id eo modo eo ordine ꝛ eo tēpore quo predictum est a scripturis. Sequitur. Ascēdit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Ecce quartū sacramentum scilicet ascēsio. Ascendit enim sicut ait dauid. Super cherubin ꝛ volauit super pēnas ventoꝝ ꝛ parauit in celo sedem suam et regnum

Christi primum sacramē tum in carna tio.

eius

etus omnibus dominabitur. Cui ait pater. Sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellum pedũ tuorũ. ⁊ vt ascensioni de visu quoq; testimonũ nõ deesset ait Lucas. videntibus discipulis eleuatus est: ⁊ nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. Sequit. Inde vẽturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Ecce quintũ qõ nondũ apertũ est sacramentũ. Veniet eñ rex manifeste cui pater iudiciũ dedit: ⁊ sicut ait dauid. Parauit in iudicio thronũ suum iudicabit orbem terre in equitate: iudicabit populos in iustitia: ⁊ alibi. Deꝰ manifeste veniet deus noster ⁊ nõ silebit ⁊ Lucas. Ita veniet sicut vidistis eũ eũtẽ in celũ ⁊ Micheas. Judiciũ dñi cũ pplo suo. Sequitur. Credo in spiritũ sanctum. Ecce tertia in trinitate persona: scz spiritus sanctꝰ: de qua moyses. Spiritꝰ dñi ferebatur sup aquas. ⁊ psal. Flabit spiritus eiꝰ ⁊ fluent aque: ⁊ dominꝰ in euangelio. Spiritus qui a patre procedit docebit vos omnia. Ille eñ docet: ille sacrificat: ille viuit: ille peccata remittit: per hunc resurrectionẽ in gloria: per hunc consequimur vitã eternã. Unde sequitur. Sanctã ecclesiam catholicaz: ⁊ possunt hec verba ⁊ sequentia sic intelligi ⁊ cõiungi. Credo in spiritũ sanctũ sanctã ecclesiam catholicã: id est credo per spiritum sanctũ sanctam ecclesiã fideliũ sanctificari. Item credo in spiritũ sanctuz sanctorũ cõionẽ: ideſt per spiritũ sanctum sanctos in vinculo charitatis vniri: ⁊ Credo in spm sanctum remissionẽ peccatorũ. i. per spm sanctũ peccata remitti. Et credo in spiritũ sanctum carnis resurrectionem ⁊ vitam eternam ideſt per spiritũ sanctũ gloriam carnẽ cõsecuturã ⁊ animã vitam eternã: vel sic, Credo sanctam ecclesiam catholicam non ita dicuntur: vt asserit Augustinus de consecratione distinctione. quarta prima in fine. credite in ecclesiam sicut in deũ: sed in ecclesiam sanctã catholicam credimus dum in ecclesia conuersantes ⁊ in deum credimus: ⁊ que sequũtur nos inde firmissime cõsequi profitemur: scz sanctorũ cõmunionem remissionẽ peccatorũ: carnis resurrectionẽ: ⁊ vitam eternam. vnde sic cõiunges. Credo in sanctam ecclesiã catholicã sanctorũ cõmunionem. id est per fidem quã habeo existens in sancta ⁊ vniuersali ecclesia assequor sanctorũ cõmunionez. id est cõcordiam ⁊ vnionẽ. Sicut eñ est vnus pastor sic vnũ ouile: sicut vnus deus sic vna fides ⁊ vnũ baptisma: vel percipio sanctorũ cõmunionẽ. ideſt panem benedictionis de quo dicitur. Crede ⁊ mãducasti. de conse. dist. ij. vt quid. Similiter ⁊ que sequuntur. Credo in sanctam ecclesiã peccatorũ remissionem. ideſt per fidem quã habeo existens in sancta ⁊ vniuersali ecclesia cõsequor remissionem peccatorũ: ⁊ lepre curationẽ de qua dicitur in lege ⁊ euãgelio. Maria soror aaron cũ septẽ diebꝰ fuerit extra castra est a lepra mundata. i. dist. §. econtra. Naaman syrus septies lotus in iordane est a lepra curatus. sic etiam dñs decem leprosos mundauit: sed vnus tm̃ dedit gloriã deo. De magdalena dicitur: q; dimissa sunt ei peccata multa: q; dilexit multũ. Paralytico quoq; ait dñs. Fili remittũtur tibi peccata tua. ¶ Sequit. Credo in sancta ecclesiam catholicam carnis resurrectionẽ. ideſt p fidẽ quã ego habeo existẽs in ecclesia consequor carnis resurrectionẽ. De qua Job. Credo q; redẽptor meus viuit: ⁊ in nouissimo die de terra surrecturus sum: ⁊ in carne mea videbo deum saluatorem. vñ in euãgelio. Deus abrahã deus ysaac ⁊ iacob nõ est deus mortuorũ: sed viuorũ. Et paulus. Oẽs quidẽ resurgem⁹: sed nõ oẽs immutabimur. Similiter cõiungendum est qõ sequitur. Credo in sanctã ecclesiã catholicaz vitã eternã. i. per fidem quã habeo existens in ecclesia cõsequar vitã eternam hec est terra viuentiuz de qua dauid. Credo videre bona domini in terra viuentium. Est autẽ vita eterna videre deũ patrẽ ⁊ quem misit Jesum christum. De hoc etiam sub sabbato sancto in sexta parte vbi agitur de baptismo dicetur.

sacrz ẽn tũ qõnõ dũ apertũ est.

vitaeterna q̃ sit.

¶ De predicatione. Rubrica.

Quoniã vt premissum est euangeliũ et predicatio est ⁊ symbolũ fidei pfessio: ideo post illa fit populo p̃dicatio qua si euangelici verbi ⁊ symboli siue noui et veteris testamẽti expositio q̃ modus sumptus est ex libro Neemie in principio vbi legit. Et legerũt leuite in libro legis dei. Neemias autẽ sacerdos ⁊ Esdras scriba interpretabantur populo vniuersa. Preterea monebant antiquiꝰ qui in fraterno odio erant vt ad cõcordiã venirẽt priusq; cõmunicarẽt vt mundi essent priusq; coram suo saluatore cui nota sunt secreta cordiũ apparerent: et quo siquidẽ predicandi vsus in eccliã moleuit. Inde etiã est q; oratio dominica que est ad missam et in alijs horis voce demissa dicitur ad missam alta voce ⁊ patenter dicatur: qz i ea huiusmodi fraterna monitio continetur cõmuniter tamen post predicationẽ symbolũ decãtatur: qz fidẽ predicatã se tenere ecclesia profitetur. ¶ Verum cum predicandi officium priuilegiatũ sit nulli⁹ p̃care debet nisi cui committitur: aut cui ex officio sibi iniũcto incumbit. Jurta illud apostoli. Quomodo predicabunt nisi mittantur: extra de hereti. cum ex iniuncto. ⁊ ideo predicatu⁹ licentiam petit dicens. Jube domine. Debet autem predicator in loco eminentiori esse sicut ⁊ euangelium legens propter rationes sub ti. de euãgelio scriptas Hã ⁊ iesus videns turbas ascendit in montem et aperiẽs os suũ docebat eos. Matth. v. ⁊ Esdras fecit gradum ligneum ad loquendum. vt dictum est in prima parte sub titu. de ecclesia. vbi de pulpito agitur. Debet tamen humiliter proferre que docet. nec ẽm Grego. xlvj. distin habet in fi. illum elatis moribus p̃dicet quem in cordibus audientium sacris sermonibus insectatur. Et ẽm Amb. predicatio christiana non indiget pompa nec cultu sermonis. Debet quoq; ẽm Grego. predicator esse discretus in silentio vtilis in verbo ne aut tacenda proferat: aut proferenda reticeſcat. xliij. distin. sit rector. Sunt tñ nonnulli huius doctrine oblitti qui sicut ait Beda. ij. q. vij. secuti sunt audi tores suos in precipitiuz ineligunt quibus nõ salutaria que corrigant sed que illos delectent eroneа predicant. Alij vero ẽm Greg. xlv. di. hinc

Predicatio xpiana non indiget pompa nec sermonis cui libet.

etem. viij. q. j. opz. xliij. dist. §. ij. dū estimari ebetes nolūt sepe ex immoderata subtilitate se in quibusdam inquisitionibus plusq; expediat exercēt secreta mysteria sua predicatione nō intelligēnbus reserādo. Oportet em cū qui docet t instruit populū gentio discentiū semetipm aptare t verbi ordinem pro audiētiū capacitate dirigere: qm qui docet ea q; ab auditoribus intelligi nequeūt nō ad eorum vtilitatē sed ad sui ostentationē facit: vt plura scire videatur vel adulatione vt eis placeat q; bus secreta reuelat. Iurta qd aplus ait. xps me misit predicare nō in sapientia verbi. ¶ In cōcilio cartha ginen. de cōse. di. j. sacerdote. statutū est vt sacerdote verbū. s. predicationis in eccl'ia faciente q egressus de auditorio fuerit vez cōtemnens excōmunicetur. Post predicationē fit cōfessio t indulgentia pro cōmissis t omissis cōcedetur vt sic cōscientijs emundatis. Iurta illud propheticū. Et scopebaz spiritū meū accedāt singuli t cōmunionis sacrm qd mox in missa vel sacramentaliter vel spūaliter recepturi sunt que spūalis cōmunio fit per fidem operantē per dilectionē. Iurta illud Augu. Crede t manducasti de conse. distin. ij. vt quid.

Attendāt hoc predicatores.

¶ Scda pars misse in offertorio. Rub.

Secunda pars misse in offertorio sine dns vobiscū incipit: q in quatuor subdiuiditur particulas. Prima dicitur secretella. Scda prefatio. Tertia canon. Quarta oratio dnica cū sua prefatione scz. Precepti salutaribus. Pōt etiā q̄dq ab hoc loco vsq; ad finē misse di secreta vocari q secreta in quinq; diuiditur partes. Prima est ab offertorio vsq; ad prefationē: t hec specialiter dicitur secreta. Scda dicitur prefatio. Tertia canon. Quarta oratio dominica. Quinta est embolism. Quinta etem fuit dominici sanguinis effusio. Prima in circuncisiōe. Scda in sudore. Tertia in flagellatione. Quarta in crucifixione. Quinta in mortui lanceatione. ¶ Sane ordo cōueniens est vt post predicationē sequatur fides in corde: laus in ore: fructus in ope. Predicatio q̄dē est in euāgelio: fides in symbolo: laus in offertorio: fructus in sacrificio quapropter offerēda cātatur: q; sacrificiū laudis offertur. vñ psal. Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiā vociferationis cantabo t psalmū dicā dño. t in paralipomenō cū offerrēt holocausta ceperūt laudes canere dño organis: t in diuersis que dauid rex cōparauerat cōcrepare. Offertoriū quidē inter euangelium t sacrificiū canit: put in ti. de symbolo dictū est. Sacerdos aūt dicitur. Oremus premittit. Dominus vobiscū quasi diceret. nisi dns sit nobiscū orare nō possumus ad salutē nostram. subiicit ergo oremus monēs pplm orare: vt fidē in symbolo recitatā credat: t i ea stabilis pmaneat: q; t xps discipulis suis dixit. Orate ꝛc. Luc. xxij. monēs ēt vnūquēq; ad se redire cōscientiā suā discutere t ieiunium in holocaustū iustū deo offerre. Pri ergo q̄s chor cātet offertoriū salutat a sacerdote: vt possit deuote cantare: t mox post q̄s ille dixit. Oremus cantat cāticū offerentium siue offertoriū t popul offert: vt notet q; post impletionē mādatoriū offerim nosmetipos sicut subtitu. de oblatiōe dicet. Ac si vnusquisq; offerēs dicat. Credo t fidē quā in symbolo pfessus sum opere cōpleo t orationi sacerdotis plentio: vñ t sacerdos stari offert dona cōsecrāda. ¶ Et attende q; offertorij versus cū multa diligentia ab antiquis patrib' inuēti hodie in plerisq; locis omittunt tū breuitatis causa vt tā ministri q̄s ppls oblatiōib' orationi t sacramēto altaris liberi vacēt: tū etiam q; sicut ait Augustī. xij. distin. ofa ipsam xpianam religionē paucissimis t manifestissimis celebratiōnū sacramētis misericordia deuoluit esse liberā. t sm Hieronymū de cōsecra. distinc. v. nō mediocriter. Melior est quinq; psalmorū cū cordis hylaritate decātatio q̄ totius psalterij cū anxietate modulatio: verborū em multitudine deus flecti nō potest. Solū ergo in offertorio qd dī in missa pro defunctis versus ipsi hodie dicunt q; officiū illud nō sequitur in multis normā alterius officij. ¶ Porro a patrib' introductū est vt offertoriū cantetur: q; vt premissum est q̄n offerebāt in tubis clangebāt hylarē nāq; datorē diligit deus. xxiij. q. vj. §. ex' his Inductū est ēt ex eo q; Salomō in dedicatione templi t altaris innumerabilē multitudinē holocaustorū obtulit cū magna solennitate t a moyse cui descendenti de monte t populū salutanti t oranti occurrit populus t munera obtulit. Cantatur etiam offertorium dum offertur ad memorandū iocunditatē israelitici populi offerentis donaria ad edificiū tabernaculi: vel potius ad designādū clamorē mulieris de qua legitur in Apo. xij. cap. Mulier ideſt ecclesia amicta sole. i. christo quem indutt in baptismo habens lunam sub pedibus ideſt. omnia mutabilia calcans t in capite coronam duodecim stellarum ideſt chorum duodecim apostolorū t hūs in vtero supple ea q̄ in fut initio gesta sunt clamat parturiēs t cruciatur vt pariat. Clamorē ergo eius parturiētis vel salubrē dominī cruciatū imitatur offerēda per suū grauem t grādisonum cātū: q̄ neumis distēta t versib' secūdata: q̄s tūuis lōga iubilatione qd significat nō satis exprimere vz. Quis tñ offertoriū cantare instituerit ignoratur. Traxit nomen effectorū a ferta qd est oblatio q̄ in altari offertur t a pōtificibus cōsecratur: inde offertorium dicitur quasi prefertum: oblatio vero vocatur q; offertur. Dicitur etiam offertoriū q; dū offerēda cantat sacerdes accipit oblatiōes vel hostias a ministris de qb' sub ti. de oblatiōe dicet. Aduertendū aūt est q; licet sacerdos premittat Oremus nō tñ immediate orat immo thurificat: oblationes recipit t alia agit quasi ipso facto dicat: nō cessat orare q̄ nō cessat dñ agere. Dū ergo offertoriū canitur t incensum portat instante memoria dnice passionis silentius obseruant ysq; dū alta voce dicit. Per omnia secula seculorū. Illud insinuans q; Jesus post suscitationē lazari nō palā ambulabat apud iudeos cū cogitarēt eū interficere: sed abiit in ciuitatez que dī

Offertorium vi
tra trine
men.

effren: ⁊ ibi morabatur cū discipulis. Collegerūt enim pōtifices ⁊ pharisei cōsiliū: ⁊ vnus ex ipsis cayphas nomine dixit. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo: ⁊ non tota gens pereat. Et ab illo die cogitauerunt eū interficere: de hoc dicetur sub titulo de inclinatione sacerdotis.

¶ De manuum ablutione. Rubrica.

¶ Sequit. Hoc est corpus meū. Cū ad prolationē istorū verborū. Hoc est corpus meū panis mutetur in corpus: z ad prolationem illorū verborū. Hic est sanguis meus: vinum mutetur in sanguinem. de conse. distin. ij. panis est: z prius proferantur ista verba q̄ illa: videtur q̄ panis prius mutetur in corpus q̄ vinum in sanguinem. Et ita videtur per cōsequēs q̄ corpus sine sanguine est: vel sanguis sine corpore. Propterea dicitur a quibusdā q̄ cū totū est dictū: totū est factū nolentes vel non volētes ipsius cōuersionis determinare momentū. Alij vero dicunt q̄ licet ad prolationē precedentium verborum panis antea mutetur in corpus: z ad prolationē sequentiū vinū postea mutetur in sanguinē: nūq; tñ corpus est sine sanguine: vel sanguis sine corpore. de cōse. dist. ij. cōperim⁹. sicut neutruz est sine anima: sed sub forma panis sanguis existit in corpore per mutationē panis in corpus: z ecōuerso nō q̄ panis. i. corp⁹ in sanguinem vel vinum mutetur in corpus: sed neutrum potest existere sine reliquo: de hoc iā dicetur. Sz queritur quid demōstrauit christus quādo dixit. Hoc est corpus meū per hoc pronomen hoc: non enī videtur q̄ panē: q; panis nō erat corpus xp̄i: nec etiam corpus: q; nondū illa verba protulerat ad quorū prolationē panem mutauit in corpus. Super hoc dicunt quidā q̄ per hoc pronomē nihil demonstratur: sed illud materialiter ponitur: sed p̄m hoc quō per dictionē nihil significantē fit trāssubstātiatio. Preterea dñs vtebat illa voce significatiue: z nos vtimur materialiter: ergo nō facimus q̄ ipse fecit. Alij dicunt q̄ ea vis data est ipsis verbis q̄ ad ipsorū prolationem fit transubstantiatio. Item ideo sacerdos ea non profert significatiue: q; non posset sic ea proferre. Mentiretur enim si diceret Hoc est corpus meum. Verū a premisse questionis laqueo facile se absoluit: qui dicit q̄ xp̄s tunc confert q̄ benedicit. De quo dictū est sup̄ verbo Benedicit. Nā si opponatur de sacerdote qui tūc consecrat cū illa verba pronunciat. Respondetur q̄ sacerdos nil demonstrat cū illis verbis nō vtatur enūciatiue sed recitatiue: quemadmodū z cum ait. Ego sum vitis vera. ego sum lux mūdi: z innumera talia. ¶ Rursus queritur quid demonstrauit cum dixit. Manducate ex hoc oēs licet in nullo quatuor euangelistarū hoc legatur de corpore: sed tantum de sanguine inuenīt dictū. Bibite ex hoc oēs. Cum enī iam panē fregisset si demonstrauit aliquid fragmentorū illud non debebant omnes comedere: sz singulis debebat singula distribuere. de conse. di. ij. singuli. z. c. sequē. si demonstrauit corpus nō poterāt ex illo sed illō cōedere: q; corpus xp̄i nō manducat per partes: sed integrū. Sane frequēter in sacra scriptura videtur agi de vno: sed agit de diuersis vt est illud. Benedixit: fregit: z dedit. b̄ndixit panē: fregit soremam: z dedit corpus. Eodē mō cū dixit. Manducate ex hoc oēs p̄nomē ostendit integrū corpus: et prepositio innuit formam diuisam: vt iste sit sensus. Comedite corpus integrū sub forma diuisa. Nam sola forma per partes diuiditur: z totum corpus integrū manducat. Simili mō potest intelligi q̄ subiunxit. Hoc est corpus meū. i. illud q̄ preheo sub forma. ¶ Queritur etiā si additio vel subtractio vel transpositio vel interpositio vel mutatio fiat in illa forma v̄boz quā xp̄s expressit: vtrū effectū cōsecrationis impediat: vt si dicatur addēdo. Hoc est corpus meū q̄ assumpsi de virgine vel subtrahendo. Hoc est corpus non dicendo meū: aut trāsponēdo vt dicēdo corpus meum hoc est: vel interponēdo: vt hoc est vtiq; corpus meū: siue mutando: vt hoc est corpus iesu. Sane grauiter peccat qui quodlibet horū quomodolibet attētauerit: presertim si formā intendat mutare vel heresim introducere. de cōse. di. iij. retulerūt. q; forma verboz quā xp̄s expressit p oīa debet illibata seruari: q̄uis p̄m philosophū noīa z verba trāspositā idē significēt. extra de rescrip. nequ vtiq; p inutile vitietur z nō verbū ex verbo: sed sensum ex sensu transferendum. extra de verbo. signifi. preterea.

Quid demonstrauit xp̄s cuz dixit mā ducate ex hoc omnes.

¶ Quid si inter p̄lationē forme panis z vini interponatur spaciū z quidē nihilomin⁹ fit trāssubstātiatio: de hoc tñ dubium nō est p̄m illos qui duas asserunt esse formas: vt iam dicetur: de hoc nota. de cōse. di. iij. si nō sacrificatur. ¶ Sed cū ad prolationē istorum verborum. Hoc est corpus meum panis mutetur in carnem. de cōse. di. ij. panis. z ad prolationem illorum. Hic est sanguis meus: vinū mutetur in sanguinē: videtur q̄ panis sine vino vel vinum sine pane valeat consecrari vt p̄missuz est: et ita si post prolationem istorum z ante prolationē illorū impedimentū accidat sacerdoti: quominus p̄cedere valeat: videtur q̄ panis sit mutatus in carnem: vino in sanguinē non mutato. Nū quid ergo hoc casu alius sacerdos totum repetet a principio z sic super panem iterabitur consecratio: an vero ab eodem loco tantuz incipiet in quo sacerdos ille dimisit: z sic diuiditur mysteriū vnitatis. extra de electo. q̄ sicut. Super hoc ita legitur in concilio toletano. v. q. j. nihil. Censuimus conuenire vt cum a sacerdotibus missarū tempore sacra mysteria consecrantur: si egritudinis accidit cuiuslibet interuētus: quo ceptū nequeat cōsecrationis explere mysteriū: sit liberū ēpo vel p̄sby

tero alteri cōsecrationē exequi cepti officij: vt precedētibus supple qui deferūt libenter alij pro cōpleméto succedent: de hoc etiā dicetur in septima particula super verbo noui ⁊ eterni. ad fi. Verum cū inter theologos de tpe cōsecratiōis sit diuersa sentētia quibusdā dicentibus q̄ cū totū est dictū totū est factū. alijs asserētibus q̄ panis ente mutat in corpus: ⁊ postea vinū mutat in sanguinem vt dictum est: ideo plenius tutius incedētes affirmāt q̄ alius sacerdos repetere debet cōsecratiōnē arq; perficere: qm̄ nō dicit iteratū quod nescit esse factū. extra de sacra. nō iterā. c. j. tñ nevlla fiat iteratio vel diuisio sacramēti: ne aliquis scrupul⁹ erroris vel dubitationis remanēat cōsultius indicatur: vt illa talis oblata studiosissime p̄ infirmis recōdatur: ⁊ super alijs speciebus panis ⁊ vini totus canō reperat: ⁊ premissa hostia consecrata in fine misse a ministro vel alio sumatur. Sed si vinū inuenīri nō possit vel aliquo casu intercedente defuerit. Queritur vtrū necessitate cogēte vel casu intercedēte sola panis materia possit in eucharistiam cōsecrari: sicut ⁊ sub sola panis specie debet eucharistia reseruari. Sunt sane qui dicūt q̄ cum verbū ⁊ elemētū cōficiāt sacramētū nec formaverborū: nec materia rerū quas xp̄s expressit mutari siue diuidiari pōt: q; sicut vinū sine pane sic panis sine vino minime cōsecratur vnde siue aqua p̄ vino mittat in calicem siue ordeū pro frumento formetur in panem: sicut neutrū per se: sic neutrū cū alio trāssubstantiatur in carnē aut mutatur in sanguinem. Nā si panis sine vino vel vinū sine pane mutari posset in carnem aut sanguinem in his regionibus in quibus alterutrū inueniri non potest licite posset alterū sine altero cōsecrari: minus eñ ignorantia q̄; necessitas: vel negligētia q̄; difficultas excusat. Alij vero dicunt q̄ cū xp̄s prius cōuerterit panē in carnē: ⁊ postea mutauerit vinū in sanguinē: sicut euangelice lectionis textus ostēdit ⁊ sine vino panē ⁊ sine pane vinum consecrari contingit. Grauiter tñ offendit qui negligēter vel ignoranter alterutram speciē pretermittit. Grauiꝰ qui scienter aut sponte maxime si formā intendit mutare vel hereſim introducere. Quid ergo faciendum est sacerdoti si vinum post consecrationem cōperiat pretermissum. Respōdeo si hoc studiose causa introducendi hereſim factum est: nō est sacramentū corpus. Si vero per obliuionem vel negligentiam nihilominus facta est cōsecratio corporis vt premissum est. de cōse. disti. iiij. retulerunt. Tunc eñ vt dicūt aliquis vinum apponere debet ⁊ super illū solū verba ad consecrandum sanguinē repetere. scilicet ab illo loco simili modo ⁊c. vsq; in finem: omissis tamen crucibus duab⁹ que fiunt sigillatim super panem. Alij dicunt q̄ vino appositio in calice panem cōsecratum debet immittere: sicq; absq; aliqua repetitione sumere sacrificiū sicut fit in die parasceue. Alijs videt q̄ non debet vinū apponi ne scandalum generetur. Sed quod primi dicunt verius est: nā vtilius scādalū nasci permittitur q̄; veritas requiratur. extra de reg. iur. Qui scādalizauerit. Si eñ hec veritas pretermittatur scilicet q̄ vinum non apponatur nō pōt vere dici hoc sacramētum cōmixtio corporis ⁊ sanguinis: nec corpus xp̄i sine sanguine sumi debet. de conse. di. ij. cōperimus. vel hostia seruetur ⁊ super alijs speciebus canon repetatur vt premissum est. Verūtamen si sacerdos aqua gustata ieiunium soluerit illa dies nō iteret sacramētum. Si autem ante verba trāssubstantiationis. s. hic est calix ⁊c. aduerterit vinū fore pretermissum vel etiā vtrū q̄; s. vinū ⁊ aquā: tunc illa apponat i calice ⁊ in consecratione procedat reincipiens ab illo loco. Hanc igitur oblationē ⁊c. Si vero vinū sine aqua apponatur nō ideo minus est sacramētum: vt dicetur in sequenti particula super verbo Noui et eterni testamēti. Nō si aliquid de sanguine stillauerit: de hoc dicetur etiaz super ꝑbo Qui pro multis. Verum cū interdum vni pontifici multi sacerdotes concelebrant prout dicetur in ferta parte sub quinta feria cene dñi vbi agitur de oleo infirmorum: si forte non simul omnes consecratoria verba pronuncient: queritur an ille solus conficiat qui primus illa pronūciat: ⁊ an ceteri iterāt sacramentū? Si eñ hoc concedat potent contingere q̄ ille nō conficit qui principaliter celebrat ⁊ ille conficiet qui secūdario celebrabit: ⁊ sic pia celebrātis intentio defraudatur. Sane dici potest q; siue prius siue posterius proferāt sacerdotes referri debet eoz intentio ad instans prolationis episcopi cui principaliter concelebranti concelebrant: ⁊ tūc oēs simul consecrant et conficiunt. Quāq; nōnulli consentiant q̄ qui primus pronūciat ille p̄secrat nec alioz defraudatur intentio quia factū est qđ intenderant. Consueuerant autem presbyteri cardinales romanū circūstare pontificem et cū eo pariter celebrare ⁊ cōsummato sacrificio de manu ei⁹ cōmunionē accipere significātes apostolos q̄ cū dño pariter discumbentes sacram de manu eius eucharistiā acceperūt: ⁊ in eo q̄ celebrāt ostendūt aplm tunc a dño ritum huius sacrificij didicisse. ¶ Sane dictis verbis ulis Hoc est corpus meū: sacerdos eleuat corpus christi. Primo vt cuncti astantes illud videant et petant q̄d proficit ad salutem. Juxta illud. Ego si exaltatus fuero a terra ⁊c. Scōo ad notandum q̄ non aliud dignū sacrificium immo est super omnes hostias. Tertio exaltatio eucharistie in manu sacerdotis signat christum verum panem per prophetas in scripturis exaltatum q̄n. s. eius incarnationem prophetizabant. Vñ Esa. Ecce virgo concipiet: ⁊ hūc cibū fore ceteris excellētiorē. Similiter de potu. Quarto significat resurrectionē. Quinto hostia eleuatur vt populus non preuenīēs cōsecrationem: sed ex hoc cognoscens illā factam esse ⁊ xp̄m sup altare venisse reuerēter ad terram prosternant. Juxta illud ad philippēses. In nomine iesu omne genu flectatur ⁊c: ⁊ illum corde ⁊ ore adorent. Juxta illud apli ad Rom̄. Corde creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad salutem. Alia ratio ponet prope finem. xi. particule canonis. Licet igit fides sufficiat ad salutem. Juxta illud Aug. de cōse. di. ij. vt quid. crede ⁊ manducasti: non tamen super,

Diuersa est sentētia de tēpore cōsecrationis inter theologos.

Exaltatiōis eucharistie i manu sacerdotis significatio

Hua est eleuatio: tū propter causas premissas: tum quia ibi ips z locus agēdi opus sc offerunt fides sine operibus ſm Jaco. mortua est. propter quasdē quoq causas calicis eleuatio: licet sanguis videri nō possit superflua nō est. Utrū aūt calix cooperto debeat eleuari dicetur in sequēti particula super verbo Qui pro vobis. z tam corpus q̄ calix cum vtraq manu eleuantur: ppter maiorem reuerentiam et securitatē. Et exinde stringit polices z indices: prout dicetur super verbo. Unde z memores. ¶ In eleuatione autē vtriusq squilla pulsat. nā in vet. test. leuite tpe sacrificij tubas clāgebāt argēteas vt earum sonitu ppls premonitus foret ad orandū dīm preparatus. Et ppter causam eādem squilla pulsat dū corpus xp̄i ad infirmū portatur. Nbula em capellā dīi pape baiulās squillā fert ob reuerentiā reliquiarum quas portat: tunc etiam cerei accendūntur propter causam in secunda parte sub titu. de accolito scriptam.

¶ De septima particula canonis. Rubrica.

Similit modo z c. Septima pars lz sub vtraq specie sumatur vtrumq. s. corpus z sanguis: vtraq tñ species consecratur et neutra superfluit. de cōse. di. ij. comperimus vt ostendat q̄ xp̄s humanam naturā assumpsit. s. corpus z animam: vt totum redimeret. Panis enim refertur ad carnem: et vinum ad animam: q̄ vinum sanguinem operatur in quo sedes est anime. xxij. q. ij. Moyses. Unde legitur in Leuit. Anima carnis in sanguine est. Moyses quoq testat q̄ caro pro corpore: sanguis aūt effertur pro alia quocirca panis et vinū in sacrificio offerunt qđ valet ad tuitionem corporis z aīe: ne si sub specie panis sanguis sumatur cū corpore z sic sub altera tñ specie sumat ad alterius tñ putetur peruenire salutē z q̄uis sub specie panis sanguis sumat cū corpore: z sub specie vini sumatur corpus cum sanguine. ſm Jnno. iij. nec sanguis sub specie panis: nec corpus sub specie vini bibitur aut comeditur: q̄ sicut nec sanguis comedit nec corpus bibitur: ita neutrum sub specie panis bibitur aut sub specie vini comedit. Et si concessibile videat q̄ corpus bibēdo z sanguis comedēdo sumatur. Est ergo ſm eū modus sumendi carnē z sanguinē quo neutrū manducatur aut bibitur: z ideo recte statuitur i canone. de cōse. di. ij. cōperimus. q̄ corpus xp̄i sacerdos sine eius sanguine nō sumat: vñ i quibusdā locis post sumptionē corporis z sanguinis xp̄i aliqd de ipso sanguine reseruatur in calice z superinfunditur vinū purū vt ipsi cōicantes inde sumant: non enim esset decens tñ sanguinē p̄sicere: nec calix capax inueniretur. Utrum autē per cōtractū sanguinis vinum appositum efficiatur sacramentū. dicetur super verbo Hic est calix. Sequitur. Postea q̄ cenatum est z c. xiij. luna primi mensis ad vesperam christus ſm legem typicum pascha cū apl̄is celebrauit: de quo cum dixisset. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscū anteq̄ patiar: cū hoc diceret statim ostēdit: vt sc̄z veteri pasche finē imponēs nouū pasche substituerat sacramentum. Accipiēs enim panem benedixit ac fregit deditq̄ discipulis suis dicēs. Accipite z comedite hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Similiter z calicem posteq̄ cenauit dicens. Bibite ex hoc oēs. Hic est sanguis noui testamēti qui pro vo. et pro mul. ef. in remi. pec. hoc facite in meam cōmemorationem. Hac igitur institutione formati celebramus iugiter per mysterium qđ semel offerebatur in precium: nam vbi veritas venit figura cessauit: christus em post cenam corpus z sanguinē suum dedit apl̄is: vt hoc sacramentum velut vlti vbi veritas testatoris mandatū altius memorie cōmendaretur. de cōse. di. ij. liquido. vnde nouissimum nit. condēs heredibus testamentū dixit. Vos estis q̄ permansistis mecū in tentationibus meis: z ego dispono vobis regnū sicut pater meus mihi disposuit: vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo: z licet apostoli eucharistiā non ieiuni acceperūt nō ideo calūniandū est q̄ pransi debeāt hoc sacramentū recipere sicut faciebant illi quos apl̄s arguit dicens. Conuenientibus vobis i vnū iam non est dominicā cenā māducare: vnusquisq̄ em̄ presumit cenā suā ad māducādū: z alius q̄dē esurit: alius ebrius est. Item ex hoc verbo post cenatus est. videtur q̄ sacerdos cōicare dz priusq̄ transeat ad calicis consecrationē. Sed de hoc dicetur sub ti. de cōicatione sacerdotis. Sequit. Accipiens z hunc preclarū calicē z c. ponit primens pro contēto. Nā z vnus z idē z tunc z nunc z hic z alibi sacrificat ab oībus totus est in celo: totus in altari simul z sedet ad dexteram patris z manet sub specie sacramenti: sicut factum est in. vj. particula super verbo eleuatio oculis. ¶ Qđ aūt vinum in calice cōsecrauerit patet ex eo qđ ipse subiungit. Non bibam amodo de hoc genimine vitis z c. Et fiūt iste consecrationes cum signo crucis: vt dictum est in. vj. particula super verbo Benedixit. q̄ virtute crucis et verboꝝ fit transsubstantiatio naturarum. Hec autem sunt verba. Hic est calix mei sanguinis. t. continēs sanguinē meū vel sanguis significans passionē. ¶ Et nota q̄ passio dr calix vel a calida potione vel q̄ mensurate sumit. Fidelis em̄ deus q̄ nō sinit affligi plusq̄ portare possumus. De calice dictū est in parte prima sub titu. de picturis. Hic aūt parū eleuato calice sacerdos illum deponens nō deserit cū ad notandū q̄ quilibet apl̄oꝝ sic calicem accepit qđ vnicuiq̄ dominus ministrauit. ¶ Sequitur noui z eterni testamenti z c. Subaudi cōfirmatio noui dicit: quia nos innouat: per fidem xp̄i eterni dicit: q̄ lex nouа nō est transitoria sicut antiqua. extra de cele. mis. cū marthe. Uetus est testamentū qđ hircoꝝ z vitulorꝝ fuit sanguine dedicatū promittebat hominī temporalia z trāsitoria. nouū vero qđ xp̄i sanguine fuit consecratum promittit eterna: z ideo testamentum. s. illud fuit vetus z transitorium. hoc autem nouum est z eternum. De nouo habetur Luce. xxij. Dispono vobis regnum z c. vt sup. vel inde probatur eternum. i. perpetuū: unde asseritur nouum. t. vltimum. Nouissimū enim hominis testamentū immobile perseuerat: quia testatoris mors

inum
angui-
nē opat
qua est
edes
ume.

confirmatur. Iuxta illud apli. Testamentū in mor-
tuis confirmatū est: alioquin nō valet dū viuit q̄
Testa- testatus est. ¶ Porro testamentum non solum di-
mēti nō solus di scriptura sed ⁊ ꝓmissio: vt dicetur in prohemio. vj.
scriptu- parte ⁊ fm hunc modū dicit. Hic est sanguis noui
ra: sed ⁊ ꝓmissio eterni testamēti. i. confirmatio noue ⁊ eterne ꝓ-
missionis sicut dñs ipse ꝓmittit. Qui manducat
corpus meū ⁊ bibit meū sanguinē hz vitā eternā.
vnde nec primū testm vt inquit apls sine sangui-
ne dedicatū est. Lecto em vniuerso legis mādato:
moyses accipiēs sanguinē hyrco⁊ aut vitulorum
ipsum librum ⁊ omnem populum aspersit dicens.
Hic est sanguis testamenti q̄ mandauit ad vos
deus. Ecce q̄z propue moyses verba precepit qui-
bus xp̄s vsus est in cena. ¶ Queritur vtrū aqua
cū vino quertatur in sanguinē: de quo etiam tam
infra dicetur. Si enim conuertitur: ergo aqua est
sacramentū sanguinis: immo videtur q̄ ꝑpt. Hā
aque multe populi multi Et ob hoc aqua miscet
vino vt xp̄o populus adunetur. Hā ⁊ de latere xp̄i
sanguis exiuit ⁊ aqua prout tactum est sub tit. de
oblatione. Si vero non conuertitur: queritur vbi
post consecrationē exīstat ⁊ quomō separatur a vi
no cui fuerat in vnū commixta? Si autē post con
secrationē aqua pura permanserit scōm hoc non
bibit solum sanguinem sacerdos in hoc sacramen
to: ⁊ sic post vnam sumptionem iterum eodem die
cōicare non debet ac si prius aquam bibisset: nam
idcirco sacerdos postq̄z perfudit eodē die iterū nō
sacrificat quia vinum purificationis sumit. An for
te dicetur q̄ sicut vinū mutatur in sacramentum
redēptionis sic ⁊ aqua trāsit in sacrm ablutionis
que de latere xp̄i pariter effluxerūt quis hoc au-
deat diffinire? Nam ⁊ illud inquiritur vtrū xp̄s re
surgēs a mortuis sanguinem illum resumpsit quē
in cruce effudit? Si em capillus de capite nostro
non peribit q̄z to magis sanguis ille non periit qui
fuit de veritate nature: ⁊ tū ille in pleriq̄z ecclesijs
dicit conseruari. Quidā etiā de circūcisione prepucij
vel de precisione vmbilici dicetur an in xp̄i resur-
rectione rediit ad veritatem humane nature ⁊ ad
locum glorificatum. Sed melius est totū deo cō-
mittere q̄z aliud temere diffinire. Creditur tamen
prepucium in lateranen. basilica conseruari: licet a
quibusdam dicatur q̄ illud fuit in hierusalē dela-
tum ab angelo Charolo magno q̄ transtulit illud
et posuit Aquisgrani honorifice in ecclesia beate
marie: sed post a Charolo caluo positum est in ec
clesia. s. saluatoris apud crosium: sed si hoc verum
est mirādum est. Cum em caro illa de veritate hu
mane nature fuerit: creditur q̄ xp̄o resurgente ad
locum suū glorificatum rediit. Aliqui tū dixerunt
q̄ hoc verum esse posset inꝓa opinionē eoꝝ qui
dicunt id solum esse de veritate nature humane ⁊
resurgere q̄z ab adam traductum est. Illud autē
omnino nephas est opinari q̄z quidā dixere pre-
sumpserunt videlicet aquam in flegma conuerti.
Nam ⁊ de latere xp̄i non aquam: sed aquaticū hu
morem. i. flegma mentiūtur exisse. extra de ce. mis.
in quadā Duo nā q̄z peque ecclesie sacra de xp̄i
latere fluxerūt vcz sacramentum redemptionis in
sanguine ⁊ sacrm regenerationis in aqua. Nō em
baptizamur in flegmate sed in aqua. Iuxta illud
euangelij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spi-
ritusancto non introibit in regnum celorum. Qui
busdam tū non videtur absurdū q̄ aqua cū vino
transeat in sanguinem ea vcz rōne q̄ aqua per ad
mixtionem trāsit in vinū: ⁊ vinum per ꝓsecratio-
nē transit in sanguinē vt in. c. cū marthe. et not. de
cōse. di. ij. c. j. ⁊ c. non opz. Aqua nā q̄z trāsit in vi-
nū cū multo vino modicū infundit aque alioquin
tota vini substantia propter guttā aque mutaret
vt quoddam fiat ex illis cōfusum qđ nec sit aqua
nec vinum: ⁊ tota fontis vel fluminis aqua ꝓpter
modicā vini stillam in confusionis speciem muta-
retur: nec panis ille posset in eucharistiam cōsecra
ri qui factus est de frumento cui forte cōmixtū fue
rit vnum granū ordei vel auene. Sic ergo si plus
apponatur aque q̄z vini irritū sacrm opz quidē vt
tm vini ponatur ibi q̄ aqua cōmixtū saporē vini
retineat. extra de ce. mis. c. pe. de hoc dicetur in. vj.
parte sub quinta feria cene dñi ad finē. Si autez
post calicis cōsecrationē aliud vinū mittatur in ca
lice illud quidē nō trāsit in sanguinē nec sanguini
cōmiscetur: sed accidentib⁹ prioris vini cōmixtuz
corpori qđ sub eis latet vndiq̄z circūfunditur non
madidans circūfusuz. extra de ce. mis. cū marthe.
Ipsa tū accidentia vinum appositum vident effi-
cere qđ inde ꝓficit. qz si aqua pura fuerit apposita
vini saporē assumit. Quidā aūt voluerūt astruere
q̄ sicut aqua pura per aque benedicte cōtractum
efficitur benedicta sic ⁊ vinum per sacramēti con
tactū efficitur cōsecratū ⁊ trāsit in sanguinē quo
rū assertioni minime rō suffragat. extra de cōse. ec.
vel al. qđ in dubijs de quo etiā dicet sub quinta fe
ria cene dñi. Sed nūquid irritū est quod geritur
si forte aqua premittat: ⁊ videt q̄ sic ex his q̄ sub
ti. de oblatione tacta sunt. Cautū quoq̄z est in ca-
none Cypriani: de cōse. di. ij. sicut in sanctificādo.
q̄ nō pōt calix dñi esse aqua sola neq̄z vinū solum
nisi vtrūq̄z misceat. Et sicut calix dñi nō est aqua
sola neq̄z vinū solū. sic nec corpus dñi pōt esse fa-
rina sola nisi vtrūq̄z fuerit adunatū ⁊ panis vni⁹
cōpage solidatum. ⁊ hoc quidā cōstāter affirmāt
asserēies q̄ sicut aqua sine vino cōsecrari nō pōt:
sic nec vinū sine aqua trāsubstātiari valeat qz de
latere xp̄i simul vtrūq̄z manauit. Alij ꝛo cōcedūt
q̄ si quisq̄z nō intēdēs heresim introducere obli- Si q̄s
uione vel ignorātia prętermiserit aquā nō fit irri- nō mic
tū sacrm. Illā tū per oblitionē prętermittens ve- dēs he
nialiter peccat: per negligentiā mortaliter ⁊ grauī resim in
ter est punidus ⁊ semp pōt apponi añ trāssubstā- traduc
tiationē ⁊ q̄ predicitur vinū solū non posse offerri re obli
intelligūt nisi fiat simpliciter vel ignorāter vel nō uione vel
potest. i. nō dz. Hā ⁊ greco⁊ ecclesia dz non appo ignoran
nere aquā in sacramēto. ait em Cyprianus de con tia ꝓter
secratio. di. ij. Scriptura. Si quis de anteceſſorib⁹ miserit
vel ignorāter vel simpliciter non obseruauerit qđ aquānō
nos dñs facere exemplo ⁊ magisterio docuit pōt fit scōm
simpliciteti ei⁹ de indulgētia dñi venia accidi: aliquos
nobis vero non pōt ignosci qui nūc a dño instru- irritum
cti sumus vt calicē dñi cū vino mixto. i. vinum cū sacrm

aqua in calice mixtum sm qđ dñs obtulit offeramus. Ex quibus verbis aperte colligitur q̄ vinū aque mixtū xp̄s in cena discipulis tradidit. Si ẏo vinum preterierit uz: de hoc dictū est in. vj. particula super verbo hoc est corpus. Porro lz diligenti studio vinum optimū pro sacrificio sit querēdū vitium tamen vini non maculat munditiam sacramenti quocūq; siue nouum vinum quod mustaz appellat: siue etiam accidū qđ appellatur acetum offertur: sacrm cōficitur z diuinitus ꝓsecratur: vitandū est tñ ne tale vinū mixtū vel coctum vel roſatū vel speciatum in calice ponatur. Sunt tñ qui dicūt acetum nō esse vinum cū ꝓpriā mutauerit naturam: nam vinū est calidum: illud frigidum: et ideo ex hoc confici non posse sicut nec ex agresta qđ concedi potest in aceto ex alio q̄ ex vino facto. Nam si ex vino factum fuerit secus: cum eadē ꝓpriē sit vsia. i. substantia. ff. de contrahen. emp. in venditionibus. de consecra. dist. ij. ego. C. de sum. trint. inter claras. §. omnes vero. Julius quoq; papa. de consec. dist. ij. cū omne ꝛc. precedēt. dicit q̄ cū lacte confici non potest. Botrus autem vue in necessitate comprimi z inde confici potest: sz de ipso. Botro nō cōpresso nō pōt cōficari. non potest etiā confici cum aqua cum qua panis in musto intinctum lauatur. Illud autem notandum est q̄ si vinum in calice cōgelatum fuerit debet tādiu exhalare sacerdos donec glacies soluatur q̄ si sic solui nequiuerit adhibeat ignem. Si autem musca vel aranea vel aliquid tale ceciderit in calicem proiici debet vinum illud in piscinam z aliud vinum et aqua apponi. Si vero post transsubstantiationez ibi ceciderit vel sanguinē tetigerit sanguis sumatur z illud prius in aliquo calice sepe z vino ꝓfundatur z q̄sto diligentius z cautius fieri pōt ablua tur z demū sup piscinā cremet q; vix posset absq; horore z vomitu sumi. Ablutionē ẏo ipsam sacerdoz post consecrationem vel minister sumat. Sed z siquis statim xp̄i corpore sumpto nauseam patitur: vomitus similiter super piscinam cōburatur z pulvis in piscinam mittatur. Si tñ aliqua beste particula videatur ibi vel si corpus xp̄i infirmo datum reiicitur illud reuerenter suscipiat z cōtritū cū vino in calice sumat si integrū nequeat recipi z si horror sit illud sumere pro reliquis custodiatur. nō est igitur danda eucharistia egroto vomēti sed credat z manducauit. de cōsecra. dist. ij. vt quid. Sed z si quis adeo egrotꝰ est vt masticare non possit: tūc tm̄ sumat aquā a xp̄i corpore tactā minimā tamē particulā sumēs totū sumit vt premissum est. nō est etiā dāda ebrioso īsano hereticо epilētico z filiabꝰ: nisi infirmitate cessāte. xxvj. q. vj. is qui. leproso tamen dari potest z muto z egroto compoti sue mētis post cōfessionē z absolutionez a peccatis. Qualis aūt penitentia imponenda sit ei qui ꝓpter ebrietatē vel voracitatē vel infirmitatem eucharistiā euomit in canone bede habetur. de cōse. dist. ij. si qs per totū. Et nota q̄ is q̄ cōcacat si cōmode z absq; violētia nature pōt ꝺz abstinere a sputo aliq̄n post horam conuenientē spuere potest saltē in loco vbi sputū nequeat pedibus cōculcari. Siquidē homo spūalis omnia iudicat z ipse a nemine iudicatur z omnia mūda sunt mūdis ꝓpter q̄ si super lignū vel lapidē vel terrā cuchariſtia vel aliquid de sanguine ceciderit: sanguis lingua labendus est z deinde radendus z extergendus est ipse locus z pulvis in sacrario siue cū reliquiis reponendus. Si vero super corporale ceciderit fugatur sicut diligentius fieri poterit z lauetur ter in calice: z aqua lotionis post missaz sumatur: deinde corporale recōdēdū est z loco reliquiarū seruandū est. Si vero palla altaris intincta fuerit eodem modo ipsa particula intincta incisa est ꝓ reliquiis seruāda. si aūt super casulā vel albā degutter similiter fiat si super quodcūq; ꝓphanū vestimētū cōburēda est pars illa z cinis in loco sacro reponendus vt dicunt. Pius tñ papa statuit de ꝑse. dist. j. si per negligētiā: vt si aliq̄d de sanguine stillauerit in terra lingua lambatur. Si vero fuerit tabula locus corrodatur ne cōculcet z rasura igne cōsumat z cinis intra altare condat. Et si super altare stillauerit sorbeat minister stillā q̄ tū poterit. Si super linteū altaris minister lauet linteamina que stillā tetigerūt trib⁹ vicib⁹ calice subterposito z aqua ablutionis sumat in calice z iurta altare recō datur. Ibidez etiā sequit qualis pena sacerdoti cui hec cōtingerēt sit prius q̄ celebret imponēda. Et nota q̄ si aſi trāſsubstātiationē effusa fuerit pars mutent palle sub silētio z celebrās suū officiū exequatur: si totum effusum sit tūc premissa cōfessione minister denuo reinciptat officium ab illo loco. Hanc igitur oblationez ꝛc. Si vero post transsubstantiationem pars effusa est tūc similiter officiū exequatur. Si totum ita q̄ nihil hauserit quod valde enorme est: tūc ponat hostiā super ꝓpiatoriū z minister denuo ponat vinū z aquā z reciptat. Hāc igitur oblationē ꝛc. confessione tñ premissa z hostia seruata sumatur postmodū a ministro in fine misse vel seruetur pro infirmis. Bursus consilio aurelianū. de consec. dist. ij. statuit q̄ qui non bene custodierit sacrificiū vt tia eius mus vel aliud animal illud comederet. xl. dies peq̄ nō bñ niteat. Qui aūt perdiderit illud in ecclesia vel ꝑs custoeius ceciderit z inuenta nō fuerit triginta dies pe dierit niteat. In eodem etiā. c. ita sequitur in burcardo sacrifilib. v. Unde scriptū est perfundens aliquid super ctū. altare de calice quando offertur sex dies peniteat aut si abundantius. vij. dies peniteat. Qui autē perfundit calicē dū misse solēnitas celebratur. xl. dies penitebit. Si vero missa celebrata ꝓsbyter negleserit accipere sacrificium similiter. xl. diespe niteat. ¶ Et qui pollutus nocturno rēpore: acceperit sacrificium. vij. dies peniteat. Qui negligentiā erga sacrificiū fecerit vt a vermibus consumptū ad nihilū deuenerit tres quadragesimas cū pane z aqua peniteat. ¶ Si integrū inuentū fuerit: z in eo vermis cōburatur z cinis super altare recondatur: z qui negleserit quaternis diebꝰ suaz negligentiā soluat: si cū amissione saporis sacrificiū dulcoratur. xx. dies tempio expleatur. Qui ex cōglutinatū miserit. vij. dies peniteat si sacrificiū fuerit sordida vetustate perditū igne cōburendū

Confici et aceto vel agresta an possit.

Penitē tia eius

est: et dnis iuxta altare sepelliēdus: sicut legitur in burcardo. lib. v. c. omne. Itē etiā notandū ē q̄ si a naso sacerdotis celebrātis sanguis exierit vel nausea superuenerit recipientur in aliquo vasculo ne sctā contaminent et ter terso naso vel ore abluto re incipiat sub silentio vbi dimisit. Si vo infirmitas superuenerit inuitatur super crepidinem siue oraz altaris vel sedeat donec conualescat et sic incipiat vbi dimisit sed si nullo modo potest consummare ministerium alius sacerdos paratus incipiat vbi ille dimisit prout dictum est in certa particula sup verbo Hoc est corpus meū. sed si incertum est vbi ille dimisit tūc q̄ periculosum esset verba sacramē iterare vel pretermittere posita oblata illa super propiciatorium ministret denuo vt premissum est.

Ad qd dr mysterū fidei

Sequit̄ mysterium fidei ꝛc. ideo dr mysterū quia aliud videtur et aliud intelligitur hoc credere iubemur: discutere nō audemus fides em̄ nō est nisi de occultis iuxta illud. Fides nō hz meritū ꝛc. vt supra Greg. de conse. di. ij. qd sit aūt fidē dicat q̄ iō dr mysterū fidei qz credere debemus q̄ ibi salus nostra consistit vel qz sine fide non fit hoc sacrm̄. sine ea illud intelligi plene nō potest. Dicitur autē mysterū qz secretam et reconditā hz dispensationem. j. q. j. multi. Mysterū aūt grece dr secretū latine et ꝑm Jnno. iij. de cele. mis. cū marthe. nullus euangelistarum dixit hec verba. Ex his autem et aliis scripture verbis quidam dixerunt in sacramēto altaris veritatem corporis et sanguinis christi non esse sed imaginē tantū et speciem et figuram: pro eo q̄ scriptura memorat aliquotiēs: id qđ in altari suscipitur esse sacramentum et mysterium et exemplū: sed hi profecto laqueū erroris incurrūt. De quo etiam tactū est in sexta particula sup verbo fregit. Nūquid enim ideo sacramento altaris veritas nō est: quia figura est. Absit omnino si tñ hoc esset: ergo nec mors christi veritas est: quia figura est resurrectio christi veritas non est: quia figura est nam mortem et resurrectionē christi figuram et imaginem et similitudinem esse manifeste declarat apls dicens: christus mortuus est pro delictis nostris et resurrexit propter iustificationē nostram. Et Petrus apls. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exēplum vt sequamini vestigia eius: ergo mors christi exemplū fuit vt peccato moriamur: et resurrectio eius exemplum fuit vt iuste viuam⁹ si em̄ veritas nō fuit: ergo xps vere mortuus non fuit et vere nō resurrexit: sz mors eius et resurrectio eius vera nō fuit: sed absit hoc. Nam propheta de eo predicit. Vere lāgores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Altaris ergo sacramentum est veritas et figura. Tria quippe sunt in hoc sacramēto discreta vz forma visibilis: veritas corporis: et virtus spiritualis. de cō se. di. ij. corpus forma panis et vini veritas carnis et sanguinis: virt⁹ charitatis et vnitatis. Primū oculo cernitur: scōm aīo creditur: tertiū corde percipit. Primū est sacramētū et nō res: scōm est sacramentum et res: tertiū vero res et nō sacramentum. Sed primum est sacramentū gemine rei: tertiū est res gemini sacramenti: scōm autē est sacramētū vnius et res alterius. Nā forma panis et vinū xp̄i carnē significat: id est verā et mysticam: sed verā carnē et cōtinet et significat: mysticam vero significat sed nō cōtinet. Sicut em̄ vnus panis ex multis granis cōficitur et vinum ex diuersis racemis confluit: sic et corpus christi ex multis mēbris cōponitur. et vnitas eucharistie ex diuersis personis consistit scilicet in predestinatis: vocatis: iustificatis et glorificatis. Nā quos predestinauit hos et vocauit: et quos vocauit hos et iustificauit. Unde et apostolus. Unus panis vnum corpus multi sumus. Jn cuius rei typum facta est archa domini de lignis sethim q̄ sunt imputribilia et albe spine similia. Patet ergo q̄ substātia corporis et sanguinis christi est sacramentū et res: sed alteri⁹ sacramēti est res: et alteri⁹ rei est sacramētū. Est em̄ res primi qz figurat et ptinet a primo: vz a forma visibili ꝛc. Et est sacramētū tertij qz significat et efficit tertiū. i. vnitatē ecclīasticā. Dicitur ergo hoc mysterū fidei qm̄ aliud ibi cernit̄ et aliud ibi credit̄. Cernit̄ em̄ species panis et vini: et creditur veritas carnis et sanguinis. Quod aūt hic dicit̄ mysterū fidei alibi dicit̄ spūs et vita. Spūs enim est mysterū ꝑm illud. Littera occidit: spiritus autem viuificat: et fides ē vita ꝑm illud. Justus ex fide viuit. Hinc ergo dñs ait. Verba que locut⁹ sum vobis spiritus et vita sunt. Verū cū cōsecratio perficiat sacramētū et post consecrationē nō sit in altari panis: aut vinū queritur quis panis est corporis aut qđ vinū est sanguinis sacramētū. Nā si dicat q̄ panis qui fuit vel vinū quod extitit ꝓfecto nec ille corporis nec illud est sanguinis sacramētū qz panis trāsiuit in corpus et vinū in sanguinem. Si vero dicat q̄ species illa que remānsit. Illa qui dē nec extitit ex granis nec confluxit ex racemis: quoniā ex his nō prouenit accidēs: sed substātia. Quā ergo similitudinem assignabimus inter sacramentū rei et rem sacramēti. Nam si sacramēta nō haberēt similitudinē rerum quarū sunt sacramēta proprie sacramēta nō dicerentur sicut sacramentū baptismi quod est ablutio carnis exterior similitudinem habet significati qđ est ablutio mētis interior. Sane sacramentū istud in eo gerit similitudinē corporis in quo panis similitudinē representat. species ergo panis sacramentū est corporis nō solū ratione rei significate: verūetiā rōne contēte. Queritur aūt vtrū species panis et veritas corporis vnum sint sacramentū an diuersa. Et videtur diuersa. Cū em̄ diuersa sint signa videtur q̄ diuersa sint sacramēta. Preterea scriptū est: proficiāt in nobis quesum⁹ dñe tua sacramenta qđ cōtinēt que verba sub tt. de oratione nouissima exponētur. Sed videt̄ ꝓtra q̄ sint solū vnū. Cū em̄ eandē rem sacramenta significēt: videt̄ q̄ idē sint sacramentū. Preterea legitur. Presta vt hoc tui corporis et sanguinis sacramentum nō sit nobis reatus ad penā. Super hoc dicūt quidā q̄ forma panis et vini sunt vnū sacramētū nō ꝓpter vnū significatū: sed propter vnū cōtentū. Species aūt panis et veritas corporis sunt vnū sacramētū nō propter vnū cōtētū: sed ꝓpter vnū significatū.

Hi debent

Unitas eucharistie ex diuersis consistit.

Sacrm nõ nũq̃ largenõ nũq̃ stricte accipitur.

Nonnulle eccle hñt duas pallas alie ño eccle sie vnicã pallãha bent.

ñal debẽt cõcedere q̃ sicut diuerse res ꝓpter idez & vnũ significatũ idem sunt sacramentũ: sic eadez res propter diuersa significata diuersa sunt sacramenta: quib⁹ obiicitur q̃ si spẽs panis & veritas corporis idẽ sunt sacramentũ cũ species panis sacramentũ sit corporis: ergo veritas corporis idez est sacramentũ: & ita idẽ est sacramentuz sui. Sed hoc nõ procedit: quia species panis est quoddam sacramentũ quod est veritas corporis: & est quoddam q̃ nõ est illa q̃m duo sunt sacramenta diuersa. Alij vero dicunt q̃ siue diuersa sint significata siue diuersa significantia semper diuersa sunt sacramenta q̃ oportet cõcedere q̃ in altari sunt ad minus quatuor sacramẽta vez species panis & species vini: veritas carnis & veritas sanguinis. Preterea cũ panis & vini diuersa sint accidentia: vt sapor & odor: pondus & color q̃ntitas & figura: videt q̃ singula per se sint varia sacramenta: que eñ ratione potius vnum q̃ aliud dicendũ est sacramentum: sed cuius rei sacramentũ est odor: aut sapor. Ad hoc potest nõ incõgrue respõderi: q̃ omnia simul accepta sunt vnũ eucharistie sacramentũ: eo q̃ nullũ per se solũ significet: sed omnia simul panis speciẽ representãt qui corpus xpi cõtinet & significat. Signorũ aũt alia sunt naturalia: alia positiua. Naturalia sunt que ꝑ naturã significant: quorũ quedã sunt que per antecedens signãt consequens vt in rubore vespertino significatur serenitas matutina: alia sunt que per ꝓñs significant antecedẽs vt fumus vel cinere significat ignis fuisse. Positiua sunt illa que ꝑ impositionem significant: quorũ alia sunt signa rei sacre vt serpẽs eneus erectus in deremo. Alia sunt signa rei nõ sacre vt arcus triũphalis erectus in biuio. Porro signorũ rei sacre alia sunt sacra: vt baptismus alia non sacra: vt agnus paschal. Sacra sunt signa no. test. nõ sacra veteris: quãuis eñ vtraq̃ sint signa rei sacre. i. rem sacram significãtia: nõ tñ vtraq̃ sunt sacra. i. iustificantia licet nõnulli dixerint sacramẽta legalia iustificasse: hec eñ est differentia inter legalia & euãgelica sacramenta: q̃ illa significabant tñm hec tamen iustificãt & significãt. Verũ quãdoq̃ large q̃nq̃ stricte sacrm accipitur. Large ꝑ m q̃ oẽ signũ rei sacre siue sit sacrũ siue nõ sacruz dicit sacramentũ: vñ signa legalia sacramenta dicũtur. Stricte ꝑ m q̃ sacrũ solũmodo signũ dicitur sacramentũ: de conse. dist. ij. sacrificiũ. & c. signũ: & species. ſ. q. ſ. multi. Sacramentũ aũt ꝺr actiue & passiue quasi sacrum signans vel sacrum signatum. Nã omne sacramẽtũ q̃nq̃ signũ rei q̃nq̃ res signi vane nũcupatur: ꝑ m q̃ sacramentũ accipitur pro signo rei sacramentũ dicitur a sacro & signũ quasi sacrũ signũ sed ꝑ m q̃ sacramentũ accipitur pro re signi sacramentũ dicitur a sacro & secreto: quasi sacrum secretum. Species ergo panis dicitur sacramentum actiue. idest sacrum signans vnitas aũt ecclesie dicitur sacramẽtũ actiue. i. sacrũ signatũ. Corpus vero dñi cum vtroq̃ modo dicitur sacramentum: idest & sacrũ signans & sacrum signatũ. Sacramentũ vero cõsistit in tribus. ſ. in rebus: in factis: in ꝓbis: ꝑ m ꝓprietatẽ: similitudinẽ & interpretationẽ. Leo nãq̃ ꝑ m ꝓprietatẽ sigt diabolũ: vñ. Aduersarius vester diabolus tãq̃ leo rugiẽs circuit querẽs quẽ deuoret. Seminare ꝑ m similitudinẽ significat predicare: vñ. Exiit q̃ seminat seminare semẽ suũ: & aliud cecidit in terrã bonã: & aliud sup petrã. & aliud inter spinas. Emanuel ꝑ m interpretationẽ significat xp̃m: vñ. Et vocabit nomẽ eius emanuel q̃ interpretatur nobiscũ de⁹. Res vt aq̃ baptismi factũ vt signaculũ cruc⁹ verbũ & inuocatio trinitatis. Singula reperiũtur in hoc excellẽtissimo sacramẽto res. i. corpus & sanguis: factum idest esca & potus: ꝓbũ hoc est corp⁹ meũ: hic est sanguis me⁹. Sequit. Qui pro vobis & pro multis effundet in remissionẽ pecꝯrũ &c. Pro solis predestinatis effusus est quãtũ ad efficaciã: sed pro cũctis hoibus quantũ ad sufficientiã. Effusio q̃p pe sanguinis iusti pro iniustis: tã fuit dues ad pcũ vt si vniuersitas crederet in redẽptorẽ nulluz oino vinculũ diaboli retineret. Verbũ eñ effusionis abundantiã notat. xvj. q. j. reuertimini. Petrñ aũt duobus modis remittit: vez quo ad meritum culpe: & hoc per sanguinis fidẽ qua iustificamur a culpa: & quo ad debitũ pene: & hoc per sanguinis preciũ quo redẽpti sumus a pena. Oẽs eñ quasi oues erauimus: vnusquisq̃ in viã suã declinauit & dñs in eo posuit iniquitates omniũ nostruz: vñ vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras: attritus est ꝓpter scelera nostra disciplina pacis nostre super eũ: & liuore ei⁹ sanati sum⁹. Vere lãguores nostros ipse tulit &c. Vez ergo iust⁹ iniuste punit⁹ est: iniusti iuste sunt liberati. Assumpsit eñ in se penã pro oĩb⁹: vt daret semp gratiã vniuersis. Hic aũt sacerdos eleuat calicẽ vt illũ populo ostẽdat: nec est superflua hec elevatio vt dictũ est in fine particule precedẽtis. Et ẽt notandũ q̃ quedã ecclesie duas habent pallas corporales & ibi eleuatur calix coopertus cũ altera earũ. In quo ostenditur hoc sacramentũ occultissimũ fore & difficillimũ ad intelligendũ quoq̃ rẽpore institutiõis hui⁹ sacramẽti sanguis xpi invisibilis erat: qui inter venas ei⁹ existebat: alie vero ecclesie vnã tñm habẽt pallã: et ibi eleuatur discoopertus absq̃ velamine. Primo ad designãdũ q̃ post institutionẽ hui⁹ sacramẽti sanguis xpi fact⁹ fuit visibilis ꝑ ipsi⁹ effusionẽ in cruce: vñ hic ꝺr. Hic est sanguis me⁹ &c. in eo enim q̃ calix nõ est coopert⁹ cũ palla super qua est hostia cõsecrata designatur q̃ sanguis xpi a corpore effusus est & separatus est. Sed ꝺo quia hostia sup pallã corporalẽ: nec bono modo posset alibi poni. Tertio quia propter venti flatum periculosum est coopertum cum palla leuare. ¶ Et nota q̃ sacerdos actus christi representans dñ dicit. Accipiẽs calicem parum eleuat calicẽ: deinde dicit: benedixit vt sine periculo calicem benedicat illuz in altari deponit. Subsequenter etiam dicit: accipite parum tenet eleuatum vsq̃ dum altuz eleuet vt illũ populo ostendat. Sequitur. Hoc quotiescũq̃ feceritis &c. Hec clausula quia consecrationem tam corporis q̃ sanguinis respicit post depositum calicem debet dici. Sane in perceptiõe corporis xpi & sanguinis magna est nobis adhibẽda discretio.

Cauendū est em̄ ne si nimiū differatur mortis periculū incurratur dño protestāte. Nisi mā ducaueritis carnē. filij hoīs ⁊ biberitis eius sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Si vero quis indigne suscipit ꝑm apostolū iudiciū sc̄z dānationis sibi mā ducat ⁊ bibit: de cō se. di. ij. q̄ scelerate. ⁊ c. seq. Jō. q̄ ꝑm eūdē apostolū ꝓbet seipsum hō: ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat ⁊c. Dicet ergo quis. cōmunicandū esse quotidie. Alius vero dicet econtra. Faciat igitur vnusquisq; qđ pie crediderit faciendū: nō em̄ litigauerunt aduuicē: nec alter alteri se proposuit zacheus. s. ⁊ ille cēturio cū alter eorum gaudens xp̄z in domo sua suscepit: ⁊ alter dixerit. Dñe nō sum dignus vt intres sub tectū meū ⁊ hoc est qđ Augu. ait. xij. di. illa. de cō se. distin. ij. quotidie. Alij quotidie cōmunicant corpori ⁊ sanguini dñi: alij certis diebus accipiūt qđ liberā habet obseruantiā. De hoc sub titu. de osculo pacis dicetur. ¶ Et nota q̄ licet xp̄s semel credētes sua morte redemerit: ecclesia tñ hoc sacramentū quotidie necessario repetit ob tres precipue cās. Prīo q̄ in vinea laborātes eo quotidie reficiūtur. Secūdo vt neophiti per illud incorporētur xp̄o. Tertio vt memoria passionis xp̄i quotidie mentibus fidelū ad imitandū infigatur: quotidie em̄ egem⁹ ideoq; panis quotidianus vocat. Quotidianum ergo sacrificiū: vt probat Paschasius papa. de cō se. di. ij. iteratur est cōmemoratio nō iteratio passionis. Et ideo sequitur. In mei memoriā facietis idest in hoc sacramento vobis quotidie mortis et passionis xp̄i memoria renouabitur. de cō se. di. ij. corpus. ⁊. c. iteratur. vñ. j. ad Corin. x. Quotēscūq; manducaueritis panez hunc ⁊ calicem bibetis mortē domini annūciabitis donec veniat: propter qđ ipse dicebat apostolis. Hoc facite in meā commemorationē. Hanc vltimā nobis memoriā dominus dereliquit: prout dictū est super ꝥbo. Post q̄s cenatū est. Et nota q̄ habemus triplex memoriale dominice passionis. Primū quantū ad visus in imaginibus ⁊ picturis ⁊ ꝓpterea crucifixi imago depingitur in libro ⁊ in ecclesijs. Secūm quantū ad auditū sc̄z passio xp̄i p̄dicata. Tertiū quantū ad gustū. s. sacramētū altaris in quo xp̄i passio patēter exprimit̄ ⁊ ꝓpter hoc premīsit ⁊ memoriā ve. Et sequit. Vñ ⁊ memores. Qui āt calicē disco operū eleuāt illū in hoc loco cū palla corpali cooperiunt inuētes q̄ sepulto dño aduoluto lapide clausum est hostiū monumēti: vt dicit mar. ⁊c.

Triplex memoriale dñi ce passionis habemus.

¶ De octaua parte canonis. Rubrica.

VIde ⁊ memores ⁊c. Octaua pars q̄ dñs ipse p̄ceperat in. c. Simili modo ⁊ hoc in sui memoriā faciem⁹. Idcirco in hac parte tria sibi cōmemoranda proponit ecclesia. s. tam beatā passionē necnō ⁊ ab inferis resurrectionē: sed ⁊ in celos gloriosam ascensionem: quorum primus idest passio excitat charitatem scōm. i. resurrectio corroborat fidem: tertius. i. ascensio letificat spē. Quid em̄ in nobis magis charitatem ascendit q̄ꝫ q̄ pro filio suo non perpercit deus. Quid magis in nobis fidem confirmat q̄ꝫ q̄ christus resurrexit a mortuis. Sicut em̄ in adā omnes moriuntur: ita ⁊ in christo omnes viuificabuntur. Quid magis in nobis amplificat spem q̄ꝫ q̄ christus ascendens in altum capti. d. c. de. do. ho. vt vbi ipse est illic sit et minister eius. Sacerdos igitur hoc representans dicendo tam beate passionis manus in modū crucis extendit: vt habitu corporis manuum christi extensionem in cruce representet: quod tamen alij faciunt qñ dicunt. Hanc igitur oblationem representantes crucifixionem statim secutam. Et quia christus prolixius oīas factus est in agonia: ideo agoniam illam habitu oculorum ⁊ faciet quodaz modo representat. Dicens autem necnon ab inferis resurrectionem: illas ad se vt prius reducens: eas parū erigit: vnde in cāntico Abachuch. Altitudo manus suas leuauit: ⁊ hoc in signū q̄ xp̄s inuictus leo surrexit a mortuis. Item dicens. Sed et in celos gloriose ascensionis eas erigit equaliter vsq; ad humeros in signū q̄ christus eleuatis manibus ferebatur in celum ⁊ sedet ad dexteraz dei patris. Quod igitur dicitur: vnde ⁊ memores ⁊c. sic est intelligendum quasi di. nos esse sacerdotes profitemur: ⁊ plebem tuam memorē esse testamur christi filij tui ⁊c. sacerdotes quidem memores et instructi esse debent: quia ipsi missam celebrant et sacrificium christi exemplo offerunt. Plebs etiam sancta memor esse debet: quia christus nō solum pro sacerdotibus: verumetiā pro plebe passus est que sancta dicitur: quia fide ⁊ baptismo christi precepto sanctificata est. Item ex nunc stringūtur digiti: scilicet pollices ⁊ indices nec disiungunt nisi quando oportet hostiam tangi vel signa fieri: qđ fit primo ob reuerentiam sacramenti ne videlicet aliquid tangant post tactum corporis christi. Secundo videlicet in signum q̄ in hoc sacramento se cūdus accedit primo. idest filius patri obedit. Et ideo subiicitur: vnde ⁊ memores tam beate passionis: resurrectionis ⁊ ascensionis ⁊c. Tertio digiti qui corpus christi tetigerunt iunguntur ad ostendendum q̄ fideles illud fide ⁊ deuotione tangentes debent esse charitati coniuncti: ⁊ sicut digiti in tangendo ⁊ signando ab inuicem ad horā diuidūtur: sic ⁊ fidelū operatiōes in hac vita cū expedit separantur: qñ qñq; per cōtemplationem ad spiritualia eleuantur ⁊ qñq; pro mundanis necessitatibus temporalia administrant. Quarto digitorū cōiunctio indicat q̄ corpori ⁊ sanguinis dñi nostri sacramento ⁊ mens ⁊ corpus sacerdotis inseparabiliter esse debent affixa. Quinto stringūtur ne pulvis seu particula hostie illis forte adherēs cadat. Quia vero ecclesia dixit se memorem dominice passionis ideo statim acerbiorem speciem ipsius passionis cōmemorat recolens in quinq; crucibus quinq; plagas. Sicut em̄ subsequēs expositio declarabit abhinc vsq; dū corporale desuper calicem remouetur: dominice passionis ordo memoratur. Nam vbi dicit sacerdos hostiā puram: hostiam scām: hostiam immaculatā: panē sctm̄ vite eterne ⁊ calicē salutis perpetue quinariū crucis signaculū imprimit super oblatam ⁊ calicem significans quinq; xp̄i plagas: sc̄z duas manuum: to-

Plebs ad quā dr̄ sancta.

bunt terram. De tertia. Beati qui lugent: qm̄ ipsi cōsolabuntur. De quarta. Beati qui esuriunt ⁊ sitiūt iusticiā: qm̄ ipsi saturabunt. De quinta. Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā consequent. De sexta. Beati mūdo corde: quoniā ipsi deū videbūt. De septima. Beati pacifici: quoniā filij dei vocabunt. ¶ Septem vero vitia capitalia sunt: inanis gloria siue superbia: ira: inuidia: accidia: auaricia: gula: luxuria: que significata fuerūt in septem populis qui terrā israel promissam tenebāt: videlicet etheus: gergezeus: amorreus: chanane⁹ ferezeus: eueus: ⁊ iebuseus. Homo igit̄ est egrot⁹ deus medicus: vitia sunt languores: petitiones sunt plāctus: dona sunt antidota: ⁊ virtutes sunt sanitates: beatitudines sunt felicitates. Hec septē vitia per septē petitiōes hui⁹ orationis fugā tur prout infernus ostēdetur. ¶ Ad orationis ergo expositionē veniamus. ¶ Et no. q̄ in quibus dā ecclesijs dū hec septē petitiones dicunt: diaconus stat inclinatus cōmunionē expectās in quo significat apostolos qui post mortē dñi per septē ebdomadas confirmationē spiritus expectauerunt: subdiaconus vero quiescit: q̄ mulieres in sabbato que est dies septima siluerunt.

Septez vitia capitalia.

¶ Expositio dñice orationis. Rubrica.

PAter noster. Ordinē tēporis vt p̄missum est in hui⁹ orationis expositione seruātes a fine eius initiū sumamus versus principiū ordine retrogrado procedēdo. Siquidē homo multis malis circundatus primo petit liberari a malo: q̄ vero sine tētatione nō est vita hominis super terrā: ideo liberatus a malo petit vt in tentationē nō inducat. Et q̄ dū in hac vita cōsistit semper est in quocunq; pctō: nā si dixerimus q̄ peccatū nō habemus veritas in nobis nō est: ideo petit vt debita. id est peccata sibi dimittant. Cū autē fuerit liberatus a malo cum vicerit tentationes: cū debita fuerint ei dimissa: q̄ qui per se stare non potest necessarius est ei spiritus fortitudinis ne premiū expectando perficiat: ideoq; petit vt panis quotidianus sibi donetur: deinde cū fuerit liberatus a malis ⁊ roboratus in bonis petit vt fiat volūtas dei sicut in celo ⁊ in terra: qm̄ premissa in hac vita p̄fecte fieri nō possent: mox petit vt regnū aduenīat in quo nomē p̄fis sanctificet in celis: vt nūq; de cetero possit a sctificationis gra separari. Post q; petitionū continuationē premisimus: mox ad eorū expositionē veniamus: prenotandū tm̄ est q̄ illud qd̄ i oratione premittit videlicet. Pater noster qui es in celis: captatio benuolentie est: vt tam dicetur. Nempe pater grece dicitur genitor latine: ⁊ hebraice abba: ⁊ dr̄ de⁹ pater a patrādo siue perficiēdo: q̄ per eū oīa facta sunt. Deus aūt ⁊ gn̄aliter ⁊ specialiter ⁊ singulariter dicit pater. Gn̄aliter oim p creationē: specialiter iustor̄ p adoptionē: singulariter xpi p generationē. Per creationē vt ibi. Flecto genua mea ad deū patrē omnipotētē a quo oīs paternitas i celo ⁊ in terra nominat. Per adoptionē vt ibi. Si vos cū sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: q̄ tomagis pater vester de celo dabit spiritum bonum petentibus se. per generationē vt ibi. Nemo nouit filiū nisi pater et patrē nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. p hoc qd̄ dicit pater noster qui es in celis dehortatur nos a duobus vcz a superbia ne dicatur pater mi: quasi raputantes proprium qd̄ est cōmune: ⁊ ab indignitate. s. ne reddamur indigni tāto patre qui cōsistit in celis. Deus em̄ solus xpi est pater p naturā cui soli cōpetit dicere pater mi: fidelium autē est pater per gratiā quibus cōpetit dicere pater noster: ille dicit. Pater mi: si possibile est trāsfer a me calicē hunc. Iste dicit. Pater noster qui es i celis sanctificetur nomen tuū ⁊ ipsemet dicit. Vado ad patrē meū ⁊ ad patrē vestrū: meū quidē per naturā: vestrū per gratiā. ¶ Hortatur etiā nos per hec ad duo. s. ad seruādū gratiā adoptionis: cū dicit pater: ⁊ vnitatē fraternitatis: cū ait noster. ¶ Rursum per hoc q̄ dicit Pater quod est nomen pium notatur bonitas eius ⁊ ecclesie deuotio q̄ tm̄ patrē appellat: per hoc vero qd̄ dicit noster ostendit dilatatio charitatis: per hoc qd̄ dicit in celis. i. i sanctis quor̄ conuersatio a terrenis iudicijs remota est dei pietas designatur. Quia igitur captatio benuolentie in hac oratione premittitur: sciendum est q̄ benuolentia captatur a tribus. s. persona cognitoris: petitoris ⁊ assessoris: cognitor est deus: petitor est hō: assessor est angelus. A persona cognitoris cū ait pater: petitoris cū ait noster: assessoris cū ait qui es i celis. i. in angelis vel sctis de quib⁹ habetur. Celi enarrāt gloriā dei. vñ spes nobis attribuitur vt sctōs nos faciat. Vel in celis i. in secreto maiestatis diuine p qd̄ datur fiducia obtinēdi bonū occultum: qd̄ oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit. Dat ergo fiduciam impetrādi bonū: vñ nō dr̄. Dñe cui seruitur timore: sed pater cui seruit amore. q. d. q̄ pater es vis: q̄ in celis es: potes. ergo libera nos a ma. ¶ Et no. q̄ celū dr̄ a celando: q̄ celat diuina secreta: vel a celsitudine: q̄ alti⁹ est terrenis reb⁹. Sed libera nos a malo. Triplex est malū a quo petim⁹ liberari. innatū auditū ⁊ inflictū. Primū cōtrahit scz originale. Scōm cōmittit. s. actuale. Tertiū sustinemus scz penale. Malum autem vitamus per spiritū timoris. Hā vt inquit scriptura. Timor dñi expellit peccatū. Porro triplex est timor quo cessamus a malo: seruil: initialis: ⁊ filialis. Timore seruili cessam⁹ a malo formidine pene. Timore filiali cessamus a malo amore iustitie. Initiali timore cessamus a malo partim formidine pene partim amore iustitie. Seruilis timor est incipiētiū: initialis p̄ficientiū: filialis perficientiū. Dicit ergo. Sed libera nos a malo. q. d. Da nobis spiritū timoris ⁊ paupertatē spūs vt p spm̄ timoris vitem⁹ mala p paupertatē spūs abiicemus bona: quatenus exclusis vitijs ⁊ cōtēptis terrenis habeamus eterna scz regnū celor̄ qd̄ lucifer ⁊ primi parētes p inanē gloriā siue superbiā amiserūt. p hoc ergo q̄ se humiliando petit liberari a malo qd̄ fit p donum timoris: fugatur superbia q̄ opponit timori: ⁊ sic finis oīonis cōcordat cū principio vbi ab humilitate

Benuolētia captatur tribus.

cõtra superbiã incepit: vt premissum est. ¶ Et ne nos inducas in tẽtationẽ. s. diabolicã. Nota q tẽtat nos deus: tẽtat homo: tẽtat diabolus: deꝰ tẽtat vt probet: homo vt sciat: diabolus vt fallat. De primo legitur. Tẽtauit deus abrahã. De secũdo. Tenta nos obsecro diebus decem. De tertio. Cur satha nas tentauit cor tuũ? ¶ Porro duobꝰ modis tentamur: interius per delectationẽ: ꝛ exterius per suggestionẽ: interior tentatio parum efficit exterior multũ proficit si non consentiatur sed resistatur. Scriptũ est enim. Tentatio vos non apprehẽdat nisi humana. Rursus. Beatus vir qui suffert tentationẽ q cũ probatus fuerit accipiet coronã vite. Cũ igitur circa cõsensum tentamur ducimur in tentationẽ: cũ consentimus in tentationẽ inducimur: sicut piscis ante capturã ducit in rethe: cum autem inducitur capitur ꝛ tenetur: tũc impletur qõ Jacobꝰ apls ait. Tentatur autẽ vnusquisq a cõcupiscẽtia sua mala abstractꝰ ꝛ illectꝰ. Deinde cõcupiscẽtia cũ cõceperit parit peccatũ: peccatũ vero cum cõsummatũ fuerit generat mortem. Verum cũ idẽ apls dicat: q deus est intentator malorꝝ. Quid est qõ petimus ne deus nos inducat in tentationem? Sed dicendũ est q deus quodã modo tẽtat: ꝛ quodã modo nõ tentat: tentat vt probet: iuxta illud. Proba me deus ꝛ tẽta me: non tentat vt fallat. iuxta illud. Deus neminẽ tentat. Petimus ergo ne nos deus in tẽtationẽ inducat. i. ne permittat induci: q sicut dictum. Non est malũ in ciuitate qõ deus nõ faciat i. qõ fieri nõ permittat. Scriptum est enim. Fidelis deus qui nõ patiꝫ vos tentari supra id qõ potestis quasi dicamus. Da nobis spm̃ pietatis ꝛ mãsuetudinẽ spũs vt per spiritũ pietatis vincamus tentationes exercẽdo nos ad pietatẽ: ꝛ per mansuetudinẽ vincamus irã nõ reddendo malũ pro malo. Vincamus etiã inuidiã que opponit pietati: vt ita possideamus terrã viuẽtiũ quã per spm̃ pietatis per mansuetudinẽ spiritꝰ obtinebimus. Vñ pietas ꝓmissionẽ hꝫ vite q nũc est ꝛ future: ꝛ beati mites qm̃ ipsi possidebũt terrã. vñ ps. Mãsueti possidebũt terrã: ꝛ delectabunt i multitudine pacis. Dimitte nobis debita nra ꝛc. Debita dicunt pctã q nos debitores pene cõstituũt: nõ enim hic agit de debitis pecuniarũ: sed offensarꝝ. Tria sunt debita q petim⁹ nobis dimitti: scꝫ pctm̃ i deũ. peccatũ in proximũ ꝛ peccatũ in nos. vnde. Peccauimus cũ patrib⁹ nostris iniuste egim⁹ iniqui. feci. vnde Peccauim⁹ cũ patrib⁹ i deũ: iniuste egimus in proximũ: iniquitatẽ fecim⁹ in nosmetipsos Et q peccauimus in deũ: tõ petim⁹ vt ipse dimittat nobis debita nostra: q peccauim⁹ i nos. tõ petim⁹ vt dimittat nobis debita nra: q peccauim⁹ in proximũ: tõ petimus vt dimittat nobis debita nostra sicut ꝛ nos dimittim⁹ debitoribꝰ nris. Hoc pacto ergo ꝛ ea cõditione nobis dimittunt si nos dimittamus debitoribus: alioquin etiã dimissa reuocãtur in debitũ ꝑm illud euãgelij. Serue nequã omne debitũ dimisi tibi qm̃ rogasti me: nõne ergo oportuit ꝛ te misereri cõserui tui: sicut ꝛ ego misertꝰ sum tui: ꝛ iratꝰ dns eiꝰ tradidit eum tortoribus quoadusq redderet vniuersum debitũ: sic et pater meus celestis faciet vobis si non dimiseritis vnusquisq fratri suo de cordib⁹ vestris. Ut ergo dns euidenter ostenderet q nullus est totius orationis fructus: nisi debitorib⁹ dimittamus in fine eiusdem euangelij subiunxit ad omnia. Si dimiseritis hoibus pctã eorꝝ: dimittet vobis pater vester celestis peccata vestra. Si aũt nõ dimiseritis hominibus pctã eorꝝ: nec pater vester di. vo. peccata vestra. His ergo qui debitorib⁹ non dimittũt hec oratio non prodesse videtur: sed obesse. Nã qui sic petit sibi dimitti sicut debitorib⁹ suis ipse dimittit profecto si nõ dimittit ipse debitorib⁹ videt petere vt sibi nõ dimittatur de cõse. di. ij. panẽ. Sed queritur qui tenet illi dimittere q nec satisfacere vult nec veniã postulare? Sane distinguendũ est inter perfectum et imperfectum. Ps qui viam perfectionis arripiat etiã non petenti veniam omnib⁹ modis indulgere tenetur. Unde in canone Innocen. de peni. dist. v. c. fi. legitur. Falsa est penitẽtia si penitens offenso nõ satisfaciat: aut si offendẽti offensus nõ indulgeat. Qui vero nondũ perfectionis votum assumpsit tenetur quidẽ rancorem cordis deponere: sed nõ tenetur satisfactionẽ debitã condonare. Unde in canone Fabiani. xxxij. q. iij. cũ in lege ita canitur. Si quis cõtristatus recõciliari noluerit fratri suo satisfaciẽte eo qui cõtristauit acerrimis maceretur inedijs vsq dũ gratanti animo satisfactionẽ recipiat. Quãq oẽs vlr teneamur diligere inimicos nostros: ꝛ bñfacere hijs q oderũt nos: ꝛ orare pro persequẽtib⁹ ꝛ calũniantib⁹ nos. ꝛc. di. si quis. Quia ꝯo sunt culpe in quib⁹ est culpa relaxare vidictã. xxviij. di. qui sunt. ꝛ si peccatũ in nos teneamur dimittere: pctm̃ tñ in deũ ꝛ i proximũ debemus punire. Quisquis ergo laborans odio vel inuidia grauat magis hac oratione q̃ iuuetur nisi tã ꝓpositũ hꝫ dimittẽdi. Verũtñ non in sua quisq ps in totius ecclesie videt pona orare: vñ nõ dicit dimitte mihi debita mea sicut ego dimitto debitoribus meis: sꝫ dicit dimitte no. de. no. sicut ꝛ nos di. de. no. Quidã etiã volũt ita illud intelligi. dimitte nobis ꝛc. i. sic di. no. de. no. vt ꝛ nos di. de. no. q. d. Da nobis donũ: scientiã: luctũ ꝛ virtutẽ: quatenus tã nostra q̃ aliena peccata cognoscamus ꝛ defleamus vt nobis debita nostra dimittas ꝛ ita cõsolationẽ habebimus aduersus inuidiã que facit hoiem dolere ꝛ de alieno bono tabescere aduersus irã que est cõtraria scie: q ira impedit animũ ne possit cernere verũ. xj. q. iij. illa. et casequẽ. Per scientiã enim ꝛ luctũ in presenti remissionem accipimus: ꝛ in futuro consolationẽ habebimus iuxta illud qõ legit a delicto meo mũda me: qm̃ iniquitatẽ meã ego cognosco. ꝛ beati qui lugẽt qm̃ ipsi cõsolabunt. Panẽ no. quo. ꝛc. Vñ in euangelio Jo: Dñe semper da nobis panẽ hunc. panis aũt grece interpretatur latine oĩs. Vñ oramus vt oĩs pr̃ oẽm victũ spualem ꝛ carnalẽ ꝛ corporalẽ oĩ tpe largiri dignet. Quiq aũt panes sunt nobis necessarij: in via quatuor: ꝛ quintus in patria: corporalis ad sustẽtationẽ: spiritualis ad informationẽ doctrinalis ad eruditionem: sacramentalis ad in via

Duob⁹ modis tentamur.

Panes quinq sũt nobis necessarij

exptationē ⁊ eternalis ad fruitionē. De primo legitur. Nō in solo pane viuit homo. De scdo. Amice accōmoda mihi tres panes. De tertio. Venite comedite panē meū. De quarto. Qui panem dñi māducauerit idigne reus erit corpis dñi. De qnto. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Postq̄ em̄ fuerint homini peccata dimissa: necessarius est ei spūs fortitudinis vt p̄missum est: ideo dicit. Panē nostrū quotidianū. i. nobis quotidie necessarū alioquin qd̄ nostrū esset nobis dare nō posset. nisi prius desineret esse nostrū. extra de sinstru. inter. Da nobis hodie. q.d. Da nobis spm̄ fortitudinis qui multiplici pane roborat animam ne deficiamus in presenti esuriendo iustitiam per quam expellentes accidiam: ⁊ tedium de bono plena iustitia saturabimur in futuro scōm illud. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iustitiam: qm̄ ipsi saturabuntur. Matheus dicit. Panē nostrū supersubstātialem qd̄ duob⁹ modis p̄t intelligi: vel vt vna sit dictio: quasi da nobis panē nostrū supersubstātialē. i. xp̄m q̄ ē supsubstātialis. i. sup omnē substantiā. s. creatā: qui panis est in altari: vel vt sint due dictiones: quasi da nobis panē nostrū. i. xp̄m qui est ꝓprius cib⁹ fidelīū ⁊ hoc sup panē. i. preter panē substātialē. i. necessarū ad substentationē. q.d. da nobis vtrūq̄. s. mētis ⁊ corporis. Lucas dicit. Panē nostrū quotidianū: qd̄ tā de corpore q̄m de sacrali pane potest intelligi. vez de viatico. Grecus hz epyusion: qd̄ interpretat supsubstātialē. de cōse. di. ij. in calice. in fi. Hebreus ꝟo segola: qd̄ interpretatur egregiū vel peculiarē. Ob hoc forte lucas vides matthēū dixisse segola qd̄ sonat peculiarē: dicit quotidianū. Grecus autem interpres Matthei quia vidit eum dixisse segola qd̄ sonat egregium: dixit epyusionē. s. supersubstantialem. Fiat volūtas tua. Hoc rogamus vt quomodo angeli vel oēs sancti inculpabiles deo seruiūt: ita ⁊ nos absq̄ graui peccato illi seruiamus i terra. Volūtas dei dupliciter intelligitur. s. ⁊ beneplacitum dei eternū ⁊ signū beneplaciti temporalis. Beneplacitū dei eternū semper impletur. vñ volūtati eius quis resistet: ⁊ oīa quecūq̄ voluit dñs fecit. Signa beneplaciti tēporalis sunt quinq̄ precptio: prohibitio: permissio consiliū ⁊ operatio. Vñ magna opera dñi exquisita in oēs voluntates el⁹. Hec nō semper implentur: sed vt impleanť oratur. Vñ ꝟ fiat voluntas tua. i. opere cōpleatur qd̄ precipis: qd̄ cōsulis: qd̄ suades: quia nō sufficit nisi assit facultas. lxxx. di. nō satis. Sicut in celo et in terra. i. sicut illi qui sunt in celo voluntatē eius faciūt. sic ⁊ nos i terra faciamus: vel sicut in celo ⁊ in terra. i. sicut in angelis: ita ⁊ in hoībus vel sicut in pfectis: ita ⁊ in cōuersis. vel sicut in xp̄o ita ⁊ i ecclesia: vel sicut in mente ita pariter ⁊ in carne vt caro nō concupiscat aduersus spiritū ꝟm illud. Cor meū ⁊ caro mea exul. i. d. vi. q. d. Da nobis spm̄ cōsilij vt faciamus voluntatem tuam: maxime misericordiā que permit auaritiam quatenus mīam cōsequamur ꝟm illud. Beati misericordes qm̄ ipsi cōse. Sicut em̄ auaritia cōsistit in acquirēdo ⁊ retinendo: ita mia cōsistit in dādo ⁊ dimittēdo: huius petitionis ⁊ altarū duarū impletio inchoat in via et cōsumatur in patria vbi nil velle poterimus nisi qd̄ deū velle scimus tunc diligemus deum ex toto corde ⁊ ex tota mēte. ⁊ ex tota aia: ⁊ ex corde. i. intellectu diligimus filium toto. i. sine errore ex mente. i. memoria diligimus patrē tota. i. sine oblitione. ex aia. i. volūtate: diligimus spiritum sanctū tota. i. sine cōtrarietate: patrē potentē: filium sapientem: spiritū sanctū benignū. i. trinitatis potētiam: sapientiam: ⁊ bonitatem. Adueniat regnū tuum. Hoc rogamus vt semper xp̄s regnet i nobis ⁊ nō peccatum vt nos paratos inueniat qñ alam a corpore iubebit exire. Regnū aūt dei ꝟ militās ecclesia qz regitur: ⁊ triūphās ecclesia quia regnat. Itē regnū dei ꝟ a gratia fidei ⁊ gloria spei. Rursus regnum dei ꝟ intellectus scripture ⁊ locus patrie. De regno militantis ecclesie scriptum est. Exibunt angeli messores ⁊ colligent de regno el⁹ oīa scandala. De regno triūphantis ecclesie reperitur. Venient ⁊ recūbent cū abrāā ysaac ⁊ iacob i regno celorum. De regno fidei dicit scriptura. Regnū dei intra vos est: de regno spei ait dñs. Percipite regnum qd̄ vobis paratū est ab origine mūdi. De regno scripture legitur. Auferetur a vobis regnum dei ⁊ dabitur genti facienti fructus eius. De regno patrie reperitur. Fulgebunt iusti quasi sol in regno patris eor̄. sed etiam xp̄s ipse dicitur regnum dei. scōm illud. Si ego in digito dei eiicio demonia. profecto venit in vos regnum dei. Adueniat igitur regnum tuum. i. aduenīat regnum ad regnum militantis. s. ad triumphātem: vel regnū tuum aduenīat. i. ad videndum te veniat: regnum fidei ad regnum spei transeat. quoniam hec est vita eterna vt cognoscamus te solum verum deum: et quem misisti iesum christum. q.d. da nobis spiritum intellectus quo mundati corde intelligamus te in presenti regnare per fidem: vt in futuro videamus te regnantem in nobis per spem. Tūc cognoscemus sicut ⁊ cogniti sumus videntes nūc quasi per speculum in enigmate: sed tunc facie ad faciē eū videbimus quō videbimus deū deor̄ in syon. Qd̄ est cōtra gulā: de qua ꝓpheta. Amū inquit et ebrietas aufert cor. Per intellectū em̄ desinit hō carnaliter viuere. vñ Hiero. Alma scientiā scripturarū ⁊ carnis vitia non amabis. Sanctificetur nomē tuū. Hoc rogamus vt nos sancti simus ⁊ iusti recedamus a malo ⁊ semper faciamus bonum. Et nota q̄ nomen patris quatuor modis sanctificat in filijs: duobus modis in via ⁊ duobus in patria. In via per efficientiā ⁊ perseuerātiā: in patria per consummationē ⁊ effectionē. In via nāq̄ nomen patris sanctificatur in filijs qñ sanctificatiōis effectum operatur in eis: vel qñ sanctificatio quā acceperunt in noīe patris pseverat in illis. In patria vero nomē patris sanctificat in filijs: qz sanctificatur et cōfirmatur in eis: vt nūq̄ possit a filiationis gra separari: hic est quasi mobile nomē patris in filiis. Nā ⁊ iudas qñq̄ fuit filius ⁊ qñq̄ nō fuit propter possibilitatē mouēdi dicit apls: ⁊ habet. iij. q. vij. Q. qd̄ testat. Castigo corpus meū ⁊ in seruitutē redigo ne forte cū aliis predicauerim ipse reprob⁹

panem ñm sup substantialem duobus modis intelligere possumus.

Homo per intellectū desinit carnaliter viuere.

ficiant ibiq; nomẽ patris sanctificat in filijs: quia ibi tales sunt filij in quib⁹ pater sanctus apparet: tũc erunt manifesti qui nunc sunt occulti ꝑm illud. Nos insensati vitã illoꝝ estimabamus insanian: et finẽ illoꝝ sine honore ⁊ ecce quõ cõputati sunt inter filios dei ⁊ inter sanctos sors illoꝝ est. Dicit ergo sctificetur nomẽ tuũ.q.d. da nobis spũm sapiẽ tie prout ꝺ: a sapore.i. iocũditatẽ eternã vt gustemus q̃ suauis est dñs generans in nobis pacẽ.i. motuũ interioꝝ quietẽ vt caro nostra non concupiscat aduersus spũm: qr nõ est pax ossib⁹ meis a facie pcõꝝ meoꝝ: vt ita sanctificetur nomẽ tuuz.i. pater in filijs quatenus in presenti difficile in futuro nequaq̃ a filiationis gratia separemur: qõ est manifeste contra luxuriã: qr qui laborat non iocũ datur in deo. ⁊ qui pacẽ mẽtis nõ hz filius dei nõ est: sed iumẽto assimulatur quia quasi iumentũ in suo stercore ꝓputrescit: gustato eñ spũ desipit oĩs caro. In fine orationis dñice ponitur Amẽ qõ ad oẽs petitiones refertur. Hebreus aũt ponit i fine vnũ ex his tribus amẽ: sela: salẽ q̃ sonãt vere semper pacẽ: de amẽ dictũ est sub titu. de saluratione ad ppl'm: licet aũt amẽ quãdoq; affectũ optantis exprimat: hic tñ conclusionis affirmationẽ ostendit. Vñ glo. Matth. vj. Amẽ significat i his oĩb⁹ petitionib⁹ indubitanter a dño tribui: qõ petitur si vltime cõditionis pactũ seruauerimus: vñ subdit. Si dimiseritis ⁊c. ⁊ ideo amen hic non a pplo vel a clero sz a sacerdote proferetur: cũ enim ipse sit mediator inter deũ ⁊ hominẽ: qr eius est vota populi deo offerre ⁊ ipsius volũtatẽ populo renũciare sicut legitur Exoꝺ. xix. Magis cõgruit illud a sacerdote proferri a quo conuenit petitio a domino fuisse concessa affirmari q̃ a populo cui hmõi renunciatio ipso mediãte fieri debet. In alijs vero orationibus que in officio ecclesiastico dicũtur amen exprimit potius affectũ optãtis q̃ cõclusionẽ affirmãtis: ideoq; in illis cõgrue ꝑferꝝ a pplo a quo optat qõ in illis a sacerdote oãte postulat profert tamen hic sacerdos amen sub silentio. Primo in signum q̃ dñs vult orantes latere q̃ a dño exauditi sint ne postmodũ repetãt. Scõo quia si alte proferret amen quo affirmatur orationem dominicam exauditã esse: iudicari posset presumptio et quedam ostentatio sacerdotis.

Pacem mẽtis q̃ nõ hz filius dei nõ est.

¶ Tertia pars misse de silentio post dominicã orationem. Rubrica.

TErtia pars misse incipit in hac oratione Libera nos quesumus domine ⁊c. Que oratio dicitur embolismus vel superexcrescentia: eo q̃ nihil in ea petitur quod in precedenti oratione dominica petitum non fuerit: nec tamen superfluit: quoniã est repetitio ⁊ expositio nouissime petitionis illius. Illa enim dicit. Libera nos a malo. ista dicit. Libera nos quesumus ⁊c. Et subdit a quibus malis scilicet presentibus preteritis ⁊ futuris. subdit etiam transitur ad orationem pro pace ibi intercedente beata ⁊c. Vel dicitur superexcrescentia: quia in primitiua ecclesia multo tempore dicta non fuit. Et nota qõ duplex est embolismus videlicet quotidianus et annuus quotidianus est hec oratio cũ enim amen sit finis dominice orationis: et illud reseruatur sacerdoti a clero dicente. Sed libera nos a malo: vt ꝑmissum est patet q̃ hec oratio intelligitur embolismus non solum quotidianus: verumetiaz domine orationis. Embolismus etiam quotidianus sunt prefationes. Vt vere dignum ⁊c. Communicantes ⁊c. ⁊ hanc igitur oblationem offerri ⁊c. Te igitur clementissime pater. Annuus vero embolismus est consecratio olei infirmorum de qua dicetur in sexta parte sub titulo de cena domini: benedictio vuarũ ⁊ agni paschalis ⁊ huiusmodi: et etiam frugum ⁊ fabarum primarum que ex institutione Euthiciani pape sup altare benedicuntur: embolismo finito non cõcluditur per dominum. Hec enim est embolismorum et prefationum consuetudo: sed et continuat oratio. Da propitius pacem ⁊c. Da pacem inquã pectoris vt simus a peccato liberi. Da pacem temporis vt simus ab omni perturbatione securi: nocet enim infirmis perturbatio ⁊ ecce q̃ aperte enodatur a quibus malis erui deprecemur. Hec autẽ oratio. Libera nos quesumus ⁊c. sub silentio dicit prout dictũ est sub ti. de pater noster super verbo Oremus preceptis: qõ silentiũ significat sabbatũ quo corpus dñi in sepulchro quieuit: tunc eñ nullus fidẽ predicauit. Vñ Luca testãte. Mulieres q̃ parauerãt vnguẽta sabbato quidẽ siluerunt ꝑm mandatũ legis: xps tñ nõ siluit: immo ipse qui ꝑm carnẽ in sepulchro quieuit ꝑm aiam descendit ad inferos vt fortior supueniẽs superaret fortẽ arma tũ: ad qõ significãdum ecclia romana dicit ipsam orationẽ alta voce in die parasceue ⁊ Mediolan. semꝑ tũc momordit infernũ ducẽs suos vinctos de lacu in quo nõ erat aqua liberãs eos de malis preteritis presentib⁹ et futuris: et dãs eis perpetuã pacẽ in qua sunt semper ⁊ a peccato liberi: et ab omni perturbatione securi. Vñ de hoc lacu liberari se ⁊ totã ecclesiã orat presbyter dicẽs. Libera nos ⁊c. Et qr nos indigni sumus venia de preteritis ⁊ presentibus atq; futuris ꝓmereri nisi nobis donetur oratione beate virginis ⁊ beatorũ Petri et Pauli atq; Andree ⁊ aliorũ sctõꝝ: ideo hic eos in nostrũ patrocinũ inuocamus. Ad impetrandũ ergo pacis gratiã implorat mater salomonis. i. viri pacifici ⁊ michael nũcius pacis ⁊ baptista preco pacis: ⁊ tres apli testes pacis: ⁊ nõ plures: qr i ore duoꝝ vel triũ testium stat oẽ verbum. Duus ergo orauimus vt liberaremur a malis: nũc ꝺo ꝓ pace oramus. Rursus licet oẽs apli fuerũt ꝓpter auctoritatẽ apostolatus cõnumerati. In hac tñ oratione q̃ triduũ quo dñs in sepulchro iacuit designat tres repetunt: ⁊ spãliter isti tres ꝓpter alios eorũ prerogatiuas: vcz ꝓpter priuilegiũ prerogatiue dignitatis quo ad petrũ: ꝓpter priuilegiũ predicationis ⁊ immẽsi laboris quo ad paulũ: ⁊ ꝓpter priuilegiũ nimiũ ꝓcipite crucifixiõis quo ad andreã Adhuc in hac oratione est intentio inuocare non solũ apl'os verũetiã oẽs sctõs qui per triplicẽ statum distinguunt: sicut ⁊ oẽs qui sunt in ecclia militante: aut em fuerũt vel sunt in statu continẽtie:

In duoꝝ triũ oẽ ꝓ

aut vidualī qui per Andreā qui ſm Chryſoſtomū creditur in vidualī ſtatu fuiſſe aut in ſtatu virginalī qui p paulū deſignatur: ad quē ſtatū etiā angeli reducunt: q virginitas eſt ſoror angelox. ꝛ de beata maria etiā fit mentio tanꝯ de porta miſericordie. ¶ Poſtremo nota q poſt ſecretā tria dicunt ad myſteriū conſecrationis corporis dñi ꝓficiēdum vcz. Preceptis ſalutaribus: ꝛ oſo dñica: ꝛ hec oſo Libera nos queſumꝰ: ꝛ hoc ꝓpter tres dies: quibꝰ dñi corpus iacuit in ſepulchro: ſiue ꝓpter triplicē legem. ſ. naturalē: moſayca: ꝛ euāgelicā.

Virginitas angelorum ſoror.

¶ De reſumptione patene. Rubrica.

Dia poſt paſſionis triſtitiam ad reſurrectionis gaudiū peruenit. Juxta illud. Ad veſperam demorabitur fletus: ꝛ ad matutinum letitia: ideo ſub diaconus interea dū chorus reſpondet. Sed libera nos a malo: accedēs ad diaconū tradit illi patenā inuolutā: diaconus vero illam recipiēs eā reuelat: ꝛ reuelatam repreſentat ꝛ tradit ſacerdoti oſculando illius manum aut humerum dextrū. Sacerdos vero cum ea ſignum ſancte crucis ſibi facit in facie ꝛ eādem poſtmodum oſculatur. Hi quidē tā numero q̄ obſequio ſanctas illas mulieres ſignificāt: de quibꝰ narrat euangeliſta Matheus q veſpere ſabbati q̄ luceſcit i pri. ſab. ve. ma. mag. ꝛ al. ma. vi. ſepul. preſentātes patenā. i. corpatēs latitudine charitatis i obſequiuz ſepulture. Juxta qd̄ legitur q mulieres emerunt aromata. vt ve. vii. ieſum. Et valde ma. vna ſabb. ve. ad mo. oriam ſo. ꝛ dice. adinuicem: quis re. no bis la. ab hoſti. mo. Acceſſus igitur diaconi q̄ matrias ſignificat in tradendo patenā ſignificat illud qd̄ marie venerūt videre ſepulchrum ꝛ reſurrectionem chriſti late credētes eam aplis nunciauerūt qui demum domino ſuo fidei latitudinem obtulerunt: ꝛ ideo de manu diaconi patenam. i. latitudinem charitatis accipit ſacerdos. i. xp̄s acceptat. Vel per ſubdiaconum intelligitur Nichodemus qui etiam late credidit ꝛ obſequiū exhibuit ſalua tori. Qd̄ vero patena prius inuoluta dehinc reuelata ad altare deportatur hic eſt moyſes de piſcella ad regiam perductus domum. Exo. ij. Lex quidem que latuit: ſed cognitis myſterijs ab eccleſia exaltata ad xp̄m aſcendere de egypto docēs. Qd̄ vero ſacerdos ſuper patenaz ſibi a miniſtris oblatam ſignum crucis facit: repreſentat illud quod in Mattheo legitur. q principes ſacerdotum ꝛ phariſei ſignauerūt lapidem cum cuſtodibus: ſed nec ratio iſta nec ſignū ſancte crucis neceſſitatis ſunt. Item q patenā oblatam recipit ſignificat q xp̄s omnes ad ſe ex charitate redeuntes cum deſiderio recipit: qd̄ etiā ex eo patet q ſtatim marie perſeueranti et aliis comparuit: de hoc etiam dictum eſt ſub titu. de oblatione ſacerdotis. Poſt traditā diacono patenam ſubdiaconus mapellam que patenam tenuerat inuolutā plicatam non ſuper pallam altaris ſed alibi deponit: in quo ſignificatur illud quod legitur Joannis. xx. Quia Petrus in monumentum intrans vidit ſudarium qd̄ ſuper caput chriſti fuerat non cum linteaminibus poſitum: ſed ſeparatū in vnū locū inuolutū. Diaconus autē manū ſeu humerū dextrum ſacerdotis oſculatur ad notandum q ipſe vult eſſe ſocius in paſſione: vt ſocius ſit in regno. extra de ſepul. ca. j. ſm q dicit apoſtolus. Si cōpatimur ꝛ cōregnabimus. ¶ Rurſus q oſculetur dextrū illius humerū ſignificat q deū hic videre nō poſſumus niſi per ſpeculū ꝛ in enigmate: in futuro vero videbimus eū ſicuti eſt: q vero crucifixus ardenti deſiderio querebatur. Juxta quod angelus inquit mulieribus. Scio q ieſum queritis crucifixum: id circo cuz patena ſignatur crux in facie ſacerdotis in qua maxime vires anime vigēt: ꝛ vt hoc ſigno munitus poſſit dei ſeruitiū ſine impedimento cōſummare. Statimq̄ ſacerdos oſculatur patenam oſtendens q xp̄s cōfeſtim impleuit deſiderū mulierū. Mox enim occurrit illis dicens: auete: que procidentes tenuerūt pedes eiꝰ: ꝛ adorauerunt. Nec eſt dubiū quin pedes eiꝰ fuerint oſculate. De hoc ſub ti. de oſculo pacis dicetur. Oſculatur etiā patenā quaſi petēs a deo pacem corpis ꝛ anime. Oratur etiā ꝓ pace rēporali: qd̄ fit ſpecialiter in q̄buſdā eccleſijs: oſculū etiā hmōi charitatē ſignificat: put dicetur ibidē. ¶ Rurſus ideo ſe ſignat cū patena ꝛ oſculatur poſt illā: ad notandū q ſi per paſſionem filij recōciliamur deo patri erimus ꝛ heredes regni celeſtis: vel ſignū crucis cū oſculo ſignificat gloriationē xp̄i in cruce cū charitate. Quidā etiā cū patena ſe ſignāt ante pectus per quod ſignificatur ſincera affectio que per partes corporis ꝛ cordis in ſacra ſcriptura ſignificatur. Quidam autem prius oſculantur patenā cum dicunt. Da propitius pacem: ꝛ poſtea cum oſculata patena in vltima clauſula ſcz omni perturbatione ſecuri ſe ſignant: q per crucē ꝛ hoc ſacrificium ꝛ odorem eius omnia in celis ꝛ in terris ſignificata denūciant. Quidā quoq̄ cōſequenter oſculantur ſummitatē ꝛ pedē calicis: quod oſculū preter dit intimū affectū ad monumētū ſeu ſepulturam chriſti: exemplo magdalene que ex affectu ſtabat ad monumentū foris ploranſ: vt dicitur in Joanne. Oſculū quoq̄ pedis calicis ſignificat oſculuz pedū chriſti. i. de quo iam dictū eſt. Aliqui etiam cum patena ſummitatē latus ꝛ pedē calicis tangunt quod ſimiliter ex affectu intimo facit̄ quaſi totū monumentū amplectentes qd̄ per calicem ꝛ patenā repreſentatur. hoc enim proprium eſt ferenter amantiū q nō ſatiantur dilectum ex omni parte corporis ſui tāgere ꝛ etiā res dilecti: qd̄ maxime oſtendit Magdalena que a monumēto nō recedebat. Tactus quoq̄ cū patena in ſummitate ꝛ latere ꝛ pede calicis ſignificat tres cruciatus dñi: ſcilicet in capite in latere ꝛ in pedibus.

Sacerdos ꝑre oſculat patenā.

¶ De fractione hoſtie. Rubrica.

Finita oratione premiſſa ſcilicet libera nos ꝛ reſumpta patena diaconus diſcooperit calicē inde remouens corporale: ꝛ ſuper calicem ſedulo intuetur. Deinde ſacerdos intendens hoſtiam frangere ipſam de altari leuat ſuppoſito illi patenam et ſuper ora eius collocat inde

tollēs eam sup calicē per mediū frāgit dicēs. Per eūdē dñm nostrū. Et in quibusdā ecclesijs partes que post fractionē in dextera manu remāsit ponit sup patenā dicēdo qui viuit ꝛc. Partē vo q̄ in sinistra remāsit iterū p mediū frāgit: ꝛ particulaz q̄ post subdiuisionē in sinistra manu remāsit pīūgit parti prius sup patenā posite dicendo in vnitate spūs.ſ.ꝛc. Alterā vo particulā ad dextrā remanētē tenet sup os calicis cū duob⁹ digitis.ſ.cū pollice ꝛ indice ꝛ erecto calice simul ꝛ ipsa particula parū cū ambab⁹ manib⁹ eleuatis alta voce dicēs. Per oia.ſ.ſ.quo dicto calicē simul cum hostia deponit proferēs pax dñi sit semp vobiscū. ꝛ hoc dicendo ꝓducit ter signū crucis sup calicē cū dicta hostie particula: deinde mittit particulā illā in calice dicēs. Fiat cōmixtio cor.ꝛc. ꝛ postea p ēm. dat benedictio solēnis. De singulis igit est videndum: et primo quare diaconus discooperit calicē ꝛ in eum discoopertū intuetur. ¶ Circa q̄ dicendū est q̄ os calicis in hoc loco ostiū significat monumenti: de quo diaconus corporale remouet ꝛ in eo sedulo intuet significās q̄ angelus dñi lapidē ab hostio monumēti reuoluit: ꝛ intheamē amouit ꝛ in sepulchro diligēter aspexit. ¶ Scdo videndus est quare sacerdos hostiā sup patenā locat ꝛ inde eā tollēs sup calicē frāgit. Circa q̄ dicendū est q̄ p calicē xp̄i passio vel etiā eterne beatitudinis fruitio designat. Vñ p̄s. Et calix me⁹ inebriās q̄ preclarus est: ꝛ iterum. Inebriabuntur ab vbertate domus tue ꝛc. Per patene rotunditatē bonorum operū perfectio significatur: sacerdos ergo volēs hostiam frangere primo eam super patenā locat: vt idē illā tollēs super calicem frangat: ad significandū q̄ nemo passionibus huius mundi merito rie valeat exponi: vel etiā ad eterne beatitudinis fruitionē admitti nisi prius in bonoꝝ operū perfectione fuerit solidatus. Vñ apls ad Ephe. vj. Accipite armaturam dei vt possitis resistere i die mala: ꝛ in oib⁹ perfecte stare. Ad hoc patena hostie supponitur ꝛ super calicem frangitur et ad significandum q̄ xp̄s ex latitudine charitatis per patene dispositionem significate se supponit passioni. Rursus super calicem frangitur ne minutie spargantur: q̄z in eius cōcauitate caute reciptant. Alibi tamen super patenam postea frangitur: vt ipse panis viu⁹ qui de celo descendit fractus p nobis in ara crucis rememoretur: alibi quoq̄ hostia cōedenda de altari tollitur: nam in veteri testamento sacerdos panes propositionis de altari sublatos comedebat: prout dictum est sub titu. de oblatione sacerdotis. Tertio videndum est quare hostia frangitur: ꝛ quidē quia in lege iubebatur similago frustatim offerri: sed et redēptor noster bñdixit panē et fregit: fractūq̄ discipulis distribuit: ꝛ iō sacerdos ꝛ chrisma et legem sequens panem sacro sanctum in tres partes partitur: vt in fractiōe panis dñm agno scam⁹ sicut ꝛ illi duo discipuli dñm cognouerūt: quib⁹ ipse resurrectionis die effulsit in emaus apparuit. Cum enī sicut ait Prosper de cōse.di.ij. frāgitur hostia ꝛ sanguis in ora fidelium infunditur immolatio corporis xp̄i in cruce et effusio sanguinis ei⁹ de latere designat. Quarto quare per mediū hostia frangitur. Circa q̄ notandū est q̄ in duas medietates frangitur iuxta duplicē predestinatorū statū scz eterne glorie ꝛ tēporalis miserie: ideoq̄ vna medietas subdiuidit in duas partes: quarū vna est de predestinatis qui purgātur in purgatorio: alia pro illis qui adhuc viuunt in hoc mundo caduco: prout infra dicetur. Cum to quare pars hostie post fractionē in manu dextra remanēs potius ponitur super patenā q̄z que in manu sinistra remansit: ꝛ quidez pars ipsa que in manu dextra remansit designat predestinatos qui tā sunt in gloria: ꝛ tā tenent illā altitudinē cui nulla rectitudo admiscerī poterit: ꝛ ideo merito i parte dextra tenetur. Altera vero pars designat illos predestinatos qui adhuc sunt in tēporali miseria: vbi multa obliqua ꝛ pauca recta inueniunt quare merito i sinistra tenetur. Illa igitur que est in dextra cū diuidēda nō sit: vt iam dicetur super patenā ponitur: que vero est in sinistra cū diuidēda sit nō deponitur: sed diuidēda retinet. Sexto quare pars q̄ in sinistra remāsit iterū subdiuidit. Ad quod dicēdū est q̄ illi qui sunt in gloria vniformez statū tenent: ꝛ vna beatitudine fruuntur: ideo pars in dextra manu retenta: ꝛ super patenā collocata que illos vt premissum est signat nō frāgitur: sed illi qui sunt in tēporali miseria: in statu ꝛ miseria sunt diuisi. Nam alius est status ꝛ miseria eoꝝ qui adhuc viuūt in corpore: ꝛ alius est eorū qui purgant in purgatorio igne: ideo pars que in sinistra tenetur illos significans diuidi debet. Septimo quare particula post subdiuisionem remanēs in sinistra cōiūgitur parti super patenam prius posite: Ad quod dicendū est q̄ ēm Augu. deus duas habet manus.ſ. dextrā qua miseretur ꝛ sinistrā qua punit illos qui sunt in purgatorio: quantū ibi purgantur respōdet sola punitio: et ideo particula q̄ in sinistra tenetur illos figurat. Illi vero qui sunt adhuc in presenti vita: i qua est status merēdi cōsequi possunt misericordiā: et iō ipsi per aliā particulā que est in dextra signātur. Quia ergo de his qui sunt in purgatorio nullum est dubium sicut de illis qui sunt in paradiso quā tū ad futurā gloriā: ideo merito particula q̄ erat in sinistra eos designans coniungitur parti prius super patenā posite que illos qui sunt in paradiso designat: qm̄ isti illis indubitanter sunt coniungēdi. de hoc tū aliter infra dicet. Sed particula q̄ in dextra parte remansit ꝛ designat eos qui sunt in vita presenti illi parti q̄ est super patenā nō ꝓiungit sed i sanguinē mittitur: qi illi adhuc egēt meritis passionis xp̄i: q̄ merita ꝓcesserūt ex effusione sanguinis agni imaculati. Ex p̄missa aūt duarū partiū cōiūctione duo resultant quasi in modū lune cornua cōuersionē vtriusq̄ testamēti in xp̄i passione factā designātia: ꝛ illa versus calicē dirigēda sunt quasi sibi incorporent sanguinē sine quo corpus nō est. In hac etiā cōiūctione representat q̄ postq̄ aliqui taz presentibus q̄ futuris pressuris purgati fuerint ipsi deo qui est nostra beatitudo: perfectissima vnione iungentur. Octaua quare

Patene rotunditas qd significat

Deus duas habet manus.

p missse

premisse due partes extra calicē supra patenā re-
seruētur supra qđ aiunt quidā q tres partes ho-
stie tres status beatorū figurāt.s.qui sunt in celo:
q in purgatorio:z q in mūdo versant:vt tā dicēt.
Status resbea torum. Per calicē autē ꝑm aliquē rexpectum ipsa eterna
fruitio vt premissum est figurat. Qz ergo tā illi q̄
versant in hoc seculo q̄ illi q̄ sunt i purgatorio nō
dū ad illā fruitionē admissi sunt:ideo ipe due par
tes extra calicē reseruant donec sumant. Sed hec
ratio nō cōcordat per oīa cū premissis:z ideo alia
ratio inferē assignatur. Pōt etiā dici q due hostie
partes tō super patenā ponunt:qm̄ si oēs partes
super os calicis ambab⁹ manib⁹ tenerētur: multa
quidē pericula cōtingere possent:de facili em̄ pos-
set errare:z pars nō mittēda in calicē mitti:vel ꝓ-
pter manuū tremorē oēs partes possent in calicē
cadere. Sacerdos etiā taliter impedit⁹ nō posset
que incunbūt libere expedire z similia. Alij tamen
omnes partes supra os calicis tenēt:ne forte pro-
pter illarū deportationē seu translationē aliqua
inde particula cadat aut remaneat in patena: de
quo etiā sub tit.de cōsecratione sacerdotis dicetur.
Nono quare ꝑticulā que remāsit in dextra.sacer-
dos sup os calicis tenet:Ad qđ dicendū est q par
ticula ipa vt premissum est representat illos q̄ ad-
huc in corpore viuētes indigēt misericordia dei si
ne predictis meritis passionis xp̄i z sanguinis ei⁹
effusionis precedentibus. Tenet ergo ipa particu
la supra os calicis respectu directo ad sanguinem
vt detur intelligi interūo necnō expectatio z ꝓside
ratio viuentiū quo ad merita z passionē xp̄i: z te-
netur cū pollice per quē virgo virtutis z cū indice
per quē mētis discretio significat: ad ostendendū
q cū fidei vigore z mētis discretione hec cōsiderā
da z expectāda sunt. Vel cū duob⁹ digitis tenetur
ad designādū duplicē naturā que fuit in corpore
xp̄i diuinitatē scz z humanitatē. Et cōiungit san-
guini:ad oñendū q qui digne z cum fide merita
passionē xp̄i cōsiderāt z expectāt:eius passione et
meritis iuuātur. Decimo quare sacerdos dicitur⁹.
Per oīa secula seculoꝝ se erigit:Et ē dicēdū q cū
ipse petere velit perpetuā exēptiā dñs vobiscū.z oē
datū optimū z oē donū perfectū desursum sit.s.q.
ij.q̄ pio. merito ad deū se tunc corpore z mēte eri
git:sperās se accepturū qđ petit. Undecimo quare
verba ipsa ꝓferēs vocē suā exaltat z parū calicem
eleuat:Super quo dicendū est q sacerdos xp̄i vi-
carius hostia vt ꝑmissum est tracta mox pacē an-
nunciatur⁹ vocē exaltat:vt pplꝰ pacē desiderans
hoc intelligēs dicat. Amen.xxxviij.di.sedulo.z ca
licem parū ab altari eleuādo oñdit q xp̄s qui per
passionē q̄ per calicē designāt descēderat eleuat⁹
per resurrectionē a mortuis pacē postmodū disci-
pulis timētibus nūciauit dicens eis. Pax vobis.
potest etiā dici q quēadmodū premissum est par-
ticula que super os calicis tenetur representat viu-
ētes:credētes:z expectantes iuuari meritis pas-
sionis z effusionis sanguinis xp̄i. Sed vt credam⁹
duo ꝑmū scz xp̄m verū fuisse deū z sanguinē z cor
pus nuq̄ fuisse a diuinitate separata. Scōm xp̄m
fuisse verū hominem z corpus verum z sanguinē
verū dicta nō cōsequimur. ꝓpter hoc ergo calicē
z dictā particulā parū simul eleuat:vt oñdat q fit
miter credim⁹ primū:z eā statiz deponit:vt oñdat
q etiā eodē mō credim⁹ scōz. Duodecio quare dic
ta eleuatio z depositio fit cū vtraq̄ manu z cū al-
tera tm̄. Ad qđ dicēdū q hoc fit vt per hoc deꝰ in
telligt: q sicut premissa deo credit intellectu: ita a-
mat z appetit affectu z toto conatu. Fit etiā hoc
mō vt securius z decētius fiat. Decimotertio q̄re
mox dicit altiori voce. Pax dñi ꝛc. Et quidem q
nō solū ꝑ signa. verū etiā per ꝟba resurrectionis
ē gaudiū exprimēdū: tō sacerdos per leticiā de re
surrectione habitā ꝓcedēs statim deposito calice
altiori voce dicit. Pax dñi sit semper vobiscū.repe-
sentās q vna sabbatorum ihesus postq̄ surrexit a
mortuis stans in medio discipulorū dixit eis Pax
vobis.z iterū. Pax vobis. Joā.xx.q.d.do vobis
pacē pectoris in via z pacē eternitatis in patria.
Idē ergo inuit sacerdos dicēs. Pax dñi.i. pax pe
ctoris sit semp vobiscū.i.in presenti hic.z pax eter
nitatis in futuro. hec quidē pax est illa q̄ tunc iu-
stis data est: qñ aīa xp̄i in infernū descēdens inde
oēs fideles eduxit abstergēs oēm lachrymam ab
oculis eorū: vt amplꝰ nō sit eis dolor:sed pax qua
cū eo viuā ineternū: vel illa q̄ data est corpori xp̄i:
qñ aīa ei⁹ ad corp⁹ rediit: vt sicut nūq̄ aīa turba-
ta est pro corporis morte:ita nec ipsum corp⁹ vlte
rius de sua mutatiōe turbet: sed vtraq̄ pace frua
tur:z semper de eterna beatitudine letet. Decimo
quarto quare dicēdo Pax domini ꝛc. facit signuz
crucis supra sanguinē cū dicta hostie ꝑticula:Ad
hoc dicendū est q tres cruces significāt triduum
quo xp̄s fuit in sepulchro: vel q̄ res mulieres q̄-
rebāt xp̄m crucifixū ad ostiū monumēti. Uñ illud.
Quē queritis viuētē cū mortuis:Decimoquinto
quare dicto. Pax domini ꝛc.chor⁹ respōdet Et cū
spiritu tuo.z quidē hoc dicēdo optat pacē ipsi sa-
cerdoti:petit etiā pacē sibi dari: z vt dignus sit il-
lam recipere predicit ter. Agnus dei. Uerūtamen
pape celebrāti in ecclesia sancte marie matoris in
vrbe z dicēti. Pax dñi:nil respōdetur: prout in sex
ta parte sub ti.de pascha dicet. Decimosexto qua
re dicta hostie particula immittit⁹ in sanguinē:Ne
pe fit hec cōmixtio primo ad notandū q xp̄i corp⁹
non fuit sine sanguine: nec sanguis sine corpore.
Secundo ad designandum q vnum sacramentū
conficitur ex specieb⁹ panis z vini. Tertio corpo
ris z sanguinis post triuū crucis signū cōmixtio
est anime ad corp⁹ reditio. Omnib⁹ em̄ i celo z in
terra pacificatis virtus trinitatis aīam crucifixi re
ducit ad carnē:nec derelinqueret aīam eius in in
ferno:nec daret sctm̄ ei⁹ videre corruptionē:iuxta
qđ ipse dicit in ꝑs. Ego dormiui z somnū cepi et
exurrexi:qz dñs suscepit me significat ergo vnita-
tē z aie z carnis q̄ in resurrectiōe xp̄i denuo sunt
vnite. Uā vt premissuz est panis ad carnē:z vinū
refertur ad sanguinē:quia ꝑm philosophū in san-
guine est sedes aie.xlij.q.ij.moyses. De hoc etiam
sub tit.de oblatione dictū est. Decimaseptima qñ
immissio sit faciēda:z quidē aliqui infundūt par-
ticulam ipsam in calicē postq̄ dicūt. Pax dñi ꝛc.

Quare sacer-
dos di-
cendo
pax dñi
ꝛc.facit
signum
crucis su
pra san
guinem
cū dicta
hostiep
ticula.

qm manifestū est pacē datam esse hominibus bone voluntatis per resurrectionē quā verba ipsa significant. Alij vero dicto. Pax domini ꝛc. ꝛ dicto etiā prius. Agnus dei ꝛc. demū immittunt ipsam in sanguinē vt eoꝝ oratio efficacior sit pro eo q̄ tenentes eam in manibus dum dicunt. Agnus dei oculo corporali ꝛ mentali reuerēter intuent. Terti vero eā immittunt: cū dicūt. Da nobis pacem. Cū em̄ ter dicat. Agnus dei ꝛ in primis duabus vicib⁹ dicatur. Miserere nobis: in primo dicitur Miserere nobis. quātū ad animam que maxime fundat in sanguine: in secūdo quātū ad carnē patet q̄ ista duplex oratio diuisim dicitur: ꝛ ideo illa pars hostie per quā caro significatur: et sanguis per quē anima intelligitur nō debent cōiungi: dū illis duabus vicibus dicit Agnus dei: sed solū in fine tertij Agnus dei. vbi repetitur pax p̄m vtrūq̄ s. p̄m corpus ꝛ p̄m animā. Ipse em̄ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Quarti rectius ꝛ vsitati⁹ agunt qm̄ dicto Pax dn̄i. ꝛ priusq̄ dicāt Agnus dei ꝛc. immittūt. certū est autē q̄ agnus dei post salutationē representāt illud qđ dn̄s fecit postq̄ discipulos visitauit: qm̄ videlz dedit eis potestatē dimittendi peccata: ꝛ ideo sacerdos illud representās post immissionē particule hostie in sanguine dicit. Agnus dei q̄ tollis peccata mūdi mino. ad designandū q̄ sicut ipse corp⁹ sanguine cōiungit: ita nos cōiunctos eidē sanguini seu meritis ex eius effusione procedentibus sua pietate a peccatis emūdet. Et immittendo dicit verba illa. Fiat cōmixtio corporis ꝛc. que p̄ba referēda sunt ad species panis ꝛ vini: quib⁹ corp⁹ christi ꝛ sanguis continet. Dicunt autē. Agnus dei. calice tā coopto: ad notādū q̄ christus in domo ostijs clausis dedit apostolis potestatē dimittēdi petā. Decimaoctaua quare fiunt tres partes: ad qđ dicendum est q̄ frāgitur in tres partes. Primo in memoriā trinitatis. Secūdo in memoriā triplicis status xp̄i. Primus fuit in hoībus manens. Secundus fuit mortuus in sepulchro iacens. Tertiꝰ est immortalis in celo existens. Tertio vero in memoriaz ꝛ signū q̄ xp̄s passus fuit in triplici parte sui scz in pedib⁹: in manib⁹: ꝛ in latere. Quarto in signum q̄ tres sunt partes mystici corporis: prima est in celo siue in p̄ria scz ecclesia trūphans: secūda est in terra scz ecclesia militās: tertia est in purgatorio. ꝛ hec dī purgās. Quinto in typum trū personarū cuntū in emaus scz xp̄i ꝛ cleophe: ꝛ vt q̄dā dicūt Luce. Decimanona quid partes ipe significant videndū restat. ꝛ quidē primo p̄m Gelasium papam pars in calice posita significat corpus xp̄i: qđ de virgine traxit: pars sicca comesta significat oēs fideles: pars reseruata vsq̄ in finem misse p̄m antiquū ecclesie romane morē pro ministris vel infirmis significat oēs mortuos. Secunda pars in calice posita significat ecclesiā militantem: pars comesta trūphantem: pars reseruata eos qui sunt in purgatorio. Tertio Sergius papa de cōse. di. ij. triforme. ita dicit. Triforme est corp⁹ dn̄i: nam oblata in calice missa corpus xp̄i qđ ꝛaz resurrexit mōstrat. pars a sacerdote comesta ambulātem adhuc super terrā. pars in altari vsq̄ ad misse finē remanēs corpus xp̄i vel p̄m alios corp⁹ fidelium latens in sepulchro. hec pars remanet in altari vsq̄ ad finem misse: qr vsq̄ in finē seculi corpora sanctoꝝ in sepulchris erunt: sed q̄ pars vsq̄ ad finem misse reseruet nō est in vsu. Quarto etiā modo pōt hoc mysteriū explicari: est em̄ corp⁹ xp̄i vniuersalis ecclesia: scilicet cū mēbris: iuxta illud apostoli. Unus panis ꝛ vnū corpus multi sum⁹. Et inuenītur in isto corpore quasi tres partes: ex quibus totū cōsistit: vna pars est ipsum caput: videlicet christ⁹ qui caput est: ꝛ pars corporis: altera pars sunt illi quoꝝ corpora requiescūt in tumulis: ꝛ anime que regnāt cum christo: ꝛ sunt quasi simul iuncte. Ite due partes caput scz ꝛ hec corporis pars altera sicut scriptū est. Ubicūq̄ fuerit corpus illic cōgregabunt ꝛ aquile: propterea in altari super patenā due partes coniuncte extra calicem reseruantur: quasi extra passionē que per calicem designatur: christus em̄ resurgēs a mortuis iam nō moritur: mors illi vltra nō dominabit: ꝛ q̄ cum ipso sunt sancti non esurient neq̄ sitient: amplius nō cadet super illos sol: neq̄ vllus estus: qm̄ priora transierunt. ¶ Tertia pars in calice ponitur significans sanctos qui adhuc in mūdo viuūt passioneq̄ passuri sunt donec de hac vita migrātes ad caput suū transeant: vbi nec morietur amplius: nec vllatenus patietur. Ām ỹsus. Tres partes facte de xp̄i corpore signāt. Prima suā carnē: sanctosq̄ fcda sepultos. Tertia viuētes: hec est in sanguine tincta. Martyrij calicē gustāt in carne fideles. Quinto modo p̄m magistrū Guil. antissiodorēn. pars q̄ in sanguine mittit significat vivos. vna illarū eos qui sunt ī purgatorio: alia p̄o illos q̄ sunt in paradiso. Oriat em̄ eccl̄ia proviuis: vt in bono conseruētur: pro eis qui sunt in purgatorio: vt citius liberētur ꝛ purgentur. pro eis qui in celo sunt vt oret pro nobis. Sexto etiā modo ꝛ Aug. pars in calicē mittitur vel ponitur pro nō sanctis viuētibus qui volunt̄ in sanguine ꝛ in peccatis. Alie p̄o due pro mortuis offerūtur. vna pro sanctis qui ꝛaz sunt in requie ꝛ illa est gratiarū actio qr nil restat in eis purgandū: altera pro illis aīab⁹ que licet saluande sint: tn̄ adhuc sunt in penis: ꝛ ideo pars illa dī oblatio. Sane particula hostie in calice dimissa statim calix cum palla corporali cooperitur: qr xp̄i corp⁹ de cruce depositū latuit in sepulchro syndone inuolutū que per ipsam pallā significatur. Uicesimo loco videndum est quare nunc solennis benedictio datur. Et quidē hoc loco scz ante pacē solennis episcopalis benedictio datur: ad notandum q̄ pacem nullatenus habere possumus nisi dominus noster iesus christus preuentat nos in benedictionibus dulcedinis: que sunt bñdictiones gratie ipsius: qr p̄m p̄s. Dn̄i est salus ꝛ super populū suum bñdictio sua. Dum autē eps se ad ppl'm bñdicendū cōuertit: populus reuerēter genu flectit: quasi ipso facto dicat. Benedicat nos deus deus noster ꝛ metuāt eum omnes fines terre. nam ipse est dominus qui ad illius inuocationem benedicit. Unde p̄s. Benedixit filijs tuis in

Hostia ꝗre frangit tres partes.

Mistici corpis tres sūt partes.

Corpa sanctorum vsq̄ ī finē seculi in sepulchris erunt.

ponitur ad notandū q̄ christus est dei ⁊ hominū mediator. In aliis vero ecclesijs duo psalmi sub vno Gloria terminantur: ad notandū q̄ laudes nostre tūc deo accepte sunt si in charitate manea mus: ⁊ sic inter duos psalmos nihil interponūt: q̄ inter deū ⁊ proximū in quorū dilectione charitas propte cōsistit mediū nō habetur: ⁊ secūdum hoc in duodecim psalmis sextes tantū Gloria patri dicitur: sicut sex sunt mūdi etates. Preterea sicut hominū a natiuitate vsq̄ ad finē vite sex etates naturaliter accidūt: ita in quotidiano nocturno sextes dicitur Gloria patri. vt recolamus: quia vsq̄ ad finem in dilectione perseuerare debemus propter eandē causam tūc sex antiphone dicunt: que quid significēt in prohemio dictū est: vel propter sex opera misericordie que si obseruauerim⁹ de tenebris huius noctis vel mortis ad veram lucem: ⁊ vitā peruenieme⁹ eternam. Tres quoq̄ lectiones q̄ tūc dicūtur doctrinā electorū triū tēporū significant: ⁊ cū ipsis interpolate tria responsoria dicūtur ad notandū q̄ quicquid electi in trib⁹ tēporibus duocuerūt: ⁊ quicquid in trib⁹ etatib⁹ agimus ad dñi trinitatē referimus: ⁊ trinitatē in fide spe ⁊ charitate glorificamus. Responsoria em̄ a respōdēdo dicuntur. Ad hoc tres lectiones dicunt q̄ dñs posuit tres vigilias dicēs. Si in prima: si in secūda: si in tertia vigilia venerit ⁊ ita inuenerit beati sunt serui illi: q̄ tres vigilie tres etates designāt: scilicet pueritiā: iuuentutē ⁊ senectutē: in quibus bene vigilando deum laudare debemus. Et nota q̄ psalmodia triū nocturnorū tā dominicaliū q̄ ferialiū dicta vocatur. Unde Exod. iij.c. Uiā triū dierum ibimus in solitudine. Sane Greg. septimus cōstituit vt in die resurrectionis: vsq̄ in sabbatū in albis ⁊ in die pēthecostes vsq̄ ad sabbatū eiusdē tres psalmi tātū ad nocturnos tresq̄ lectiones dicant. Omnib⁹ vero aliis dieb⁹ per totū annū si festiuitas est noue lectiones legātur. Aliis vero dieb⁹ scz in festis duodecim psalmi ⁊ tres lectiones. In dñicis vero dieb⁹ exceptis dominicis pasche ⁊ pēthecostes decē ⁊ octo psalmi ⁊ noue lectiones dicant: illi aūt qui singulis diebus preter hebdomas pasche ⁊ pēthecostes tres tm̄ psalmos ⁊ tres lectiones dicūt non ex regula sctōr patrū: sed ex fastidio hoc facere cōprobant. Nocturnis finitis cāpane pulsant: ⁊ Te deū laudamus: alta voce cātatur: ad notādū q̄ manifeste ⁊ mirifice ecclesia tpe gratie laudat deū: et ad designādū q̄ si bonis operib⁹ doctrine sancte bñ rūderim⁹ ad celestē laudē cū angelis peruenie⁹ cātus quoq̄ tūc alta voce fact⁹ gaudiū mulieris de dragma pdita inuēta significat. Quod ꝓ finis eiusdē cāntici ibi. Per singulos dies ⁊c. ⁊ alij versus sequētes altius canunt: significat cōgratulationē vicinarū quā muliere ꝓpter dragmā repertā fecerūt. Cōpulsatio vero cāpanarū cōuocatione⁹ vicinarū repsentat. In quibusdā etiā ecclesijs luminaria accēdunt: nā ⁊ mulier ipsa lucerna accēsa totā domū euertit. Hoc ēt significat q̄ ecclesia catholica per xp̄m trahit de inferno. Uel ipse hymnus futurū gaudiū ⁊ letitiā repsentat: quā ecclesia requiescens a laboribus suis est in die iudicij cōsecutura. ¶ Et est sciendū q̄ cū beatus Ambrosius beatū Augustinū de manicheis cōuersum baptizasset dixit Te deum laudamus. Augustin⁹ vero rūdit Te dñm confitemur: et illo dicente Te eternū patrem: ille respōdit Tibi oēs angeli ⁊c. et sic totum illū hymnū alternatim composuerunt. Post Te deum laudamus: vel q̄n̄ illud non dicit post omnes lectiones ⁊ responsoria dicitur versus a sacerdote: per quē excitat audientes vt i dei laude permaneant: ⁊ dicitur voce magis demissa: ad notandū q̄ non prodest clamor vocis nisi assit clamor cordis. Uerū beatus Benedictus aliter officium noctis ordinauit: non tamē dissentiens a premissa ecclesie ordinatione: vel illi in aliquo cōtradicens: sed ordini suo quoddā peculiare cōstituens. Ipse nāq̄ instituit semel dici Deus in adiutoriu⁹ meū intende: ⁊ ter Dñe labia mea aperies: ꝓpter reuerentiam vnitatis ⁊ trinitatis. Deinde psalmū Dñe quid multiplicati: eo q̄ a somno surgens dicit in eo. Ego dormiui ⁊ somnū cepi ⁊c. Deinde in primo nocturno sex psalmos ⁊ quatuor lectiones cū totidem responsorijs cantari instituit. et totidez in secūdo per hoc vitam cōtemplatiuā innuēs et actiuam. Senarius em̄ psalmorū numerus vitam designat actiuam: in qua sex opera mie conuenit exerceri: si quis ad cōtemplatiue vite perfectionē voluerit peruenire: que per quatuor euangelia designatur: et per quatuor lectiones similiter figuratur quaternarius q̄dē numerus apud monachos quadratam stabilitatē ⁊ euangelicā in sanctis exprimit seu quadruplicē sensum scripturarū ꝓpter quadrigas aminadab. i. hystoualem: allegoricum: tropologicum: ⁊ anagogicum. In tertio vero nocturno tria cantica cantari instituit in laudem trinitatis: a qua nobis vite perfectionē dari cū charitate credimus ⁊ speramus. Cantantur autē illa cantica cum alleluya: qō est canticum celestis letitie: vt per hoc totam trinitatem esse dignaz celesti laude ostendatur: ⁊ ad quā plene laudandā non sufficit laus humana. Quatuor ꝯo lectiones de euangelio que sequūtur significant q̄ laudatores dei per quatuor euangelistarum doctrinam debēt esse quatuor virtutibus insignit: per quatuor etiā responsoria laudantium alacritas designat. Sed ne hoc bonum agentes illud sibi ascribant: sed totum dei laudi attribuant: ⁊ se illius seruos ostendant subiūgitur. Te deū laudamus: postea legit euangelium qō significat denariū. i. vitam eternā que digne deum laudantibus in fine reddet. Ad qō sequitur Amen. i. fiat nobis quod ex euangelio credimus ⁊ speramus: hymnus vero qui sequitur. s. Te decet laus ⁊c. gaudium qō sancti post laborem habēt de remuneratione denarij significat. Monachi autē nunq̄ nouem lectiones dicūt nisi in exequijs mortuoꝝ. vnde ⁊ i triduo ante pascha nouem dicunt quasi exequias dñi repsentātes. Ad laudē aūt instituit psalmū illū Deus misereat nostri. primo absq̄ antiphona decantari: tū quia tenebris fatiscentibus diluculo matutine laudes cantantur: ideo in eo dicitur Illuminet vultū

Tres etates in quibus bene vigilando deū audire debemus.

Quadruplex scripturarū sensus.

sum super nos: tum quia officiū ad dñi pertinet resurrectionē per quā accipimus misericordiam ⁊ benedictionē. Rursus monachi dominicā oratio nem in voce dicunt propter simplices qui eam nō intelligunt aut obliti cūtur: ⁊ propter versutos q̄ spinam odij gerentes in corde fratres odiunt: nolentes dicere. Dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc igitur dicere cōpellūtur in publico: vt purgētur ab illo vitio tam in fine noctis. i. in matutinis laudibus: q̄ in fine diei. i. i vesperis: vt noctē aut diē pertrā seant sine reconciliatione fratris. In alijs autem horis nō dicunt in voce: qr sepe cōtingit fratri fratrem irasci ⁊ quodā furoris impetu cōmoueri: q̄ licet statim animū nō cohibeat expectādus tñ est ad veniā: sufficit enī si sol nō occidat super iracundiam eius: dicunt etiam quatuor solūmodo psalmos ad vesperas: prout in serta parte sub titu. de tēpore aduent⁹ dicet. Nō vacat etiā a mysterio q̄ monachi se toto corpore ab oriēte in occidentem gyrant: significantes deum vbiq̄ adorandū esse: quasi vbiq̄ presentem: vel quia rationabili motu ab ortu nostre natiuitatis vsq̄ occasum mortis eum sequi tenemur: sicut ⁊ firmamentū naturaliter vertitur ab oriēte in occidentē: hoc etiā quedā designāt ecclesie: in quibus dicētes. Gloria patri. se inclinant ad orientē: ⁊ subdētes. Sicut erat ⁊c. se vertūt in occidentē. deuotio nāq̄ in diuinis officijs est seruāda. Quia vero monachorū officiū ad nos nō pertinet: ad presens de illo sufficiat nobis ad hoc vsq̄ dixisse. Ultimo not. q̄ monachorū ordo figurā cherubin qui inter angelorū ordines eximior predicatur habere probat. Nam sicut cherubin: ita ⁊ monachi sex alis velantur dicente scriptura. Sex ale vni ⁊ sex ale alteri: due quidem in capitio quo caput tegitur demōstrantur: illud vero tunice qō brachijs extenditur siue dextra et leua alias duas dicimus esse alas: ⁊ ante ⁊ retro alias duas: ⁊ sic illud quo corpus tegitur sex alarū numerū implere asseritur. Habitus quoq̄ eorum habitū imitatur sanctorū. De helya nāq̄ legitur. Ait pilosus ⁊ zona pellicea accinctus renibus: ⁊ de ipso ⁊ de illis similib⁹ dicit apostol⁹. Circuierūt in melotis ⁊ in pellib⁹ caprinis. Et de ioāne baptista inquit euāgelista. zona pellicea circa lumbos. Adhuc cuculla monachorū sumpta est a collobijs apostolor: que vt dalmatica formabātur: ⁊ in eis forma crucis preferebatur: qr illi se vitijs ⁊ cōcupiscētijs crucifigebāt: eius nigredo est mūdi cōtēptus: lōgitudo perseuerantia in bono.

¶ De laudibus matutinis. Rubrica.

SUnt nōnulli qui Esdre ordinē sequētes de quo in principio huius partis dictū est: matutinas laudes a nocturnis diuidunt illas fore per se officiuz asserentes: ⁊ mane aurora rutilāte illas dicētes. qut in titulo primo dictum est. Tali namq̄ hora christus victor a mortuis resurrexit: vnde ℣Marcus. Surgens Jesus mane prima sabbati: vel saltem eius resurrectio in matutino notificata est. Tali etiā hora super mare ambulauit. ℣Merito ergo in hac hora laudādus est: vt ipse q̄ nos p̄ suā sctām resurrectionē saluauit supra mare huiꝰ seculi nos tre faciat sicco vestigio sicut petrū. Hac etiā hora mūdū ⁊ angelos creauit: q̄ statim post creationem suam cāntico laudes creatori suo iubilauerūt. Laudes ergo matutinas rubescēte aurora dicūt. s. in quarta vigilia: quā lucifer totā illustrabat. Quia matutinum dr a mane qō est lumē: qr nobis mane lumē reducit ad coronā glorie obtinendam. iuxta illud. Nō sit vobis vanum mane surgere ante lucē: qr p̄misit dñs coronā vigilātib⁹. qd aūt significet tps matutine laudis dictū est in principio p̄cedētis tractat⁹. Dicunt autez laudes: qr illud officiū laudē p̄apue sonat diuinā quā ei facim⁹ p̄ eo q̄ a tenebris erroris nos ad lucē seu vīā veritatis reduxit: ⁊ ad tēptationes diaboli repellendas. vñ Esa. xxv. Expergiscimini ⁊ laudate q̄ habitatis i puluere: quia ros lucis est. De hoc matutinali officio dicit ꝓpheta. Ad te de luce vigilo deus. Sane matutinū ⁊ vespertinū officiū ideo canim⁹ quasi dño iuge sacrificiū offeramus. Offerebāt enī dño in veteri testō iuge sacrificiū. i. mane ⁊ vespere sed vespertinū dignius erat matutino qr pinguius vt iudei dicūt: prout sub vesperis dicet. Nos aūt per matutinū officiū intelligim⁹ legē: per vespertinū saluatoris passionē: q̄ in vespera mūdi. s. in sexta etate obtulit se deo patri p̄ nobis. Vñ eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. Rñdet aūt hoc sacrificiū illi: qr ibi psalmi ponunt sub quinq̄ distinctionibus per Gloria patri: sicut ⁊ hic. Itē ibi ⁊ hic hymnus cū lectione ⁊ versiculo: ibi etiā canticū ℣Marie ⁊ hic etiā canticū ℣Zacharie. Quia vero officiū vespertinū dignius est ꝓpter rem digniorem quā significat oīa in maioribus solennitatibus in vespertino solēnius cantamus q̄ in matutino responsorium interponētes. Jsidorus dicit in libro ethimologiarū. q̄ officium matutinū est in lucis initio sic appellatū a stella lucifero que oritur mane inchoāte: vt dictū est. Hoc officiū laudū plenū est laudib⁹: prout dictum est in principio precedētis tituli: ad quas sacerdos p̄ versum quem premittit excitat auditores: qui est quādoq̄ In matutinis meditabor in te: quādoq̄ Excelsus super omnes gentes dñs: vel alius. ⁊ deinde diuinū imploratꝰ auxiliū dicēs. Deus in adiutorium meū intende. postmodū chorus ad idē festinās auxiliū in summa trinitate glorificat deum dicens. Dñe ad adiuuandū me festina. Gloria patri. deinde antiphona inchoat. Circa qō notandū est q̄ quedā ecclesie in dominicis que sunt a prima dñica post epyphaniā vsq̄ ad septuagesimaz: et ab octaua pēthecostes vsq̄ ad aduentū dñi canūt ad laudes alleluya: loco antiphone p̄ oibus psalmis: tum qr vt premissum est hoc officiū laudibus est plenū: alleluya enī laus est angelica: tuz quia vt dñici dies resurrectionē dñi representant. Sicut ergo in tpe paschali qnod est resurrectiōis alleluya multiplicatur: sic merito ⁊ in eis dz multiplicari. Et est attendendū q̄ in dñicis que sunt ab octaua epyphanie vsq̄ ad septuagesimā cōcinūt alleluya: iuxta cantū quarūdā antiphonarum

℣Bona chorum ordo figuram cherubī habere ꝓbatur.

℣Matutinum ⁊ vesperti nū officiū qre cantamus.

ad natiuitatē dñi ptinentiū: in dñicis ℞o que sunt ab octaua pēthecostes vsq; ad aduentum cancāt alleluya: iuxta cātū ferialē antiphonarū q̄ dicunt ad benedictus: ⁊ de ipso sumunt. Qui igit in singulis dñicis p̄ varietate antiphonarū ipsarū etiā cātus in alleluya variant: ideo iuxta brevitatem vel prolixitatē cuiuslibet antiphone: iuxta cuius cātū cantur multiplicat vel minuit in singulis dñicis numerus alleluya. Adhuc ideo certus numerus in alleluya nō p̄cinitur: qm̄ deuote aīe certꝰ numerus vel modus i laudādo deū p̄figi nō potest. In aliis vero ecclesijs passim in oibꝰ dñicis ad primos tres psalmos loco antiphone quasi ad intonandū psalmos bis p̄nūt alleluya: ad insinuādū q̄ in dei laudē ex charitatis feruore procedūt: nec cātat illud iuxta alicuius antiphone cantū: ad notandū q̄ iuxta aplm charitas non emulatur. Ad psalmum ℞o Benedicite: cantant antiphonā tres pueri: cui neq; iubilus nec alleluya subijcitur ꝓpter rōnes infra scriptas. Ad psalmū ℞o Laudate dominū: ter dicūt loco antiphone alleluya: nō iuxta alicuius antiphone cantū: ꝫ dūtaxat ad inchoandum psalmū. Ter autem ℣r: primo quia respōdet tribus psalmis sub ipso psalmo Laudate cōtētis. secūdo ꝓpter triplicē ordinē iustorū deū laudantium: de quo infra dicetur. Porro in laudibꝰ matutinis quinq; psalmi dicūtur: vt quinq; sensuū reparatio notetur. ⁊ ꝓpter quinq; status ecclesie. Primus psalmus est Dñs regnauit. in quo laudatur deus qui firmauit orbē terre. s. in fide ⁊ resurrectione: ideo hic psalmus pertinet ad regnū xp̄i. Secūdus est Jubilate: qui ptinet ad cōfessores. vñ ibi dicitur. Introite portas eius in cōfessione. Et recte incipit a tubilo: qm̄ cōfessio valde placet deo. Tertiꝰ est Deus deus meus ⁊c. qui significat statum martyrū qui sitiunt ad dñm: vñ ℣r ibi. Sitiuit aīa mea. ⁊ qm̄ tota nostra sitis ⁊ intētio esse ꝺz in trinitate ⁊ ad trinitatē: ideo sequit psalmus Deus misereat nostri. in quo tota trinitas notatur cū ℣r Benedicat nos deus deus noster ⁊c. Dicitur enim ter deus ꝓpter patrē ⁊ filium ⁊ spiritumsanctum. Quartus est cāticū triū pueroꝝ Benedicite oīa opera dñi dño ⁊c. qđ est Dane. c. iij. significās statum antichristi: vt iam dicet. ⁊ in fine huius psalmi nō ℣r Gloria patri. Primo q̄ ꝓpter cōfessionē fidei protecti sunt tres pueri in caminum ignis. in quo facto maximo deo ⁊ trinitati derogatum est. Scđo q̄ vltimus versus illius psalmi tē dicit qđ gloria patri: ⁊ in diuinis scripturis nihil ꝺz supqua cuī esse. Tertio quia in ipso psalmo distincte tota trinitas notificatur: ⁊ laudatur deus in creaturis. Rursus dum psalmus iste ℣r nec sedere nec genua flectere debemus sicut ℣r sub sabbato quatuor tēporū prime hebdomade quadragesime. quintus psalmus Laudate dñm. in quo status ille notatur q̄n post mortē antichristi ꝓuertentur iudei: vt iam dicetur: ⁊ in fine eius ℣r Gloria patri. ad ostēdendū q̄ per bonā operationē sociabimur angelis qui incessanter deū laudāt. Potest etiā dici q̄ in laudibus octo psalmi dicuntur: q̄ officium illud mystice recolit statū ecclesie ab initio aplice stabilitatis vsq; ad perfectionē electoꝝ qui i fine mūdi futuri sunt: sub quo statu octo ordines ecclie siue electoꝝ in ecclesia sancta per baptismū saluati reperiunt: sicut in archa Noe octo aie illos significātes per eā saluate sunt. Per diluuiū enī baptism⁹ per archā vero ecclesia significatur. Primus ordo fuit ecclesie primitiue in iudaico pplo ꝓuersantis que per xp̄i predicationē reformata ⁊ edificata est sicut mōstrat ille pum⁹ p̄s. Dñs regnauit decorē indutus est: in primo eius versu vbi de saluatoris regno ⁊ ipsius agitur prāte. In scđo versu agitur de fundatione ecclesie que tūc cepit fieri sup illud fundamentū qđ est xp̄s iuxta aplm: de quo etiā fundamento in titu. eiusdem partis supra habet. Cantatur ergo hic psalmus in laudibus qui continet laudes xp̄i. Secūdus ordo fuit primitiue ecclesie intrātis ad gentes per predicationē domini et aplorꝝ monētiū oēm terrā. i. oēm gētē ad iubilādum deo: qđ mōstrat secūdus psalmus. Jubilate deo oīs terra. Tertius ordo fuit credētis gētilitatis: quā tertius psalmus Deus deus meus: demōstrat offerre gratias ⁊ benuolentiā aplorꝝ vocationi. Quartus erit resipiscētis iudaici populi per Enoch ⁊ Heliā pueri: quē ille quartus psalmus Deus misereat nostri: monstrat ad deū reuersum poscere miam eius: ⁊ tūc gaudebūt se cognoscere viā dei: quā in gentibus esse cognoscēt. Quintus erit eoꝝ qui futuri sunt tpe antichristi: cuius figurā precessit Nabuchodonosor: qui licet tribulauerit sanctos vtriusq; populi: non tū destitit benedicere deū ad instar triū pueroꝝ quos deus liberauit de camino ignis ardentis: qui per illud quintū canticum Benedicite recoluntur: eo enim tpe iusti purgabūtur velut in camino ignis: non tū vrētur: sed ibi accipient formā auri. Unde Jo. in Apo vidit pedes eiꝰ similes auricalco sicut in camino ardenti. vñ rite sequitur ille psalmus: ⁊ ꝓpter tribulationē quā designat antiphona illi⁹ sine alla: et ipse sine gloria patri cantatur. Hymnus autem ipse tres ℔z distinctiones. In prima inuitantur superiores creature ad laudē creatoris. s. que sunt supra celū: q̄ in celo: ⁊ q̄ in aere. In scđa inuitant ad hoc creature terrene ⁊ que mouent in aquis. In tertia inuitant oēs spūs ⁊ aīe: vt cū oī creatura domino benedicamus: q̄ sicut tres pueri Nabuchodonosor ⁊ caminū ignis sic nos diabolū ⁊ inferni incendiū euasimus. Leterū hoc canticū bene convenit diei dñico: ⁊ cuilibet festiuo: q̄ in prima die dominus vniuersa creauit. ⁊ per suā resurrectionem postmodū innouauit: ideoq; in ea die ⁊ in festis q̄ resurrectionē dñicā imitantur ℣r in quo die creature ad creatoris laudē inuitant. Hinc etiā est q̄ eedem laudes sunt in dñicis ⁊ festiuitatibus sctorum ⁊ in tpe paschali: q̄ representāt gaudia resurrectionis xp̄i ⁊ nostre. Sextus septimꝰ ⁊ octauus erit eoꝝ qui vltr ex tribus mundi partibꝰ. s. ex asia: aphrica: ⁊ europa conuertēdi ⁊ colligēdi sunt: qui post antichristi persecutionem et eius mortē maiore pace fruētur vsq; ad diē iudicii q̄s nūc habebat ecclesia: tunc enī erit senectus in mīa vberi: in qua quiete triplex ordo iustoꝝ sc̄z cōiugati: cōtinentes.

Baptismus per diluuiū ecclesia ℞o p archam significat

Alie deuote certus modus in laudando deum ℞o p̄figi nō potest.

et virgines: quos Job: Noe ⁊ Daniel exprimunt: et generaliter vniuersi sancti quib⁹ aureola debet qui in trib⁹ mūdi partib⁹ de tribulatione euadent regnaturi cū sponso ecclesie celebrabūt laudes dei que cōtinētur in illis trib⁹ psalmis scilz Laudate dñm de celis. Cantate dño cāticū nouū. ⁊ Laudate dñm in sanctis eius. Queritur autē quare hi tres psalmi sub vna antiphona ⁊ etiam sub vno Gloria patri dicunt: Rñdetur ideo quia premissi sept⁹ septimus ⁊ octauus ordines electorum: qui ex dictis trib⁹ mundi partibus colliguntur sine aliquo interuallo simul erunt: ⁊ pariter glorificabuntur. Cōtinēt etiam ipsi tres psalmi triūphum de mundo carne ⁊ diabolo: ⁊ qm vnū sine alio nō habet: ideo merito coniunguntur. Queritur etiā quare premissi duo psalmi. s. Deus deus meus et Deus misereatur nostri. cōiunātur: ⁊ sub vno Gloria patri. ⁊ sub vna antiphona dicunt: Ad qō quadruplex est rsp̄ōsio. Primo quia psalmus Deus deus meus significat sitim ad deum: in psalmo Deus misereatur nostri: trinitas notatur vt supra. Ad significandum igitur sitim ⁊ desiderium continuum ad deū hoc fit. Secūdo ad notandū q̄ ante persecutionem antichristi populus credentis gentilitatis qui recolitur per psalmū Deus deus meus: et iudaicus ppl's resipiscens qui recolitur p psalmum Deus misereatur nostri: vnū erūt in fide: ⁊ postq̄ hi coniuncti erunt venient antichristi tribulatio: vt premissum est. Tertio q̄ primus psalmus illorum significat dilectionem dei: vnde ibi dicitur. Sitiuit in te anima mea ⁊c. Secūdus vero dilectionē proximi. vnde ibi dicit. Ut cognoscamus in omnibus gentibus salutare tuū: que ita connexe sunt vtrūa sine altera in christiana possessione nō habeatur. Quarto quia gratia quā ecclesia i primo psalmo sitire videtur: in secundo collata esse monstratur: vñ ad gratiarum actionem inuitatur cum dr ibi. Confiteantur tibi ppli deus ⁊c. Rursus ideo in fine ipsius psalmi Deus deus meus: non dr Gloria patri: quia in eo agitur de miseria humani generis. Unde ibi dr Sitiuit anima mea. Nō enim oēs psalmi de miseriis: multisq̄ aliis aduersitatib⁹ tractantes laudant illum pro illis q̄ tamē deberent: sed sequenti psalmo. s. Deus misereat nostri. subiicitur Gloria patri: q⁹ in eo agitur de mia dei per quā generi humano bona conferuntur ⁊ mala remouentur. Ceterū predicti duo psalmi. ⁊ psalmus Laudate dñm: nunq̄ variantur ad designandum sine fide et desiderio trinitatis que in p̄missis duobus psalmis vnitis exprimuntur ⁊ sine laude dei. que per psalmum Laudate designat: nūq̄ christiani esse debemus. Queritur etiam quare ecclesia in psalmo illo Jubilate. ad iubilandū nos inuitat: et tamen ipsa nō iubilat. Ad quod dici potest q⁹ officium laudū domini resurrectionem significat: que iam cōpleta in capite. s. in christo adhuc est in mēbris implenda: ad notandum igitur q⁹ iam in parte impleta est non dicitur iubilus in fine antiphonarum: presertim illarum que dicuntur super psalmos in quibus fit mentio de resurrectione: est enim iubilus cantus spe gloie conceptus. Quia p̄o resurrectio adhuc in membris implenda est: ideo in quibusdam antiphonis iubilus dicitur. Unde ⁊ i tempore paschali in versiculis ⁊ responsoriis ⁊ in alleluya iubilamus propter nostram resurrectionem quam speramus: quam quia non videmus nec adhuc plene exprimere possumus: ideo per vocem non significatiuā iubilamus. In antiphonis ergo nō fit iubilus propter resurrectionē dñi: que impleta est: nec etiā in antiphonis laudū in quarū psalmis fit mētio de resurrectione dñi: vt in tribus primis psalmis: nec in fine antiphone quarti psalmi: q⁹ Nabuchodonosor videns tres pueros in camino ignis positos vidit⁹ quartū cū eis. s. christū eos consolantē. Qui ei sunt in tribulatione hic solū orant ne deficiāt: ⁊ potius est tunc locus timendi q̄ sperandi: ideoq̄ in fine antiphone huius psalmi non dr iubilus: presertim q⁹ i tribulatiōe sctōr gloria dei nō apparet. Sed in fine antiphone q̄ dr super psalmum Laudate dominum dicitur iubilus: quia in illo non fit mentio de resurrectione: sz de spe gloie quam expectam⁹ ex qua est iubilus. De hoc iubilo dictū est in pheinio huius partis. Porro primus psalm⁹ laudū in dominicis. s. Dominus regnauit. qui est psalmus letitie commutatur in feriis in psalmū Miserere mei deus: qui est psalm⁹ penitentialis. Circa quod notandū est q⁹ dies dominici et festiui recolūt resurrectionem sanctorum qui fuerunt ab initio ⁊ erunt vsq̄ in finem seculi. Unde in dominicalibus ⁊ in festiuis laudibus recolentes regnū domini post resurrectionē eius a morte corporis siue gloriam resurrectionis electorum canimus psalmum Dominus regnauit qui tamen dicitur in dominicis ad primā a septuagesima vsq̄ ad paschā: prout ibi dicetur: dies vero feriales recolunt peregrinationes ipsorum sanctorum et penitentiam: et ideo in ferialibus laudibus dicimus primū psalmū. s. Miserere mei deus recolentes nostrā resurrectionē a morte animarū per penitentiam siue electorū peregrinationē ⁊ penitentiā siue conuersionē. Quia enim iudei ad petri predicationem compūcti corde ⁊ conuersi illuz frequētabant: inde inoleuit vsus: vt nos qui de gētili errore cōuersi sum⁹ illū in officijs frequentem⁹ quatenus ad conuersionem et penitentiam prouocemur: per quam resurgere valeamus: de hoc etiam psalmo sub prima dicetur. Adhuc loco secūdi psal. s. Jubilate. qui in dominicis ⁊ festiuis diebus dicit. sex psal. in sex feriis dicuntur: quia sicut in primitiua ecclesia sctōr predicatione hereditatē accepit: ⁊ post ad gētes intrauit: sic ⁊ gentilitas credidit: ⁊ sicut iudaicus ppl's sctōr predicatione resipiscet in fine ⁊ q̄ sub tpe antichristi futuri sunt psecutionem ⁊ tribulationē euadēt: ⁊ populi post ei⁹ predicationē ex trib⁹ mūdi partib⁹ colligetur: vt premissum est: ita ⁊ in loco psalmi Jubilate: q̄ sctōr predicationē cōtinet: dicit in secūda feria ps. Verba mea: qui est vox ecclesie ad hereditatē dñi vocate. In septuagesima vero ps. Confitemini prout ibi dicetur. Et in tertia feria ps. Judica me deus: qui recolit qm primitiua eccl'a intrauit ad gētes. Et i quarta feria ps. Te decet. qui cātatur in

Dies feriales recolunt peregrinationē ipsorum sctōr⁹ penitentiam.

Resurrectio q̄ in xp̄o iam cōpleta adhuc est i mēbris implenda.

figura gentilum que ab ydolis puerse sunt ad deū ⁊ flozet sepe est: ⁊ tūc trāslit: ⁊ si forte eū contin gat venire ad vesperā senectutis tūc absq; dubio in morte decidit: in durat vt cadauer et arescit in puluere. Mane eternitatis est initiū eterne glo rie. Unde Auditā fac mihi mane misericordiā tuā i. vocē misericordie tue. s. Uenite bñdicti ⁊c. Ma ne mūdialis ꝓsperitatis est ipsa prosperitas. Uñ. Ad annūciādū mane misericordiā tuā ⁊c. Penit⁹ ergo sollicit⁹ de anima sua mane tpis surgat ad oratiōnē: vt possit dicere. Mane astabo tibi ⁊ vi debo mane exaudies vocē meā qō habet i primo psal. Uerba mea. Uerum q; oratio eius nō habet effectū sine mane pectoris. i. sine gratie initio: iō dicit emitte lucē tuā: qō habet i secō psalmo. Iu dica me deus. Sed q; mane pectoris pēdet ex ma ne nostre redēptionis: ideo dicit. Exitus est matu tini qō est in tertio psalmo. Te decet ⁊c. Et q; ha bito mane pectoris qō affect⁹ est mane redēptio nis homo incipit sibi vilescere: sequit mane sicut herba transeat ⁊c. quod habetur in quarto psal mo. s. Dñe refugiū. Sed q; q̄sto sibi quisq; magis vilescit tāto magis mane eternitatis affectat: id circo dr. Auditā fac mihi mane misericordiā tuā: qō habet in quinto psal. Dñe exaudi oratiōnem meā: ⁊ q; nemo ad hoc peruenit nisi q̄ laudat deū in aduersitate ⁊ ꝓsperitate: iō adiūgit. Ad annun ciādū mane miam tuā ⁊c. qō habet in sexto psal. Bonū est ⁊c. ¶ Ursus sex psalmi qui per singu las ferias mutant. ⁊ cātica q̄ illis dicunt iter se cō ueniūt: ⁊ cōgrue possunt tēporis gratie succes sib⁹ coaptari. In secūda nāq; feria recolit stat⁹ primi tiue ecclesie: q̄ sancto⁹ predicatione hereditatē ac cepit: vt dictū est: vnde in illo psalmo. Uerba mea orat ecclesia ꝓ eterna hereditate: quā p xp̄m p cepit: quare in titulo eiusdē psalmi dicit in fine p ea quā cōsequit hereditate: in cāticō vero gratias agit dicēs. Cōfitebor tibi dñe qñ iratus es mihi: cōuersus est furor tuus ⁊ cōsolatus es me: qō est Esa. xij. c. Reuera ira dei permānsit vsq; ad possess sionē saluatoris: sed tūc cōuersus est dñs a furo re ⁊ cōsolatus est ecclesiā: aperiens ei tanuā celes tis regni cū omnes prius ad inferos mitterētur. Itē in psalmo solitudinē suā ostendēs ecclesia di cit. Mane astabo tibi ⁊ videbo ⁊c. in cāticō vero cōfidēs dicit. Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: id est ipse per quē sum fortis ⁊ quē laudare teneor. ad totā igitur pertinet ecclesiā qō dicitur. Uerba mea ⁊c. sed specialiter ad primitiuā: cui p apostolos ꝑmo facta ē ꝑmissio eterne hereditatis: ⁊ tūc vexillū crucis cepit in nationib⁹ eleuari: ad quod pertinet canticū. sicut ⁊ his que precedūt cantico in Esa. manifeste apparet. Dicitur enī in li. paulo superius. In die illa radix iesse q̄ stat in signū po pulo⁹ ipsum gētes deprecabunt: ⁊ erit sepulchrū ei⁹ gloriosus. Et paulo post. Eleuabit signū in na tiones: ꝯgregabit ꝓfugos israel ⁊c. Saluator no ster est radix iesse: ⁊ ipse stat in signū populoꝝ: q; ad deū respiciūt gētes: ⁊ ipsum deprecant: eius se pulchrū fuit gloriosum ꝯ peccatis nostris exigen tibus ad tpis sit ignominiosum: ⁊ ipse per aposto los ⁊ alios primitiuos leuauit in nationes crucis

Saluator noster est radix Jesse.

Moyses ꝑmus ⁊ le ꝑ instituisse cā tica.

signū in quo est victoria: vt sciant oēs in quo diabolus est victus. Sed ante hoc congregauit ipse profugos israel qñ in die pēthecostes erant viri religiosi in hierusalem ex oi parte vel natione q̄ sub celo est: z ex illis crediderunt vna die tria milia: et alia die q̄nq̄ milia. Hā eis dicit paulus in actib⁹ apostolorū. Primū oportet iudeis loq̄ verbū dei.

¶ In tertia feria illō tps recolimus qñ ab impijs ecclesia persecutionē patiebatur a iudeis primo: z postea diuersis imperatoribus romanis presertim z tempore Neronis vsq; ad tēpora Diocletiani et Maximiani imperatorum. Que autē tunc passa fuerit ecclesia indicat psalmus Judica me deus z discerne causam meā de gente non sancta: z ostendit tristitiā cū dicit Quare tristis incedo dū affligit me inimicus? Sed quia ab hac persecutione liberata est cantat canticum Ego dixi: qō est Ysaie xxxviij. ca. qō cātauit Ezechias post liberationem a sennacherib: z post infirmitatem quā incurrerat: ne eleuaretur cor eius in superbiā: vel qz eleuatus erat ppter inopinabilē triumphū de exercitu sennacherib. Sicut em̄ ille liberatus reddidit gloriaz deo: sic z ecclesia pr⁹ tū quasi desperās dicit. Non aspiciam hoiem vltra z habitatorem quietis. i. saluatorē meū p quē mihi quies deberet esse. immo cū videbat suos passim interfici dicebat. Generatio mea ablata est: z iterū. Precisa est velut a texente vita mea cū adhuc ordirer succidit me: tū sperans ecclesia dicit. Viuens: supple nūc in protectione tua viuēs. s. post in futura quiete ipse confitebitur tibi: sicut z hodie ego supple liberata ab hostibus z ego: ita ago sicut pater bon⁹ q̄ notā facit filijs veritatē suam.

¶ In quarta feria recolit illud tempus quo ecclesia cepit exaltari super inimicos suos. s. reddita sibi pace per imperatorē Constantinū. vnde cātat Te decet hymnus deus in syon. Syon interpretatur speculatio siue cōtēplatio: qz tpe quietis potuit ecclesia vacare cōtemplationi. Ad hoc etiā pertinet titulus. s. ps. Dauid canticū Hieremie z Ezechielis de pplo transmigrationis vel verba peregrinationis: cū inciperet exire: sicut em̄ ppls ille de babylonia exire cepit recepta licentia a Cyro: ita z ecclia de babylonica psecutione per Cōstātinū romanū imperatorē liberata quaz patiebat sub diuersis iperatorib⁹ hz spem pficiēdi i melⁱ quousq; perueniet in celestē hierlm. Hñ recolēs pteritā psecutionē dicit. Verba iniquoz̄ preualuerūt sup nos: z pfectū suū ostēdēs dicit. Benedices coronę anni benignitatis tue. Corona anni benignitatis tue est tps grē: qō p circulū dierū vsq; in finē mūdi decurriti q̄ cāpi. i. illi q̄ sūt pleni tumore sup̄bie carētes vbertate grē repellent: ppter hāc liberationē cātat eccl̄ia cāticū anne mris samuelis qō cātauit liberata de psecutione sue emule fenenne. s. Exultauit cor meum in dño quod est. j. Reg. ij. c. Cum em̄ respublica cepit per angelicos viros et iperatores xp̄ianos ministrari potuit ecclesia dilatare os suū sup inimicos suos. s. iudeos paganos z hereticos. vñ sequit: dilatatū est cor meū. etc.

¶ Eadē q̄z pace qua gaudēt gētiles cōuersi gaudēt z iudei puersi. Hñ i psona iudaici pplⁱ cātam⁹ in. v. feria. Dñe refugiū factus es nobis. Qō autē iste psalm⁹ ad iudeos pertineat titulus ostēdit. s. Oratio moysi hois dei. Ad idē etiā pertinet canticum moysi. Cantemus dño quod est Exo. xv. c. in pin. Sicut em̄ exultauerunt iudei interempto pharaone cum exercitu suo: ita exultant hodie xp̄iani delectis diuersis imperatorib⁹: qui ecclesiā psequebant in odiū nō minus xp̄iani.

¶ In sexta feria fit cōmemoratio passionis dñi. Unde cantat ille psal. Dñe exaudi orationē meā cuius titulus est psalmus Dauid qñ persequebatur eū filiⁱ ei⁹ absalō. Sicut aūt dauid habuit plures filios: sed vnus illorū. s. absalon persecutus est eū ita z dñs noster plures habet filios de quib⁹ nūc dicit. Nō possunt lugere filij spōsi quousq; cū illis est sponsus: sed vnus illoz̄. s. iudas persecutus est eū qui dicitur Absalō quasi abasaiō. i. pax patris ppter osculū quod dedit domino: quod est signū pacis. Ad idē pertinet canticū. Domine audiui auditū tuum. etc. quod est Abachuch. iij. c. in principio in quo dicitur cornua in manibus eius. ibi abscōdita est fortitudo eius a facie eius. i. mors. Per cornua regna intelligere consueuimus: z est sensus. Cornua in manibus eius. i. regnū in potestate ei⁹. Hanc autē potestatē meruit sibi dari: vel potius sibi datā notificari per passionē: de qua ipse dicit. Data est mihi omnis potestas in celo z in terra. Per cornua enim cōuenienter ꝑm hoc intelligunt duo cornua crucis. Unde videt ꝑm hoc q̄ potius esset dicendū manus eius in cornibus: q̄z cornua in manib⁹ eius. Valuit tū sic dicere. Abachuch ypheta: vt ostēderet q̄ in potestate z in volūtate eius fuit eū crucifigi. sicut ipse dixit. Nemo tollet a me animā meā: sed ego habeo potestatē ponēdi animā meā: z iterū sumendi eā ibi scz in cruce abscōdita fuit ad tps fortitudo eius: qz repurat⁹ est tanq̄z percussus a deo z humiliatus z ante faciez eius ibit mors: qz mors per eius mortez destructa est. Et nota q̄ hec dies est quinta a secunda feria in qua agitur de passione saluatoris sicut z in dominicis nocturnis quinto loco ponitur cāticū in quo ponitur cōtēptus nabuchodonosor: z victoria trium puerorū in camino ignis: vbi aspectus quarti erat similis filio dei: vel sicut habet alia translatio filio hominis: quia in passione saluatoris facta est destructio diaboli: z victoria xp̄iani populi de tribus partibus orbis collecti: per eum qui est verus filius dei: z verus filius hominis.

¶ In sabbato vero fit cōmemoratio victorie populi iudaici: qui erat cōiunctus ecclesie dei in fine seculi: z cantabit cum ecclesia psalmū. Bonū est confiteri domino: ad annunciandū mane. s. ꝑspēritatis misericordiā tuam: z veritatē tuam per noctē: scz aduersitatis qui psalmus intitulatur laus cāticī Dauid in die sabbati: vnde cōuenies est vt in die sabbati cātetur psalmus ille in quo agit de psecutione iude: qui persecutus est christū in figura Absalō qui persecutus est patrē: z qui intitulatur in die sabbati. Quod aūt psalmus iste pertineat ad iudaicū populū continetur ex. ij. versu. In decacordo psalterio cum cantico. Psalterium decacordum

Osculū signum est pacis.

Syō speculatio siue cōtēplatio interpretatur.

decacordā dicit lex ꝓpter decē mādata legis. Et nota q hoc psalteriū quidā portant: sed in eo non psallunt vt iudei perfidi: qui nobis sunt in codicibus testes in cordib⁹ hostes. Quidā portāt ⁊ psalterē videtur: nō tamen psallūt: vt falli ⁊ praui christiani qui cū tristicia ⁊ corde iniquo aliquādo bona opera operant. Quidā portāt ⁊ in eo psallunt vt illi qui cum hylaritate bonū operātur. Hoc autem erit in populo iudaico cum vnū erit cū ecclesia. Qualiter canticum moysi. Audite celi: qđ est Deutero. xxxij. capī. pertineat ad sabbatū ⁊ ad populū iudaicū ex verbis Bede haberi potest: qui dicit sup Lucā q in dieb⁹ sabbati iudei ad synagogas cōsuebāt ad meditāda diuine legis mādata postposita. mūdi negocijs. iuxta illud. Vacate ⁊ videte qm suauis est dñs. In memoriā ḡ ꝓsitine religionis canticū ipsum. Deutero. In sabbato cārat in quo status illius populi quē habuit offensor vel ꝓprio deo describit. Post antiphonā sequit capitulū per qđ fit exhortatio: ne deficiam⁹ in via. Et dicit quādoq; bñdictio ⁊ claritas. Apocali. vij. ca. ⁊ quādoq;. Fuistis aliquādo tenebre. Ephes. v. ⁊ quādoq;. Nox precessit. Ad Romanos. xiij. c. vbi hortamur in fide pseuerare: misericordie operib⁹ intēdere: ⁊ opera tenebrarū abijcere: ⁊ arma lucis induere ⁊ cōsolamur per repromissionē glorie. Et post capitulū sequit responsorium. In quibusdā tñ ecclesijs nō dicit responsorium. Videt enī hoc superfluere propter respōsoria in nocturnis dicta: q; hodie nocturne ⁊ laudes matutine vbiq; cōiunctim canunt. Hec tñ ratio cessat si laudes matutine officiū sit per se. In oibus tñ alijs horis post capitulum sequit responsoriū. Post capitulū seu responsoriū chorus exhortationi assentiēs hymnū resonat. Post hymnū sequit versus. Qr enī per cāticū zacharie qđ statim subsequit ꝓmissio notat: ⁊ nos tardi sum⁹ ad credendū ꝓmissionib⁹: ideo ꝓmittit versus alta voce: vt excitemur ad credēdū dei promissum. Et dicit in quibusdā ecclesijs versus. Repleti sum⁹ mane misericordia tua: in quo recolitur xp̄s quo iustis recōpēsabit merces post hui⁹ seculi laborē. Unde dicit Beda. Repleti sum⁹ mane ꝓteritū ponēs ꝓphetali certitudine q; in mane eternitatis misericordia dñi replebimur. Iuxta illud. satiabor cū apparuerit gloria tua. In alijs vo ecclesijs dicit. In matutinis dñe meditabor i te. Cōsequēter chor⁹ versu excitat⁹ subijcit cāticū zacharie. s. Benedict⁹ qđ est Luce. s. ca. qđ semper dicit. Iuxta qđ ait apostolus. Seruiendū est deo i psalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis. i. corde ore ⁊ opere. Sic̄ dem per hymnū exprimit letitia quā de cōsecuta libertate habemus. Et q; xp̄s hanc nobis letitiā acquisiuit: idcirco ne de huiusmodi beneficio ingrati esse videamur: in laudē dei cārando prorūpim⁹ antiphonā inchoātes Et q; nos liberauit et grates referimus alta voce cādando canticū ipsum ⁊ quare? quia visitauit nos existētes in miseria: ⁊ fecit redēptionē plebi sue. Quare etiā hoc cāticū alta voce dicit in sexta parte sub quinta feria cene dñi dicebat vel ideo post psalmos ⁊ lectiones ⁊ versum canticū ipm dicit: vt recordemur q; finito ipe nouī testamēti qđ per ꝓmissos matutinales psalmos significat remuneratio Abrahe promissa nobis dabit: si doctrina christi imbuti qđ per lectionem ⁊ ad dei seruitiū vsitati qđ per versum significatur: sine timore in sanctitate ⁊ iusticia omnib⁹ diebus seruiemus deo. ¶ Rursus ideo psalm⁹. Benedictus hoc loco dicit: quia in eo agit de precursore illius qui in sexta etate venit: ⁊ iste est sextus psalmus in laudib⁹. Et nota q; qr hoc cāticū ⁊ cāticuz marie scz. Magnificat aia mea dñm ⁊c. euāgelia sunt: ideo ea stantes cantamus. Ceterū hec duo cantica nō cantant in ecclesia eo ordine quo edita sunt: quē ordinē ponit magister in hystorijs vbi agit de ortu precursoris. Hā canticū zacharie prius tantat ⁊ tñ scdo editum est: qr cū ibi legit. Et erexit cornu salutis nobis: qđ erit factū in reiurrectione. Et qr loquit ad puerū qui fuit aurora solis: ideo cantat in laudib⁹. Cāticū aūt virginis: qr legitur ibi. Respexit humilitatē ancille sue ecclesie scz ipsius marie: qđ quidē factū est in sexta etate ⁊ agit de incarnatione ibi. Suscepit israel puerum suū: nō canit ad vesperas. s. in sexto officio diurno. Tertio cāticū symeonis qđ sequit canitur in septimo officio. s. in cōpletorio: qr orat se dimitti in pace qđ erat in septima quiescētiū. Rursus in tribus horis trita dicim⁹ euāgelia. s. in aurora Benedict⁹: qr ibi vera lux nunciat. In vespera Magnificat: qr in fine mūdi: prout ibi dī deus superbos disperdet ⁊ humiles exaltabit. In cōpletorio Hūc dimittis: qr post iudiciū sancti in pace regnabūt. Finito cātico antiphona que dilectionē siue deuotionem quā i laudādo deū habere debem⁹ significat repetitur. Dñs aut ēversus ante ipm cāticū dr: offert incēsum: vt notet deuotio ab igne charitatis egredies: que in omni laude esse debet. Thuribulū enī est cor hois: ignis charitas: incēsum oratio: fum⁹ in altū tendens est deuotio que sursum tēdere dz. iuxta illud Dirigat oratio mea ⁊c. de hoc in quarta parte in ti. de accessu pontificis ad altare dictū est ⁊ dicet sub vesperis. Primo ante offertur incēsum circa altare: nā ⁊ sacerdos legalis manē intrabat tēplum vt super altare incēsum offerret: vt dicetur sub tit. de vesperis: offertur itaq; incensum circa altare: vt notet canticū toto cordis affectu esse proferendū. Et ne nobis accidat qđ contigit zacharie: cui dum incensum offerret apparuit angelus dicens q; ei nasceretur filius q; q; ille non credidit obmutuit. Credamus igitur de promissionibus dei: ne a laude ei⁹ muti efficiamur. Alia etiā ratio sub vesperis dicet. Post cāticū sequit oratio per quā est impetrāda promissio: de qua dictū est in proemio huius partis. De laudib⁹ matutinis quas monachi dicūt in precedēti titulo dictū est.

Tardi sum⁹ ad credendū promissionibus.

Incensum ꝗre offertur circa altare.

¶ De prima. Rubrica.

Postq; de nocturnali premissum est officio cōuenit aliqua dicere de diurno: ⁊ primo de hora prima in qua deum laudare debem⁹: tum qr est initiū diei ⁊ nobis deducem cum salute ⁊ sine lathanc impedimento transire prouꝫ in completorio rogamus ipsum: tum quia tali hora xp̄s a iudeis pylato tradit⁹ est

In prima hora hymnus ipe inuariabilis est

ꝛ etiã angelus nũciauit mulieribus ad monumẽtũ orto iam sole venientibus cũ resurrexisse: eadẽ etiã hora visus est in littore maris a discipulis piscantibus dicens illis. Pueri habetis aliquid pulmenti: Tũ qꝫ eadẽ hora dñs cõueniebat in tẽplo ꝛ populus manicabat. i. ad eũ mane festinabat: tũ etiã qꝫ scriptura dicit. Primũ querite regnum dei. Merito ergo ecclesia in hac hora dñm laudat et eũ inuocat dicens. Deus in adiutoriũ meũ intẽde cũ glorificatione sequenti, ꝛ inde petit liberari ꝛ a persecutione mũdi ꝛ a tentationib⁹ diaboli: vt patet in hymno Jã lucis orto sydere ꝛc. Est aũt notandũ qꝫ in prima hora hymnus ipse inuariabilis est: qm quolibet die premissa liberatione egemus similiter ꝛ in completorio hymnus. Te lucis ꝛc. in quo petit ecclesia a fantasmatibus liberari: qua etiã liberatione semper egem⁹: prout sub cõpletorio dicet. Quedã etiã ecclesie nunꝯ variant antiphonã ad primã. Cum em̃ de⁹ sit inuariabilis qui est alpha ꝛ o. i. principiũ ꝛ finis: idcirco: qꝫ semper a nobis primitias ꝛ decimas exigit tanꝯ semper soluentes primitias dici nũꝯ variant antiphonã: sed semper dicunt illã de trinitate nisi aliquod festũ accidat: qꝫ tũc fit de ipso festo. Alie tñ ecclesie variãt antiphonã ꝛ hymnũ ꝛ in dñicis ꝛ in feriis ꝛ i festis dei ꝛ sctõꝝ. Post antiphonã sequũt psalmi: ꝛ ex cõtinẽtia precedẽtis hymni euidẽter apparet quare dicat primus psalm⁹. Deus in nomine tuo ꝛc. in quo ecclesia orat a periculis ꝛ ab inimicis liberari. deinde se armat: primo ꝓtra hostes cingulo castitatis: cum dicit. Beati immaculati in via ꝛc. Scõo galea salutis sꝛ spe cum dicit. Retribue seruo tuo ꝛc. de qb⁹ dicet sub sexta. Tertio etiã scuto fidei: cũ dicit. Quicũꝯ vult saluus ꝛc. in quo fides nostra cõtinet vt iam dicetur que est scutũ ꝛ munimẽ nostrũ ꝛ victoria cõtra carnẽ mũdum ꝛ diabolũ ꝛ eius oẽs tẽtationes. vnde petr⁹. Cui resistite fortes fide ꝛc. Quarto sumit gladiũ spũs qꝫ est verbũ dei dũ dicit capitulũ siue lectionem que pertinet ad doctrinã: qꝫ opꝫ vt precedãt bona opa que p psalmos significãtur: ꝛ tandẽ sequatur doctrina de spiritualib⁹ ꝛ secretionib⁹. iuxta illud. Cepit iesus facere ꝛ docere. Sunt ġ tres psalmi. s. Deus in nomine tuo saluũ me fac. Beati immaculati in via. Retribue seruo tuo: vt in tribus horis munimentũ cõtra impugnatiões interiores ꝛ exteriores habeam⁹. Et dicunt sub tribus glificationib⁹: eo qꝫ trinitas in nostris operibus glorificat. Scõs psalmus est Beati immaculati in via. vsqꝫ Retribue seruo tuo. Terti⁹ est Retribue seruo tuo vsqꝫ Legẽ pone mihi dñe viã iustificationũ tuarũ qui ex octonarijs versuũ cõstituntur. Habet em̃ vnusquisqꝫ sexdecim versus: quorũ duodecim significant duodecim ꝓphetas: alij quatuor designãt quatuor maiores. s. hyeremiã: danielẽ ꝛ ezechielẽ: siue duodecim apl̃os ꝛ quatuor euangelistas. Dicũtur ergo illi duo psalmi ex sexdecim versibus cõstituti: vt ostẽdatur qꝫ ea que duodecim prophete ꝛ quatuor maiores siue duodecim apl̃i ꝛ quatuor euangeliste dixerũt pro posse obseruare debemus. De octonarijs dicetur sub tit. de cõpletorio. Sunt etiã quodãmodo quinqꝫ psalmi habito respectu ad diuisionẽ octonariorũ versuũ cuiuslibet psalmi: significantes qꝫ eccl̃ia petit ne mors ingrediat̃ per fenestras quinqꝫ sensuũ nostrorũ: seu quinqꝫ sensus nostri per diem diuinitus muniantur. Primus est. Deus in nomine tuo saluũ me fac. Scõs Beati immaculati in via. Tertius in quo corrigit. Quart⁹ Retribue seruo tuo. Quint⁹ adhesit. Et est sciẽdũ qꝫ a psalmo Beati immaculati in via. vsqꝫ ad psalmũ Ad dñm cum tribularer clamaui est vnus psalm⁹ cõtinẽs. xij. capl̃a. qꝫ ꝑm Ambro. est paradisus pomorum ꝛ apotheca spũssancti: ideo ecclesia ruminat illũ per horas velut spẽs aromaticas paradisi: vt sit spẽs aromatica deo ꝛ mundo. Sed q̃rit quare psalm⁹ ille Deus in noĩe tuo saluũ me fac dicatur ad primã quẽ dauid cecinit dũ iudei eũ Saul tradere volebãt: Rñdeo ideo: qꝫ per cypheos q̃ interpretãtur florẽtes intelligitur diabol⁹ qui caducã floriditatẽ suis oñdit. Ipse em̃ siue per se siue per mẽbra sua insidiat̃ nobis ꝛ nos aperte psequit̃ vt nos eterne tradat morti. Ad vitãdũ ergo ei⁹ calliditatẽ iste psalmus in prima hora siue in diliculo cãtandus est: quẽ dauid cantabat: vt ab inimicis saluaret. Post illũ dr̃ psalm⁹ Beati immaculati i via qui plenus est morib⁹: qꝫ opꝫ vt ꝛ quos deus liberauit de vinculis ꝛ carcere inimicoꝝ: moribus bonis ꝛ in omni deuotione assistãt. In dieb⁹ vero dñicis in quibus matutinale: dr̃ ꝛ hystoria mutat̃ dicunt̃ ad primã quinqꝫ psalmi qui sunt i fine ipsi⁹ nocturni dñicalis. s. Deus deus meus respice ꝛc. q̃ psalmi quare in ꝑma dicant̃ sub cõpletorio dicetur. In q̃busdã tñ eccl̃esijs dicunt̃ solũ in dñicis a septuagesima vsqꝫ ad paschã: quo etiã tẽpore dr̃ ad primã psalm⁹ Dñs regnauit ꝓpter rõnem ibi scriptã. In premissis etiã dñicis: dr̃ ad primã psalmus Cõfitemini dño. ne aliquid de psalterio pretermittat̃: quin totũ in septimana dicatur: ꝛ quia ibi ꝑsertim in versu illo Hec est dies quã fecit dñs ꝛc. agit̃ de resurrectiõe ad quã dies dñica pertinẽt ꝛ ꝑm hoc in dñicis dicũtur ad primã nouẽ psalmi: vt cũ nouẽ ordinib⁹ angelorꝝ in resurrectiõis gaudio trinitatẽ laudare possimus. In primis quinqꝫ scꝫ De⁹ deus me⁹ respice. ꝛ sequẽtib⁹ de xp̃i passione cantat̃ per psalmũ Cõfitemini. ꝛ tres quotidianos innuit̃ qꝫ in quatuor mundi partibus doctrinã uatuor euãgelistarũ laudare debemus. in psalmo Deus in nomine tuo saluũ me fac. petim⁹ erroris depositionẽ in Confitemini. exhortamur ad laudis cõfessionẽ in. Beati immaculati in via qui. ad laudis operationẽ in. Retribue. Ad mãdatorũ retributionẽ. Verũ quia fides est fundamẽtũ mandatorũ ꝛ victoria que vincit mundũ: quia cetera sine fide frustrãtur: ideo subditur symbolũ fidei Quicũꝯ vult. quod athanasius alexandrin⁹ epꝰ rogatu Theodosij imperatoris ad eradicandam inualescentem hereticorum perfidiam ꝛ fidem catholicam diuulgandam edidit: ꝛ singulis diebus dominicis ecclesia constituit cantari ad primam: quia populus ex tunc maxime ad ecclesiam cõuenit: vel quia fides principium salutis existit.

Psalmus ille Deus in noĩe tuo saluũ me fac dr̃ ad primã

Quidã tamẽ ex curiositate illud omittũt in illis diebus quibus in missa. Credo in vnũ deũ dicũt. quidã aũt dicunt q̃ dictus athanasius fugiẽs a facie Cõstãtini imperatoris i Treueri illud cõpo suit: quodq̃ nõ ẏr in ecclesia ex primaria ecclesie institutione. Et aduerte q̃ i hoc symbolo due principaliter sunt partes: scz de trinitate ⁊ de incarnatione verbi: sed de libero arbitrio ꝓmittit. ¶ Post ea sequit cap. in quo pastor oues ⁊ paterfamilias operarios ne in calore ⁊ labore deficiãt ꝓsolat: de quo iam dicet: ⁊ ẏr q̃nq̃ capitulũ. Gratia vobis ⁊ pax a deo. Ad gal. j. ⁊ q̃nq̃. Pacẽ ⁊ veritatẽ. zacharie. viij. dist. Post capitulũ sequit respõsoriũ. Christe fili dei viui ⁊c. vt ecclesia ostẽdat se inuere ⁊ applaudere his quẽ in illo dicta sunt: nihilomin⁹ tñ orat ꝓ se. Vñ postea subiicit ẏsus. Exurge xpe. i. fac nos exurgere. Exurgere aũt a vitijs nihil aliud est q̃ ad dñm redire. Sciendũ est aũt q̃ q̃dã ecclesie omittũt respõsoriũ illud. Christe fili dei viui. in aduẽtu ⁊ in septuagesima: q⁹ lz tã patres qui fuerũt ante legẽ q̃ qui fuerũt sub lege sperarẽt per xpm a miserijs liberari: tñ q⁹ ipse in illo tpe nõdũ venerat: idcirco cũ tpa illa recolunt: misericordia xpi minime inuocat. In festiuitatibus tñ sanctoriũ q̃ in illis tẽporib⁹ occurrũt: illud dicũt: q⁹ in illis tps gratie representat. Quedam tñ ecclesie nõ dicũt capitulũ: nec etiã responsoriũ sed solũ versum. Exurge: volẽtes morẽ apostolorũ imitari: quos legimus post ascensionẽ ante aduentũ spiritussancti in orationibus ⁊ bonis operibus perseuerasse: sicut Lucas dicit q̃ ipsi adorãtes reuersi sunt in hierusalem cũ gaudio magno ⁊ erãt semper benedicentes in templo: ⁊ laudantes deum: nec legimus eos tũc fecisse sermonẽ ad populũ: sed in die pentheocostes: dato eis spiritu sancto. hora tertia ceperũt tãq̃ cõfirmati ad populum loqui: in quo instruimur q̃ vsq̃ ad horam tertiam bonis operibus ⁊ orationib⁹ vacare debemus: ⁊ tũc tãdẽ alios docere: qđ notat ipsa lectio seu capitulũ: nã psalmus ad opera: lectio vero pertinet ad doctrinã: propter hoc ergo lectionẽ in prima subtrahũt: ⁊ per cõsequẽs respõsoriũ qđ et respõdere debet. ¶ Rursus per primã pastoris opera intelligunt. Vnde ⁊ tũc dicitur. ¶ Respice dñe in seruos tuos ⁊ in opera ⁊c. qui pastor xpi exẽplo dz pri⁹ operari: vt in alijs horis alios ad operãdũ valeat exhortari: ideoq̃ nõ dicunt capitulũ: quod est exhortatio seu cõsolatio post psalmos p quos opera significantur: sed post primaz dicitur lectio vt dictũ est in prohemio huius partis. ¶ Subsequenter dicuntur preces quoniã in concilio agathen̄: de consecra. dist. n. vj. conuenit statutum est vt preces siue capitula de ps. in singulis horis dicantur. Dicuntur autẽ propter tria. Primo ad resecãdas superfluas cogitationes. Secũdo ad impetrandũ misericordiam propter oues errantes ⁊ operarios fatiscentes. Tertio ad postulãdũ auxilium cõtra tentationes: vt possimus in dominica oratione patrẽ securius inuocare. Et dicunt hoc modo. Primo nãq̃ dominica oratio dicit: in qua sunt septem petitiones propter septem dona spiritussancti habenda: vt iam dicetur. Sed quia muscę morientes perdunt suauitatem vnguenti precedat ipsam kyrieleyson. Oportet enim tale quid precedere: quod manes cogitationes repellat a mẽte: vt dicendo ipsam orationez dominicam mens que inuisibilia loquitur sola inuisibilia cogiter: in diuinis siquidẽ officijs ante ipsam orationẽ dicitur ter vel semel. kyrieleison. ⁊ postea semel vel ter. Christeleison ⁊ iterum ter vel semel kyrieleison. Dicitur ter kyrieleyson: ad notãdũ tres status diuinitatis ⁊ diuine maiestatis: quos aliquo modo in ecclesia celebramus. Sed semel dicitur propter vnam substantiã. Primus status fuit ante assum ptam humanitatem quãdo trinitas inuocabatur sine copulatione humane nature ⁊ dicebatur dominus: quia dominus nomen illi. Secundus fuit post assumptam humanitatem. s. qñ xps videbatur in terra: ⁊ nihilominus credebatur a suis de⁹ ⁊ filius dei: ꝓpter assumptã enim humanitatẽ q̃ vncta est oleo spirituali vocatur christus. Vnde in medio statu dicimus christeleyson. Quando igit ter dicimus christeleyson: ostẽdimus cũ nũq̃ fuisse separatũ a substantia sancte trinitatis. lz fieret homo. Sed qñ semel ostendimus eũ fuisse solũ in tres hoies ⁊ neminẽ sibi per oia similem habuisse. Terti⁹ status fuit ex eo tẽpore quo voluit clarificari assumptã humanitatẽ plusq̃ esset q̃ diu mortalis erat: q⁹ ergo in illa clarificatiõe ostensa est trinitas: ideo dicim⁹ ter kyrieleyson: semel ẏo dicit ꝓpter vnã substãtiã. De horũ verboz efficacia dictuz est in quarta ꝓte sub ti. de kyrieleyson. ¶ Et nota q̃ premissi status dicũtur ꝓpter nos non ꝓpter deũ: apud quẽ nõ est trãsmutatio nec vicissitudinis obũbratio. Post kyrieleyson sequit dñica oratio in qua sunt septẽ petitiões ꝓpter habẽda. vij. spũssancti dona per que merẽtes septẽ virtutes ⁊ per istas a septẽ vitijs liberati ad octo beatitudines peruenietis. ¶ Et dicit voce demissa ⁊ secrete. Primo vt per hec verba humilitatis ⁊ orationis deuotio significet. Secũdo vt quasi ad interioza reuersi ipsas res cum magna diligẽtia mẽte capiamus: quas verbis pronũciamus. Tertio q⁹ in ea deo loquit qui nõ ẽ verba sed renes scrutatur ⁊ corda. Quarto ad notãdũ q̃ oro ipsa postus hz efficaciã in deuotione cordis q̃s in clamore oris. Lz enim moyses ad dñm nõ clamaret ore: tñ dñs q̃ magis attẽdit clamorẽ cordis q̃s oris iquit ei. Quid clamas ad me? Exo. xiiij. ca. Finis tamẽ ipsi⁹ orationis alte pronunciat: vt ab oĩbus cõfirmet: ⁊ vt auxilio precũ astãtiũ respõdẽtiũ. Amen a tentatiõe liberemur: q⁹ sicut ait Augu. Impossibile est multitudinẽ nõ exaudiri. Principiũ quoq̃ eius publice pnunciat: vt per hoc populi astãtes ad orandũ inuitẽtur. Sane dñica oratio dr: vt vita spũalis aie impetretur: ꝓpter qđ immediate illa dicta subiicit. Viuet aia mea ⁊ laudabit te ⁊c. deinde sequit. Erraui sicut ouis q̃ ⁊c. in quo fit cõfessio. Nõ enim põt in deo viuere q̃ nõ ꝓficet. Cõsequẽter dr Credo in deũ. in quo fides nra cõtinet: sine qua impossibile est deo placere: ⁊ per quẽ cõtra omnia aduersa armantur qui per dominicam

Tres status diuinitatis ⁊ diuine maiestatis aliquo modo i ecclesia celebramus.

Psalmꝰ ad opa: lectio ve ro ad doctrinam ptinet.

oratione mundant. Et dicitur voce demissa: finis vero alte: ad notandū q̄ corde creditur ad iusticiā ore autē confessio fit ad salutē extra de sa. vnc. de quo in quarta parte dictū est: vbi de symbolo agitur. Postea sacerdos quasi suspirās dicit. Et ego ad te dñe clamaui ꝛc. Iuxta illud dauid. De profundis clamaui ad te domine. Quia vero nō est speciosa laus in ore peccatoris: q̄ peccatori dixit deus. Quare tu enarras iusticias meas et assumis testamētū meum per os tuū. iij. q. vij. §. Quod instatus. ideo petit sibi gratiā cōfitēdi qua repletus possit digne laudare dicēs. Repleat os meū laude. ¶ Subsequitur etiā postea multe preces quibus ecclesia obsecrat: orat: postulat: ⁊ gratias agit: ut ta doctrinā apostoli ad thimo. Obsecrat dū dicit. Domine auerte faciē tuā a me ꝛc. proprie autem obsecratio est q̄ cū adiuratione petitur vt cū dicitur. Per passionē tuā libera nos domine. Orat dum bona sibi dari petit: vt ibi. Cor mundū crea in me deus ⁊ spiritū rectū. Postulat dū a se mala sibi contraria remoueri petit vt ibi. Dignare dñe die isto sine peccō nos custodire. Gratias vero agit pro iam receptis: cū dicit. Benedic anima mea domino: de hoc etiam sub tit. de tertia dicetur. Potest etiā ⁊ aliter dici: quoniā oratio dominica cū sequentibus precibus: ⁊ cuz psalmo Miserere mei deus ſm magnā misericordiā tuā ideo dicuntur: quoniā sunt intra ecclesiā nostraz qui minima ⁊ qui maxima cōmittunt. Pro minima cōmittentibus ⁊ pro seipso sacerdos orat q̄ kyrieleyson ⁊ orationem dominicā dicit: in qua nemo se excusare potest nisi veraciter dicat. Dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittimꝰ debi. ꝛc. Pro maiora cōmittentibus ⁊ per penitentiam resurgentibꝰ dicitur psalmus. Miserere mei deus ſm magnā misericordiā tuā. qui proprie pertinet ad penitentes: prout dictū est sub tit. de laudibus matutinis: ⁊ viuet aīa mea ꝛc. q̄ aīa mortua fuit post mortale petrī. Errorē etiā suū exponit dicēs Erraui sicut ouis que perijt ꝛc. Medicinā querit vbi dicit. Quere seruū tuū dñe: q̄ mādata tua nō sum oblitus. i. parat⁹ sum adimplere. ¶ Rursus in his precibus ecclia orat p̄ peccatis: ⁊ presertim p quattuor orat. s. pro immūdicia remouēda: ⁊ pro mūdicia cōferēda: p̄ tristicia que est ex morsu cōscientie remouēda: ⁊ pro letitia cōferenda: pro quibus dicit quattuor particulas illius psalmi. Miserere mei deus ſm magnā misericordiā tuā. Pro immundicia remouenda dicit. Auerte faciē tuā a peccatis meis ⁊ omnes iniquitates meas dele: quasi dicat: noli ea eternaliter punire: sed q̄ posset esse q̄ homo non curaret ea deleri: ex quo in p̄senti non puniretur. ideo addidit. Et omnes iniquitates meas dele: pro mūdicia vero cōferenda dicit. Cor mundū crea in me deus. Sed q̄ etiam collata mūdicia homo eā sibi collatā ignorat: et adhuc p̄scientie morsu torquetur: ideo addidit. Ne proicias me a facie tua ⁊ spm̄ sanctū tuū ne auferas a me: deinde p̄ letitia p̄cerēda dicit. Redde mihi letitiā salutaris tui ⁊ spū principali ꝛc. Sz quidā adhuc restāt inimici: q̄ nos ad mala trahere nituntur qui sunt tres: scz caro mūdus ⁊ diabolus: idcirco cōtra inimicos ponit tres versiculos: scilicet Eripe me dñe ab omni malo: ⁊ alios duos sequentes. Inimicis vero repulsis iā laudare pōt. Unde dicit sic. Psalmū dicat nomini tuo altissime ꝛc. et q̄ omni tēpore laudādus est adiungit. Et reddā vota mea ꝛc. ⁊ etiā in omni loco adiūgit. Exaudi nos deus salutaris noster. Adhuc q̄ per passionē redēpti sumus ⁊ per eā nostra oratio accipit efficaciā: ideo reducimus ad memoriā que in passione dñi legimus ⁊ cātamus videlicet. Sanctus deꝰ: sanctus fortis: sctūs ⁊ immortalis. Inde hortamur animā nostrā ad benedicendū sibi propter beneficia nobis collata ibi. Benedic aīa mea dño ꝛc. Cōsequēter vero vt pura sit oratio: cōmunē facit cōfessionē per quā a venialibꝰ mūdamur sine quibꝰ cōis vita facile nō ducitur: ⁊ q̄ hominis cōfessio nil valet nisi interius p̄uertat: ideo subi ūgit Cōuerte nos deꝰ salutaris noster. ⁊ auerte irā tuā a nobis. Preterea q̄ i principio diei est: orat a peccato per diē liberari dicens. Dignare dñe die isto sine peccō nos custodire: sine quo vix pōt eē ad mo numētū humanitatis fragilitas. Et q̄ necesse est vt misericordia dei sequat sicut preuenit: idcirco addit. Fiat mia tua dñe super nos ꝛc. demū orat pro diuersis gradibꝰ ecclesie: ⁊ tādē cōcludit per psalmū. Miserere mei deus ſm magnā misericordiā tuā: postq̄ noster opifio solus orat p̄ oibꝰ in collecta. Dū aūt sacerdos orat seu p̄ces hmōi dicit in diebus p̄festis se ad terrā p̄sternit vt maiorē in se ⁊ alijs excitet deuotionē: sz finito psalmo. Miserere mei deꝰ: surgit ceteris p̄stratis manentibus ⁊ stans orationē dicit: qm̄ vicē gerit illi⁹ sacerdotis qui in celo est: ⁊ qui pro nobis quotidie interpellat. Primo ergo tacēdo cū ceteris erat sicut ⁊ dominus cuius vicarius est priusq̄ resurgeret cū peccatoribus conuersatus ⁊ in cruce p̄stratus est postea stando orationē dicit: vt illius resurrectionē recolat cui⁹ vicem gerit. In quibus dā tamen ecclesijs omnes illo surgente surgūt: in quo significāt se spem recepisse a peccatis resurgēdi. ¶ Et nota q̄ sola ecclesie vnitas adorando in facie cadit. In p̄festis ergo diebus q̄nq̄ p̄strati oramus in quo octo significantur. Primū infirmitas corporalis: q̄ de puluere sumpti sum⁹. Secūdū infirmitas animi: q̄ per nos erigimur. Tertiū est erubescentia: q̄ nō audemus oculos in celū leuare. Quartū prudētia: q̄ videmus quo cadim⁹ id est in terrenis affligimur. Quintū vt cordis cōtritionē significemus. Sextū q̄ christum adorantes eum ad terrā descendisse: ⁊ carnē de terra credimus induisse: ⁊ hoc etiā quidā figurant: qui volentes sibi signū crucis imprimere prius inclinati terrā manu tangūt. Septimū q̄ reducimꝰ ad memoriā hz in paradiso angelici creati fuerimus: corpora tm̄ nostra propter lapsum nostrū inter aīalia bruta iacere ⁊ animā corpali mole grauari. Octauum vt ipso actu p̄fiteamur nos esse peccatores ⁊ terrenis: desideriis inherere: ventrē terre ⁊ animā pauimēto infigim⁹: ⁊ hoc est introductū ab Adam hā: qui cadens in terrā dñm adorauit quem pro-

In p̄cibus orat ecclesia inſertim p̄ quattuor.

Hominis confessio nil valet nisi interi⁹ cōuertatur.

Sancti pphete q̃ angustius aliq̃d cõtemplabãtur i facies suas cadebãt.

pphete imitati fuerũt. Ãn & Origenes in homilia illius euãgelij. Erãt ioseph & maria mirãtes super his &c. ita dicit. Sancti pphete quãdo angustius aliquid cõtemplabãtur cadebãt in facies suas: vt peccata per ruinã corporis plenius purgarentur. Quãdoq; etiã in priuatis orationib⁹ genua flecti mus: vt Salomon & Apostolus dicẽs. Flecto genua mea ad patrẽ dñm nostrũ. extra de immunit. eccl. decet. vt per hoc omne genu xpo flecti innuamus: sed tunc nõ prostrati: sed facie erecti stamus quasi ipo actu dicẽtes: trahe me post te. ¶ Quid dicere debem⁹ dum genua flectim⁹ in sexta parte sub titulo de paschа dicẽt: & quãdoq; stamus quasi letantes q̃ in domũ dñi ibimus. In primo quidem modo exprimimus cõditionẽ nostrã: in secõdo desiderium: in tertio spem. In dieb⁹ vero dominicis & in paschalibus genu flexio nõ fit: nec dicitur per horas kyrieleison. nec oratio dominica: sed stãtes oramus propter letitiã resurrectionis quã nunc recolimus: de quo in sequẽti parte sub festo pasche dicẽt: nec in diebus pentheco. quibus recolim⁹ libertatẽ per aduẽtũ spiritussancti nobis datã: nec in aliis festiuis diebus propter letitiã ipsarũ festiuitatum: in quibus recolim⁹ sanctã societatẽ angelorũ & sanctorũ que iam est in letitia sempiterna nisi pro pñtia corporis & sanguinis xp̃i. In his tamẽ diebus stantes capite inclinato orare debemus: sicut & deuote mulieres ad monumentũ fecerunt: & tunc etiã hmõi flebiles preces vite presentis dimittim⁹: ad notãdũ q̃ in futura resurrectiõe vbi erit vera libertas & vera societas nulla pcatio exercebit pro miserijs: de hoc dicẽt in. vj. parte sub titt. de sabbato post pẽthecosten. In quibusdã tñ ecclesijs in oibus officijs dr̃ dñica oratio: lz stãdo nã illa est sal & condimentũ sacrificij: & sicut in veteri testamẽto nullũ sacrificiũ sine sale fiebat: ita & nullũ officiũ nostrũ sine illa fieri debere videt. De hoc etiã dictũ est in prohemio huj⁹ partis. ¶ Sane preces hmõi mystice humilitatẽ significãt. Aut subpletorio dicẽt: versũ ad ouẽtẽ illas dicim⁹. De quo dictũ est in prohemio huius partis. Ultimo subijcitur oratio quã salutatio scz Dñs vobiscũ. precedit: & etiã sequit: qr sicut dñs post̃q̃ resurrexit salutauit apostolos dicens. Pax vobis. & postea locutus est eis: & post locutionẽ iterum dixit. Pax vobis. ita & presbyter eius vicari⁹ post̃q̃ surrexit ab accubitu salutat fratres dicens. Dñs vobiscum. & pro eis orat: & post orationẽ iterũ dixit. Dñs vobiscũ. quasi dicat. Si gratiã dei impetrastis in illa pseuerate: & iterũ ppl's dicit. Et cũ spiritu tuo. Ac si dicat. Oraste pro nobis: & nos pro te oramus. de hoc dictũ est in quarta parte sub tit. de salutatione ad populũ. Nouissime dr̃. Bñdicam⁹. De quo dictũ est in phemio huj⁹ partis. Post̃q̃ ẽo ecclesia direxit orationes ad dominũ: implorat orationes sanctorũ dicẽs. Preciosa in cõspectu &c. qđ nõ est de prima: inde est qđ quidã dicunt illud post matutinas laudes. Etiã quidã interponunt inter primã & Preciosa: primã de beata virgine: et quidã missam animarũ: & quidã de religiosis hoc in capitulo dicũt. Aliqui tñ dicunt esse de prima: ẽm ea que dicta sunt prohemio vbi agit de lectione cõtinuãtes illud cũ prima: deinde sacerdos ad honorẽ trinitatis orat generaliter pro se & pro omnibus dicẽs ter Deus in adiutoriũ &c. vel dicitur ter: vt petat auxiliũ contra insidias diaboli carnis & mũdi: vel in honorẽ trinitatis. Et ideo subijcit. Gloria patri &c. Nec post gloria patri sequit alleluya: pro eo q̃ locus in quo hec dici cõsueuerunt puta capitulũ: sacer nõ est. Sicut enim sacer loc⁹ significat illam hierusalẽ in qua vox illa angelica. s. Alleluya audit̃r: ita locus ille nõ sacer peregrinationẽ nostrã representat in qua peccauimus: deinde qr dum in hac vita sumus peccamus: ideo subiungim⁹ kyrieleison. & Pater noster & postea. Respice dñe in seruos tuos &c. vbi dicit. Et dirige filios eorũ. Filij nostri sunt cogitationes que de mẽte nostra nascũtur: quas ad opera domini implẽda rogat dirigi per opera exteriora: que inter⁹ a cogitationibus procedũt. Sed quia oia ad vnum tendunt: ideo postea dicit opus singulariter cũ dicit. Et opus manuũ nostrarũ dirige. Et iterũ opitio siue pastor pro omnib⁹ oibus orat generaliter dicẽs. Dirigere dignare dñe &c. Oratiõe vero seruitiũ cõcluditur: vt diuina gratia que actiones nostras precedit etiam ipsas subsequatur.

Filij nri cogitationes sũt que de mente nra nascuntur.

¶ De tertia. Rubrica.



Hora tertia deo laudes exolutim⁹ qñ in illa ẽm Marcum Jesus linguis iudeor̃ morti adiudicatus est: et a pylato ad columnã ligatus: & flagellatus fuit. Merito ergo hora illa oramus: vt sicut spiritu ssantus ab Adã per diaboli suggestionem separatus est: ita per xp̃i crucifixionẽ dignet eadẽ hora spiritussanct⁹ in cordibus nostris infundi. In hac etiã hora repromissus spiritussanctus datus est apostolis: & visibiliter dei magnalia loq̃bãtur. Ãn in actib⁹ apostolorũ. Nõ sunt isti hebrei cũ sit hora tertia diei propter qđ dr̃ hymn⁹. Nunc sancte nobis spũs &c. Dicit etiã psalmus. Legem pone mihi dñe. qr tũc lex noua data est apostolis: Quia vero homo per legẽ dei a morbo peccati sanatur: iuxta illud Sapiẽtie. Nec herba nec malagma sanabat eos: sed tuus sermo dñe &c. ideo in q̃busdã ecclesijs capitulũ illud dicit. Sana me dñe &c. Hieremie. xvij. ca. Et responsoriũ. Sana animã meã &c. & quãdoq; illud dicit. Charitas dei diffusa est. Romañ. v. capit. & quãdoq; illud. Obsecro vos fratres per misericordiã dei. Romañ. xij. capi. ¶ Rursus quia nõ potest sanari nisi cõsecretur: ideo sequit versus. Adiutor meus esto &c. quasi dicat. Cuius liber & sanus in via tua sim cõstitutus: tamen nõ sufficio sine tuo adiutorio peruenire ad illã meridiẽ: de qua dicit. Indica mihi vbi pascas vbi cubas: in meridie. vnde dicit. Adiutor meus esto dñe: & subiũgitur. Nec derelinquas me: id est inceptũ meũ ne intermittas: qr sine te nihil est conatus meus: neq; despicias me: id est ne cõtẽnas q̃ ego mortalis: te eternũ audeo querere: quia tu es deus meus qui me creasti & recreasti: salutaris meus: id est qui sanas plagã peccati mei. Deinde oẽs ad orationẽ prosternunt: & psequit sacerdos

modum orationis quem apostolus docet dicens. Primo omniū fiant obsecrationes: orationes: postulationes: ⁊ gratiarū actiones pro oībus: ⁊ pro his qui in sublimitate sunt. Obsecratio fit cū adiuratione pro malo remouendo. Oratio pro bono ipetrādo vl̄ p malo supando. Postulatio p bono adipiscendo siue cumulando. Gratiarū actio pro bono iam collato cōseruando. Obsecratio est ibi. Ego dixi dñe ⁊c. vbi petit vulnera sanari ⁊ medicinam dari. Oratio ibi. Fiat misericordia tua domine. vel ibi. Ostende nobis domine. Postulatio ibi. Conuertere dñe vsq̄quo vbi postulamus vt per domini auxilium omnia nobis aduersa remoueātur. Gratiarū actio ibi. Sacerdotes tui induātur ⁊c. ⁊ hoc pro nobis oībus. Item orat pro regibus: ⁊ pro his qui sunt in sublimitate dicens. Saluum fac regem: ⁊ oremꝰ pro pōtifice nostro: ⁊ pro omnibus viuis dicēs. Saluū fac populum tuum domine ⁊c. ⁊ pro defunctis dicēs. Oremus pro fidelibus defunctis. Sequitur etiam. Miserere mei deus. pro his qui sunt in grauioribus peccatis: sicut precessit dominica oratio pro his qui sūt in quotidianis. Post hoc surgit opilio siue sacerdos ⁊ omnibus prostratis manentibus orat pro vniuersis: de quo dictum est sub prima.

Obsecratio Oratio Postulatio Gratiarū actio.

¶ De sexta. Rubrica.

Hora sexta pro nobis crucifixus ⁊ clauis confixus est christus: quare tenebre super omnem terrā facte sunt: vt sol in morte dñi sui lugens se quasi nigris tegeret vestibus ne illum crucifigentibus lumen preberet. Hac ertiā hora in die ascēsionis cum discipulis discubuit. Merito ego ecclesia illa hora deo laudes exhibet gratias ei agens: quia pro ipsa tps pati voluit: propter qđ ipsum diligit vehementer. Vñ in canticis. Nūciate dilecto: qꝛ amore langueo. ⁊ ob hoc tunc dicit psalmus. Defecit in salutari tuo aīa mea ⁊c. Dicit ertiā responsoriū. Benedicā dñm in omni tēpore semper laus eius in ore meo supple: qꝛ dignatꝰ est pati pro me: id est pro salute anime mee. Hac etiam hora Adam de paradiso electus est. Recte ergo illa hora deū deprecari debemus: vt vñ ille propter superbiā electus est illuc per humilitatē: ⁊ bonam operationē redeamus. Sane officiū sexte statui tē potis respondet: sicut ⁊ officia aliarū horarū. In prima nāq̄ hora est inchoatio. In tertia pfectus In sexta cōsummatio: scōm qđ sol in prima incipit lucere: in tertia magis calet: in sexta in summo fervore: qđ indicant verba hymnoriū que in ipsis horis: ⁊ ertiā in nona premittuntur. Inchoationi respondet verba que dicuntur ad primā in psalmo Deus in nomine tuo saluū me fac: ⁊ in ꝑtute tua libera me. i. separa me a zizaniis. In principio nāq̄ nostre conuersionis incipimus a malo separari: vnde ibi merito petimus qui tandē loco ⁊ premio separati sumus. Ad idē ptinet qđ dicat sexus psalmus. Vtinā dirigantur vie mee: ⁊ qđ dicit tertius psalmus. Retribue seruo tuo: qđ exponitur. i. frequenter tribue, ⁊ vbi dicit viuifica me ⁊c. supplendum est qui premortuus erat per peccatum vnde petit per gratiā iustificari. Ad profectū ptinet qđ dicit in principio tertie. Legem pone mihi domine viā iustificationū tuarū: ⁊ exquirā eam semper Sibi em̄ posito in via petit dari legē correctionis. Ad cōsummationē pertinet quod dicit in principio sexte. Defecit in salutari tuo anima mea. i. aīa mea posita i salutari tuo defecit a terrenitate: vel defecit in salutari tuo. i. anima mea tēdēs i salutare tuū defecit i terrenitate: quāto em̄ quis magis tendit in dilectionē dei: tanto magis deficit a terrenis: ⁊ quasi pre nimio desiderio languet. iuxta illud. Fulcite me floribus stipate me malis: qꝛ amore langueo. Per flores quidē initia bonorum operum: per mala pfectio accipitur: que etiam alios accendens quodammodo consolatur: nō tamen hic plenam recipit cōsolationē: sed potius affligit ex dilectione. vnde sequitur. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: ⁊ in verbum tuum superspera ui. Et in sexta parte. Quomodo dilexi legem tuā domine. Et in tertia. Oculi mei defecerunt in salutari tuo aīa mea: quoniā exaudisti ⁊c. Ad hanc pfectionem pertinet responsoriū Benedicā dñm et versiculus Dñs regit. Nā sicut hȝ alia trāslatio. Dominus pascit me nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit. i. dominus est pastor meus in quo sum totus ⁊ sufficiens. vnde sequitur. Et nihil mihi deerit: spiritualem em̄ substantiā credit a deo sibi conferandam quia tam scit esse collocatum in loco pascue vbi fideles in fide plenius corroborantur. vnde dicit. Ibi me collocauit. Quem enim dominus pascit in aduentu spiritussancti eū dē regit. i. in bonis operibꝰ facit eū delectari: ⁊ per rectum iter ducit ad tutissimam ciuitatē hierusalē Sali nihil deest: teste apostolo qui dicat. Omnia in eo possum qui me cfortat. Dicitur autē quādoq̄ ca. illud. Alter alteriꝰ onera portate. Gal. vj. Vñ q̄ illud nolite cōformari huic seculo. Roma. xij. c.

¶ De nona. Rubrica.

Hora nona christus clamās emisit spiritum: mori enim voluit pro homine illa hora in qua homo de paradiso expulsus est. ⁊ in eadem hora p mulierem ⁊ lignum redemit quos per mulierem ⁊ lignum deceperat hostis. Ars vt artem falleret ⁊ medelam ferret inde hostis vnde lesserat. In eadem quoq̄ hora miles latus christi aperuit et quo duo nostre saluationis sacramenta scilicet aquam baptismi ⁊ sanguinem nostre redemptionis nobis eduxit: ⁊ velum templi scissum est: ⁊ monumenta aperta sunt. Eadem hora inferna penetrans inextricabiles tartari tenebras confringens seraq̄ eius comminuens captiuitatem sanctorū secum transuexit ad celos. igneaq̄ rumphea submota antiquum incolam in paradiso restituit eadem etiam hora cetus apostolorum ad orandum conuenire consuecuit et petrus et ioannes ascendebant in templum causa orationis. Petrus quoq̄ eadem hora ascendit in cenaculum oraturus quando raptus est in extasim: et linteolum plenum reptilibus de celo ante se dimitti vidit audiens. Petre macta et manduca. Ec-

Eccli deū laudat hora nona pp multas pro gatiuas.

vito igitur ꝓpter has ꝓrogatiuas hac hora deū laudat ecclesia dicēs psalmū Mirabilia ꝛc. ꝛ rñsorū Redime me dñe: orās ꝑ sua redēptione: ne oblita esse videatur q̄ tali hora redēpta est. Illud aūt cōsiderādū est q̄ in hora nona tā sol declinat a centro status ergo tēporis innuit statū virtutū: innuit enim feruorē virtutū in quo animus puus erat propter tentationes esse tepefactū. Hā vt ait beatus Greg. Vitia nos tentāt: virtutes nos humiliant. Cum enim vir perfectus tentatur ab alti tudine intimi gaudij descēdit ad cōsiderādū suā fragilitatē: ꝛ ad videndū q̄s facilis sit ad casum: vt patet in apostolo qui dicebat. Ne magnitudo reuelationū extollat me ꝛc. Gaudebat enim paul⁹ de reuelatione: dolebat de tentatione. vnde ipse dicit. Propter qđ dñm ter rogaui ꝛc. Nisi em̄ sibi molesta esset tentatio nō rogaret vt tolleret. Non est tñ sublata: q̄ per infirmitatē virt⁹ cui gaudiū debet perficit. Has tribulationes ꝛ angustias notāt aliqui versus psalmorū none: vt in prima parte. Tribulatio ꝛ angustia ꝛc. Et in secūda. Multi qui persequunt. Et in tertia. Errauit ꝛc. Ab eisdē petimus liberari in rñsorio. Redime me. i. fac vt effectū redēptionis tue que facta est i sanguine tuo sentiā in tribulationibus meis: hoc idē est in versu. Ab occultis meis mūda me. i. repelle a me mala cogitationē: ꝛ cōpesce suasiōē ꝑm Aug. Et nota q̄ respōsoria dñicalia in tribus horis scz tertia: sexta ꝛ nona cōuenienter respōdent responsoriis ferialibus. Hā in responsorio ferali ad tertiā scz. Sana animā meā ꝛc. petitur sanitas vulnerū que preterita peccata fecerūt ꝛ in respōsorio dominicali. Inclina cor meū ꝛc. ꝛ in versu. Auerte oculos ꝛc. petitur cautela de futuris: quod fit in impletione diuinorū mandatorū. Itē in ferali respōsorio sexte. Benedicā dñm ꝛc. fit lugis diuine laudis ꝑmissio. In dñicali responsorio. In eternū dñe ꝛc. fit promissionis impletio: ibi em̄ ꝑmittit se laudaturū ꝛ hic laudat. In responsorio vero ferali none. Redime me dñe ꝛc. petitur redēptionis effect⁹ quo fit vtvis mētis. i. amor sit direct⁹ ad deū. ꝛ in respōsorio dñicali. Clamauit ꝛc. promittit effectus pedis. i. amoris scz clamor ad deū ex amore: est em̄ clamor cordis. In pluribus tñ ecclesijs sunt eadē tā in ferialib⁹ q̄s in dñicalib⁹. ¶ Et est notāndū q̄ versus qui dicunt in tertia in sexta ꝛ in nona: neuma habēt: ad designādū q̄ in nulla hora exprimere valemus gaudiū ꝛ brauiū sempiternū. Capitulum quandoq̄ dicitur. Omnia probate. Thessal. v. c. ꝛ quandoq̄. Sicut in vno corpore multa mēbra habemus. Roma. xij. c.

Status tēporis innuit statum virtutū.

¶ De vesperis. Rubrica.

Hora vespertina significat ecclesia primū aduentū dñi: qui fuit. Vergente mūdi vespere: id est vltima etate de quo psallens reddit grattas deo. iuxta illud apostoli. Nos sum⁹ in quoe fines seculorū deuenerūt. de pen. dist. iij. si em̄. in fine. Preterea christus in vespere de cruce depositus fuit eadē quoq̄ hora in cena sacramentū corporis ꝛ sanguinis instituit: pedes discipulorū lauit: discipulis euntibus in emaus in habitu peregrini in fractione panis se manifestauit. Merito ergo ecclesia catholica christo i hac hora gratias agit. Est tñ duplex mūdi vespera: qut i sexta parte sub epiphania dicet. Sane vt ait Sichard⁹ episcopus cremonen. in mitrali: officiū diei sequētis icipit in vesperis: q̄ vespertina sinaxis. i. hora primū est officiū ꝑm Esdre cōsuetudinē in quaternario numero: prout dictū est in prohemio hui⁹ partis. Unde vespertinū officiū a vespere stella nominat: que in principio noctis oritur. Preterea ly ab initio mūdi dies precederet noctē: in nocte tñ dñice resurrectiōis nox cepit precedere diē: vt dicetur in sexta parte sub sabbato sancto in principio. Dicit aūt ecclesia in hac hora quinq̄ psalmos. Primo propter quinq̄ xp̄i vulnera: qui pro nobis obtulit sacrificiū in vespera mūdi. Secūdo ad correctionē: vt vez defleamus ꝛ petamus veniā peccatoꝝ: que in die per quinq̄ sensus corporis cōmittunt: ꝛ ad nos intrāt iuxta illud Hiere. Mors intrauit per fenestras nostras. Quis enim est qui visu nō capiatur? Tertio per ipsos quinq̄ psalmos munit se ecclesia cōtra nocturnales tribulationes Hec enim hora insinuat fletū eorū quibus occidit sol iustitie: ꝛ ita sunt in vespera: de quo dictū est. Ad vesperā demorabit fletus: qui durabit vsq̄ ad matutinū. i. quousq̄ sol fidelib⁹ oriatur: qui occiderat peccatorib⁹ ꝑm qđ legit: ꝛ ad matutinū letitia: ꝛ ꝓpter easdem etiā causas pectus quinq̄ digitis tundimus. Rursus seculares dicūt quinq̄ psalmos: religiosi vero quattuor: propter rationē tāgendā in sexta parte sub titulo de aduentu. Et nota q̄ vespertinū ꝛ matutinū officiū ceteris horis in numero psalmorū preferantur: eo q̄ in senaria operū distinctione: vespere ꝛ mane solūmodo memorant. ꝛ in veteri lege matutini ꝛ vespertini officij antiquitas cōmēdatur. Quinq̄ ergo psalmi in vespertinis hebdomade officijs dicuntur, ꝛ cātant psalmi ꝑm materiā diei: vt ecce in septima die: scz in sabbato ꝓpter resurrectionē que sequit agimus de victoria ꝛ laude dei: qui sequit victoriā. Unde in primo psalmo scz. Bñdictus dñs. ad litterā agitur de victoria dauid ꝑa goliā: quārū vero ad spūalē sensum de victoria nostra: q̄ diabolū superam⁹: q̄ ergo post victoriam nil restat nisi laudare dñm: per quē victoriā habemus: ideo sequunt quattuor psalmi qui sunt de laude. In primo enim laudē promittit ecclesia: exaltabo te. In secūdo scipsam incitat. Lauda anima mea dñm. In tertio alios inuitat. Laudate dñm. In quarto cōgratulatur celesti hierusalē dicens. Lauda hierusalem dñm ꝛc. ꝛ sic de alijs feriis ꝛ psalmis. In quibusdā ecclesijs statim post psalmos sequitur hymnus: ꝛ post hymnū lectio siue capitulū. In quibusdā ecōuerso: ꝛ in quibusdā hymnū nō cantāt. Qui post psalmos immediate hymnū cātāt cōgruū ordinē seruare videnť: qm̄ primo est in corde dilectio q̄ per antiphonā designat: deinde sequit bona operatio quā psalmus designat: post ea mētis exultatio: que per hymnū notatur. Sed q̄ exultatio sepe negligētia patit: idcirco sequitle

Ecclesia quot psalmos dicat in hac hora.

n iij

ctio seu capitulū: q̄ hominē ad cor reuocat. Qui vero lectionē hymno preponūt: volūt hymnū loco rōsoriī obtineri. Unde cū in festiuitatib⁹ respōsoriū post lectionē cantant hymnū pretermittūt.

¶ Ad maiorē tñ exultationem notandū est q̄ in quibusdā ecclesijs vtrūq; cantatur: & tūc respōsorijs precedit hymnū. ad notandū q̄ tunc maxime respondere debemus exhortationi per precedens capitulū facte: post quod statim sequit respōsoriū Tamē generale est q̄ q̄cūq; cantāt responsoriū precedere debet lectio cui respondere debet. Qui vero hymnū nō cantāt illud attendere videntur: q̄ cāticū beate Marie sequitur. qđ excludit respōsoriū: cuius locū tenet hymnus. Nā si canticū zacharie in laudibus matutinis excludit respōsoriū multomagis canticū beate Marie virginis excludere debere videt: in vesperis. & nota q̄ ad vesperas dicitur Capitulū Benedictus deus & pater ij. ad Corin. j. & illud Dñs aūt dirigat. ij. ad Thessal. iij. ¶ Post hymnū sequitur versiculus: vcz in sabbato. Uespertina oratio &c. In alijs dieb⁹. Dirigatur dñe. & vtroq; versus vespertinū tps designat: in quo cantatur: quod sonāt verba illa que in psalmo sequūtur scilicet. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. Optat enim vt oratio dirigatur ad dñm quod de veteri testamēto tractū est: vbi habetur q̄ hora vespertina sacerdos intrabat sanctū tabernaculū vel templū: vt offerret thimiama super altare incensi: sicut mane intrabat vt offerret incēsum. Hoc thimiama significat suauitatem odoris. Hinc hz cōsuetudo vt dum dicit versiculus sacerdos thurificet altare ad implēdū iuge sacrificiū: sic em̄ fiebat i lege in qua duo agni offerebant: vnus mane & alter sero & hic pinguior ad notandū q̄ charitas crescit: ideo ergo thurificat: vt simus semper bonus odor deo proficiēdo in scientia & doctrina: & etiā quia propter promissiones dei debem⁹ tales esse: vt simus ei boni odoris: vel ideo in vesperis & matutinis post psalmos & lectionem: dum versus: dicit incensatur: ad notandum q̄ nemo potest bonū odorē deo reddere: vel bonum exemplū operandi alijs dare: quod p incensum significat nisi prius in dei seruitio operetur: quod per psalmos & alios docear: quod per lectionē notatur. Unde mos inoleuit quod in preciputs festiuitatibus antiphona ad Magnificat. & Benedictus. ter dicit: siue totiens canēdo protelatur. donec cois ppls qui interest incēsi repleat odore: & vltimo dicitur cum neuma: voce quidem nō significatiua: prout dictū est in prohemio huius partis. Sacerdos autē qui maior est in ecclesia officio: vt qui vicem tenet Aaron debet incensum offerre: vt sit thimiama sempiternū coram domino & suaue fragrans odor. iuxta illud. Dirigatur domine ad te oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. de hoc dictum est sub laudibus matutinis. Dicitur ergo in vesperis versiculus exhortatiōis scz vt excitet pigros ad intelligēdum promissa dei que continentur in cantico illo beate marie Magnificat aia mea dñm &c. qđ est Luc. j. c. Prima promissio facta fuit Noe. vnde in Gen. Ponā arcum

Nemo pōt bonū odorem deo reddere nisi prius i dei seruitio operetur

meum in nubibus cēli: & hec impleta est. Secūda Abrahe & Dauid. Abrahe dictum est. In semine tuo benedicentur oēs gentes. Dauid dictum est. De fructu ventris tui ponā super sedē tuā: & hec impleta est in btā virgine: qđ notat in cāntico suo ibi. Recordatus misericordie sue: & per hoc ergo certi sumus q̄ dabit nobis vltimā: scilicet paradisum: ideo aūt cantic̄ ipsum quotidie dicit: vt frequentior dñice incarnationis memoria animas fidelium in opere dei & in doctrina se exercentium ad deuotionē operis incepti accendat. Cū em̄ in cātico ipso notent cogitationes: sicut in psalmo. Opera si diligēter beate Marie actus & dicta sepe recolimus obseruātia castitatis: & virtus operationis semper ad ipsius operationis imitationē perseuerabūt in nobis. Hec etiā nos mouebit fauor humanus indebitus: nō tēporaliū immoderatus appetitus: nō tēporalis affectio: nō de impetrāda cōmissorū venia desperatio. Hēpe nō nos mouebit indebitus fauor humanus: qn cū beata virgo cōmendaretur a beata Elizabeth dicente. Unde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me &c. non ipsa mota fuit humano fauore: sed seruās humilitatē clamauit. Magnificat anima mea dñm. & tā dē adiecit. Quia respexit humilitatē ancille sue. Et nota q̄ dicit respexit humilitatē & nō dixit respexit virginitatē: innuens mentis virginitatē prevalere corporis integritati. Iterū ideo dicit humilitatē: qn deus superbis resistit: eosq; a beatorum sorte secernens per varia penarū loca pro peccatorū impietate dispergit. Non nos mouebit immoderatus tēporaliū appetitus: qn sicut ipse dixit iudex noster diuites dimisit inanes: & deposuit potētes de sede. Non tēporalis afflictio nos mouebit: qn deus exaltat humiles. In hoc em̄ cantico exēplo humilitatis eius reformamur & filij dei incarnatio per quē depositi potentes de sede & exaltati humiles ad memoriā reducitur: vt fidei nostre deuotio excitetur. Non desperatio de cōmissorum impetrāda venia: qn misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Beda dicit q̄ inde inoleuit consuetudo: vt in officio vespertino cantetur canticum beate Marie virginis & potius in vespertino q̄s in alijs officijs. Primo qn in ipsa vespera mūdi suo singulari assensu mūdo succurrit perdito. Secūdo qn per hoc fit incarnationis i vespera mūdi sacre iugis recordatio. Tertio qn ipsa est stella maris: q̄ in hui⁹ mūdi vespere nobis lucere cepit: sicut vespa stella: de qua dr vespertinū officiū in initio noctis lucere icipit. Quarto vt mēsa per diē varijs fatigata cogitationib⁹ iminēte q̄etis scz noctis tēpe recolēdo dicta dei genitricis q̄cqd superfluū vel nociuū diuturna euagatio ptraxerit totū hoc pcib⁹ & lachrymis ea itercedēte mūdet. Quinto qn ꝓgo portauit dñm i vespa mūdi.

¶ Aursus canit i sexta laude: qn dñs in sexta etate venit: sicut cāticū symeonis in septima ꝓpter septimā etatē quiescētiū: put tactū est sub laudib⁹ matutinis. Ceterū hoc cāticū est exultatio laborātiū quoꝝ spūs exultat i dño: qn fecit eis magna q̄ potēs ē: cui⁹ mia est i secula. Ob hāc exultationē

Mētis virginitas corporis integritati preualet.

repreſentandā lāpades accēdūtur in veſperis: vel pro hoc cātico principaliter accenduntur: eo q̄ de euāgelio eſt: vel nos de numero adoleſcentularū et quinq̄ prudentium curramus cū lampadib⁹ bonorum operum in odorē vnguentoꝝ beate virginis intrantes cū ea in gaudiū dñi nostri: q̄ opera noſtra nō ſunt in lampadib⁹ radiātia: niſi fuerint charitate informata: ideo canticū claudit ab antiphona per quā charitas deſignatur. ¶ Recātata antiphona in profeſtis diebus proſternit ſe eccleſia in oratione prolixius orans q̄ſ in aliis offic̄ijs: q̄ ſpāliter orat p̄ his quib⁹ occidit ſol iuſtitie: licet et pro aliis oret ⁊ faciat ea que dicta ſunt ſupertus ſub tit. de tertia vbi de precibus agitur. ¶ In ſolennibus vero dieb⁹ ſtatim ꝺ̄r collecta: et quaſi ſtantes oramus. De quo et in quibus officium veſpertinū cū hora prima conueniat ibi etiā dictum eſt. ¶ Mortuoꝝ officiū incipit a veſperis non tamē habet ſecūdas veſperas: ad notandum q̄ hoc officiū finem habebit q̄n aīe ſaluandorum ab omni pena liberate. eterna beatitudine fruent. Sed ſancti de quoꝝ glorificatione in aīa iam certa eſt eccleſia primas ⁊ ſecūdas veſperas habēt: ſi in feſto eoꝝ nouem lectiones dicātur. Primas eñ habent p̄ glorificatione anime iam percepta. Secūdas pro glorificatione corporis quam habebunt: que nunq̄ finē habebit. Si vero habent tres lectiones primas veſperas habēt tantummodo non q̄ ⁊ ipſi duplicē ſtolam habituri non ſint: cū hoc omnibus electis conueniat: ſed eccleſia ad oſtendendū differentiā premiorum illis ⁊ iſtis debitorū magis ſolēnizat pro illis de quorū maioribus meritis ſibi per miracula vel per alia documēta conſtat: q̄uis ad plenū certa eſſe nō poſſit. Nā et ſtella differt in claritate a ſtella: vnde Auguſtinus ait in ſermone de beato Stephano. Cū preciosa ſit mors ſanctoꝝ ſi quid diſtare inter martyres poteſt: precipuus eſſe videt qui primus eſt aliquādo tñ in veſperis precedentibus ꝺ̄r ſolūmodo antiphona ⁊ collecta de feſto ſequenti: prout dicet ſub vigilia natalis. ¶ Poſtremo notandum eſt q̄ religioſi ante cōpletorium premittūt collationem que a ſanctis patribus originem traxit: qui dictis veſperis cōuenire: ⁊ de ſcripturis ſacris cōferre ſolebant ad inſtar operantoꝝ ad recreationē adinuicem confabulantium: ideoq̄ tunc vitas vel collationes patrū et his ſimilia que potius ſunt ad recreationē ⁊ delectationem legunt: ⁊ eruditiores ſi dubium occurrerit interrogant.

Mortuo rū offi- ciū incī- pit a ve- peris.

¶ De completorio. Rubrica.

A hora completorij ip̄s orauit ad patrem. Eadē quoq̄ hora ſanguineas guttas ſudauit: ⁊ etiā corpus eius in ſepulchro poſitū fuit: ⁊ cuſtodes deputati. Merito igit̄ in hac hora eccleſia deo laudes ⁊ gratias agit. Illā etiam in memoriā eterni gaudij celebrat. Nā cōpleto electorū numero in illa hora cōplebitur gaudiū ſanctorum in die generalis tribulationis: ⁊ inde eſt q̄ completoriū ſignificat gaudiū. Dicitur aūt cōpletoriū: q̄ in eo cōpletur cōis vſus locutionis ubi ⁊ potus ⁊ aliorum que neceſſario pro corporis ſuſtentatione ſumuntur: ⁊ ſm hoc etiā ſignificat finem vite preſentis. Sane hoc officium incipit preter morē aliorum officioꝝ. Cōuerte nos deus ꝛc. quia ei quaſi tota die pſalmodie inſiſtimus ⁊ pene impoſſibile eſt quin aliquē puluerē ſuperbie cōtraxerimus: et quia ſepe erramus iuxta illud. Errauit ſicut ouis q̄ perijt: inde eſt q̄ nos humiliātes dicimus Cōuerte nos deus ꝛc. Preterea quilibet quātūlibet perfectus et bonus eſtimare ſe debet ip̄erfectū ſiue inſipientem. Iuxta illud. Juſtus accuſator ſui eſt: ideo dicit ſacerdos Conuerte nos ꝛc. et in his verbis iudicans ſe peruerſum. Bonarū quippe mentium eſt ibi culpam agnoſcere vbi culpa nō eſt. v. diſtin. ad eius. de peni. diſt. ij. ſi enim in prin. Nam et ſi dixerimus q̄ peccatū nō habemus ipſi nos ſeducimus. Hinc eſt q̄ etiā cōſequēter inuocamus diuinum adiutorium dicentes. Deus in adiutoriū meū intende: vt cōuerte nos referatur ad preterita mala tollenda: ⁊ Deus in adiutorium ad bona opera futura faciēda: q̄ ſine dei adiutorio quicq̄ boni facere non valemus. Quia vero totū ad laudem trinitatis faciendū eſt: ideo ſequitur Gloria patri. Rurſus incipientes per Cōuerte nos deus ſalutaris noſter: oramus vt nos a malis cōuertat et iram ſuā a nobis auertat: ⁊ quia merita noſtra non ſufficiunt eius adiutorium poſtulamus dicētes Deus in adiutorium ꝛc. Dicuntur aūt quatuor pſalmi ad obtinendam remiſſionem peccatorum que cōmittimus dum ſumus in hoc corpore ex quatuor elementis et ex quatuor humorib⁹ vel cōplexionibus cōpoſito extra de cele. miſſa. i quadam. ſeu quia corpus ipſum ex his cōpoſitum cōtra pericula et fantaſmata noctis munimus: ⁊ deo cōmendamus: ideoq̄ tunc dicitur In man⁹ tuas domine ꝛc. Et Cuſtodi nos ꝛc. ⁊ incipit eccleſia a voce perfectionis dicēs Cum inuocarē exaudiuit me ꝛc. hoc enim perfectorum eſt. Sed quia perfecti ſe debēt reputare imperfectos: extra de pur. ca. accepimus. de peni. di. ij. ſi enim: prope prin. iuxta illud Job. Etiam ſi ſimplex fuero hoc ignorat aīa mea: ideo ſequitur in eodē pſalmo Miſerere mei ſupple dñe: ⁊ exaudi orationem meā: q̄ eſt dicere imperfectorum. Poſtea aliis admonitis ad bonū facit in eodem pſalmo mentionez de pace eterna: ibi. In pace in idipſum. i. que eſt inuariabilis: quā pacem ſemper in memoria habere debemus. ⁊ maxime dū corpus quieſcere debet in lecto: mens debet quieſcere in deo: debet etiā quieſcere in ſpe. vñ ſequitur ſecūdus pſalmus. In te dñe ſperaui ꝛc. Sed quia ſpes non eſt ſine timore aliter eñ preſumptio eſſet: ideo ſequitur tertius pſalmus de tētatione. ſ. qui habitat in adiutorio altiſſimi ꝛc. in quo deus promittit liberare eccleſiā. Diabolus ei eſt quaſi fur de nocte incedēs: ⁊ ideo nocte imminente dicit eccleſia illum pſalmum contra nocturnales tentationes: dicitur ergo ille pſalmus vt a quatuor tētationib⁹ liberemur. ſ. a timore nocturno a ſagitta volante in die: a negotio perambulāte in tenebris ab incurſu ⁊ demonio meridiano. i. ab incurrente demonio: prima eſt leuis ⁊ occulta

Spes non eſt ſine timore.

fecūda est leuis ⁊ manifesta: tertia grauis ⁊ occulta: quarta grauis ⁊ manifesta. In quinto ꝓo psalmo. s. Ecce nūc ⁊c. benedirit ecclesia deū pro liberatione tentationū nocturnaliū: ibi. In noctibus extollite manus vestras in sancta ⁊ benedicite domino. Dicit em̄ Aug. super hūc psalmū. Nox res tristis est: dies leta est: ergo per noctē intelligitur aduersitas: per diē prosperitas. In aduersitate benedicēdus est dñs sicut ⁊ in prosperitate: exemplo Job: qui amissis filijs ⁊ reb⁹ oībus dicebat. Dñs dedit ⁊c. Sit nomen dñi benedictum. Unde ⁊ hic dicitur Benedicite dñm. Sed queritur quare dicuntur tantūmodo sex versus illius psalmi In te domine speraui. Respondetur ideo quia dñs dicēdo sextum versum vcz In manus tuas dñe ⁊c. sexta etate mūdi: sextoq; die carnē obijt vt iā dicet. Recte ergo sex versus tantum eiusdem psalmi in cōpletorio cāmus: vt in hac sexta etate in qua per eū redēpti sumus sicut habet finis vltimi versus: ibi redemisti me dñe deus veritatis cōformemur dormitioni eius: vt. s. membra quiescāt: ⁊ cor vigilet. Sicut caro eius in sepulchro quieuit: ⁊ diuinitas vigilauit. Notandū est tñ q; in quibusdaz ecclesijs statim post psalmos ꝓ hymnus ea forte rōne: q; per bonam operationē peruenīt ad exultationē absq; oīs purgationis medio: ab his qui purgati trāseūt ab hac vita. Alia etiam ratio iam dicetur. Et sic puus dicunt hymnum cū capitulū: ad ostendendū mystice q; illi in quibus completa sunt significata precedentium laudū seu perfecti qui per cōpletoriū significantur preueniūt exhortationē que per capitulū significatur. Nec tñ capitulū pretermittūt: quia hic semp vtilis est exhortatio ad pseuerandū in bono: q; nec nocet admisso subdere calcar equo. In alijs autē ecclesijs inter psalmum ⁊ hymnū interponūt antiphonā vel alleluya p antiphonā sequētes ordinē beati Ignatij: de quo in prohemio dictū est. In alijs ꝓo ecclesijs statim post psalmū ⁊ antiphonā: vel alleluya sequitur lectio siue capitulū cum responsorio In manus tuas domine ⁊c. vel alio: quia vt dicunt in oī officio dz dici lectio. Postea adijciunt hymnū Te lucis ⁊c. in quo optāt protegi in nocturnis tribulationibus. Alij vero nō dicūt lectionem: prout in prohemio huius partis dictū est: sz statim post psalmū dicūt versiculū: tum q; tps illud dormitionis nō aptū est ad doctrinā: tū q; post cōpletoriū non solū cibi et potus verūetiā doctrina que plectionē significatur referenda nō est. Hinc est q; statuit beatus Benedictus vt post cōpletorium nemo loquatur. dicitur autē capitulū Tu autē in nobis es dñe. Hiere. xiiij. c. Religiosi i hoc officio ante omnia lectionē premittūt dicentes Fratres sobrij ⁊c. ne ordinē Esdre excedere videantur representantes in hoc etiā mariā Magdalenā: de qua dñs dixit. Preuenit vngere corpus meum in sepulchro. I. hoc fecit q; factura erat mortuo si licuisset ita ⁊ hec lectio quasi vngit reddēdo alas attētas ad vigilandū ante cōmendationem dormitionis. Post hymnū subijcitur versiculus Custodi nos dñe vel alius qui notat totius officij effectum: postulatur em̄ dñi custodia ꝓtra noctis pericula. ⁊ ut acuta voce ⁊ cum neuma. ex quo excitati ⁊ memores facti ineffabilis gaudij q; erit merces laboris nostri canimus canticū symeonis Nunc dimittis ⁊c. q; est Luce ij. c. Primo vt illius exēplo pacem inuenientes mereamur videre lumen q; est christus. Secūdo ideo istud canticum cantim⁹: q; sicut sanctus symeon cupiens ex hac vita in alteram trāsire illud cecinit: sic ⁊ nos cū dormire debemus quasi morituri: quia somnus est quasi mortis ymago illum cantimus per quē nos dño commendamus. Tertio ꝓpter causam sub vespere dicram. Quarto quia canticū illud est de vtroq; aduentu. Un̄ merito illud dicimus: vt p̄ missionib⁹ alliciamur ⁊ a vitijs quiescamus. Considerādum est autem q; cū septem sint partes illarū horarū. s. versus cū Gloria patri. Hymnus: psalmus: lectio: cantus: preces: ⁊ oratio: in tribus tamen horis sc̄z in matutinis laudibus: ⁊ vesperis: ⁊ in cōpletorio additur ⁊ octaua vcz canticum euangelicum: q̄m he tres hore pertinent ad octauam. i. dñi resurrectionem: quia mane surrexit. In vespere se discipulis manifestauit. In completorio discipulis ait. Pax vobis. Eapropter in his tribus horis hymn⁹ qui est exemplum letitie psalmum sequitur: vt continetur in euangelio gratie: euangelium gratie huius officij est canticum symeonis. s. Nunc dimittis seruum ⁊c. in quo pacem rogamus eternā: vt sicut symeon transire cupiens: postq; vidit christum dimitti rogauit. sic ⁊ nos post lumē fidei peruentamus ad splendorem spei vbi erit pax eterna. Consequēter oratio dñica ⁊ preces dicuntur quib⁹ etiā contra noctis fantasmata nos munimus. Subijcitur etiam symbolum: in quo nostre fidei professio continetur: vt si forte nos mors contigerit in confessione fidei moriamur. Fit etiam in quibusdam ecclesijs sicut ⁊ in prima confessio generalis. Altera enim confessione mutuo nos mūdam⁹. Juxta illud Confitemini alterutrum peccata vestra: ne demus requiem temporibus nostris donec inueniamus locum domino. Precibus ⁊ oratione cōpletur hoc officium. Juxta illud apostoli Orātes pro inuicem vt saluemur. Rursus preces mystice humilitatem significant: que in fine debet esse: q; sicut in principio ipsa necessaria est ad quod significandum voce humillima hoc seruitium inchoatur: ita in consummatione eadem humilitas monstranda est contra superbiam in qua ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem. Post preces opilio noster siue sacerdos commendans domino gregem suum dicit collectam. Unde non est congruum vt post hoc officium aliquid aliud fiat nisi quod pertineat ad quietem: et attende quoniam ad primam et ad completorium apostoloū symbolum non dimittim⁹: quia cuncta opera nostra in eius nomen incipimus et concludimus in quem credimus. Similiter ad vtrumq; officiū cōfessionem ⁊ miserere mei deus adiicimus vt quicquid in nocte peccauim⁹ aut in die delinquim⁹ p confessionē ⁊ penitentiā diluamus: adimplentes illud Cōfitemini alterutrū peccata vestra. Respi-

Perfecti p̄uenīt exhortationē.

Preces mystice humilitatem significāt

cētes etiam illud quod olim sacerdos farine assarū offerebat in die vicis sue medietatē in mane ꝛ medietatem post meridiem. Sacrificium aūt nostrū est spiritus humiliatus. Ultimo notandū est ꝙ omnia officia diurna quātū ad ps. invariabilia sunt: nocturna vero variabilia preter istud: per noctē em intelligit mūdus iste qui variabilis est: per die vero ille eternꝰ qui est invariabilis: de quo scriptū est. Ordinatione tua perseverat dies: ꝛ est verior litera perseverat in singulari ꝙ perseverāt in plurali: lz aliter quasi cōmuniter ꝓferat. Hoc ēt officiū in quibusdā ecclesijs ꝙtū ad hymnū invariabile est: put sub titulo de prima dictū est: ꝛ etiā ꝙtū ad psalmos lectionē preces ꝛ collectā: ita ꝙ pro nulli' sancti solēnitate sicut nec officiū prime variatur pro eo: qꝛ in illa de pace ꝛ specialiter de illa ad quā suspiramus agit: quivt premissum est invariabilis est: hoc dūtaxat excepto qm in dñicis diebꝰ dicūt ad primā illos quinq psalmos. s. Deus deus meꝰ respice in me ꝛc. ꝛ sequentes psalmos Confitemini prout dictū est. Sed quare illi quinq psalmi in prima: ꝛ versus In manꝰ tuas dñe ꝛc. in cōpletorio potiꝰ ꝙ in alijs horis ponūtur: Responsio. Christus cui in his horis canimꝰ qui est principiū ꝛ finis in cruce pēdēs legit incepisse psalmū illū Deus deus meus ꝛ omnes psalmos sequētes sertatim vsq ad dictum versum dixisse ꝛ ibi finiuisse ꝛ spm emisisse. Merito igit et nos in passionibꝰ huius seculi cōstituti ad ipsius imitationē in hora prima que est in principio horarum diei ꝛ nō alibi dictos quinq psalmos ꝛ in cōpletorio qđ pm aliquā cōsiderationē est finis siue vltima horarum diei debemus dicere versum ipsum. Quod vero hoc officiū ad vltimā diei horā pertineat hac cōsideratione apparet. Hā in prima dicis quattuor octonarios versuū in psalmis duos pro prima ꝛ duos pro secūda hora: ꝛ in tertia sex: duos pro tertia duos ꝑ quarta ꝛ duos pro qnta ꝛ in sexta sex: duos ꝑ sexta: duos ꝑ septima ꝛ duos ꝑ octaua: ꝛ ī nona sex duos ꝑ nona: duos ꝑ decima: ꝛ duos ꝑ vndecima. Restat vltia hora scz duodecima ad quā pertinet cōpletoriū: quos notat hymnꝰ Te lucis ante terminū. Premissos aūt octonarios cōbinamus si duo charitatis ꝓcepta obseruamꝰ. facimꝰ vndecim cōbinatiōes: vt ꝑ quauis hora diei in qua delinqmꝰ vnū dño legis ꝛ charitatis binariū offeramꝰ vt ꝑ ꝑma. Beati. ꝑ secūda Retribue. pro tertia Legē pone. pro quarta Memor esto. pro quinta Bonitatē. pro sexta Defecit. pro septima Dilexi: pro octaua Iniquos. ꝑ nona Mirabilia. pro decima Clamaui. ꝑ vndecima Principes. Fiunt ergo vndecim cōbinationes ad emēdādū vndenariū nostre trāsgressiōis. Et in quolibet octonario aliquid de lege dñi memoratur: qꝛ per eā vinea colit ꝛ denarius eternitatis acquiritur. Sunt ergo viginti duo octonarij q̄ per horas diei dicunt ꝓpter rationē sub tit. de prima dictā. Et dicunt bini ꝛ bini: ꝛ sic duplicati fiūt vndecim. Undenarius enim numerus significat trāsgressionē sicut denarius perfectionē. Dicunt enim per vndecim: vt per ea que in illis dicuntur trāsgressionē mandatorū suorū nobis relaxet.

Christꝰ in cruce pendēs ps psalmos dixit.

Incipit liber sextus.

De officijs dominicarum specialiter et quarūdam festarum et festiuitatum domini ꝛ ieiuniorū quatuor temporum. Rubrica.



In proxima precedenti parte de diuinis officijs in genere diximus: nunc autem de specialitatibus et diuersitatibus eorūdem per annī circulum ostendamus vcz de officijs dñicarum ꝛ quarūdam festarū ꝛ festiuitatū dñi: ꝛ de ieunijs quatuor tēporū: et de cōuenientia ipsoꝝ officiorū tā nocturnalitū: ꝙ etiā misse nō vnꝰ dūtaxat eccl'ie: sz diuersarū officia ꝓsequētes. Ad quoꝝ euidētiā est distinctio tēporū ꝑmittenda. Siquidē annus solaris quatuor tēpoꝝ successione dilabit. s. hyemis: ī quo semina tacūtur: veris ī quo seminata prodeūt: ꝛ in spicas acuunt: estatis ī qua messes albescūt ꝛ falce succidūtur: ꝛ autūni ī quo p vētilationē grana a paleis separata ī horreis reponunt. Sic ꝛ magnꝰ vite presentis annꝰ durās ab inicio scli vsq ad finē mūdi ꝙtuor tempoꝝ varietate mēsurat. Primū tps fuit deuiationis in gne humano vcz ab Adā vsq ad moysen: ī q̄ declinauerūt hoīes a cultu dei q̄ vera lux est facti idolatre ꝛ nil iluminationis doctrine habētes: ꝛ simul inutiles facti sunt: ꝛ nō fuit qui faceret bonū vsq ad vnum. Tunc em homo reliquit creatorē suum. et de lapide dixit. Tu es deus meus. Hoc tēpus quia fuit ignoratie et cecitatis bene concordat hyemi in quo obscuritas regnat. Scōm tps fuit reuocationis siue renouatiōis vcz a Moyse vsq ad natiuitatem christi: quo edocti sunt homines per legem ꝛ prophetas de aduentu christi: de curatione peccati et dilectione vnⁱ dei. Tunc dñs dixit ad israel. Audi israel. Dñm deum tuū adorabis: ꝛ illi soli seruies: ꝛ doctꝰ est homo: q̄d sibipsi quid deo: quid primo facere tenetur. Postmodum ob eandem causam suscitauit ꝓphetas vt scz predicatio hominem magis ab erroribꝰ reuocaret. Hoc tempus concordat cum vere qđ habet aliquid luminis: sed multum obscuritatis. Tertium tempus fuit regressionis siue reconciliationis ꝛ visitationis vcz a natiuitate xpi vsq ad ascensionē eiusdē: per quem facta est gratia hominibus: et predicatio euangelij: de quo dicit. Ecce

Annus solaris quatuor tēporuꝫ successione dilabitur.

nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Hoc est tempus gratie: q̄ oriens nos visitauit ex alto. in quo tēpore dñs qui est sol iusticie mundū sua presentia visitauit: ⁊ propria doctrina sufficiēter illustrauit. Hoc tēpus cōcordat cum estate: in qua claritas regnat. Quartū est peregrinationis vez ab ascēsione dñi vsq̄ ad diē iudicij vbi erit cōsummatio seculi: quod tps est habens multū luminis: quia dei misericordia reuelata sunt diuina mysteria: hz ñ aliquid obscuritatis nostra negligentia faciente: ⁊ sic cōcordat cū autumno qui hz aliquid obscuritatis: sed amplius claritatis. In primo tēpore viror fidei: flos fidei: fructus charitatis: frigore infidelitatis exaruit. In secūdo vinea dñi aliquatenus viruit ⁊ floruit. In tertio virens ⁊ florens fructus vberrimos attulit. In quarto cadentibus foliis verborū decolorari cepit. Rursus tps deuiationis dictum est tps culpe ⁊ pene. Nam propter ipsam deuiationē homo subiectus est culpe: ⁊ propter culpā pene. Unde dicit dominus. Putas cū venerit filius hominis inueniet fidē super terrā? Tēpus reuocationis dicitur tēp⁹ doctrine ⁊ prophetie propter decalogū per quod docuit deus genus humanū. Tēpus reconciliationis dicitur tps libertatis ⁊ gratie atq̄ letitie. Tēpus peregrinationis dicitur tempus luctus ⁊ pene siue laboris ⁊ penitentie: quod nos facimus declinationis ⁊ negligētie. Primū fuit desperationis. Secundū respirationis. Tertiū liberationis. Quartū exercitationis. Hec quattuor tēpora representat ecclesia singulis annis siue status ecclesie per hec quattuor tēpora variat. Tēpus hyemis ⁊ deuiationis in quo mors regnauit representat ecclesia a septuagesima vsq̄ ad pascha recolens casum ⁊ penā primorū parentū propter eorū culpā: ⁊ ideo cantica letitie excepto Gloria patri. subticentur: prout sub titulo de septuagesima dicetur. Siletur enim Gloria in excelsis deo. quod in testimoniū pacis auditū est q̄ veritas de terra orta est ⁊ iusticia de celo prosperit. Tēpus veris ⁊ renouationis representat ecclesia in aduentu domini: per quē omnia renouata sunt vsq̄ ad natale dñi. Unde ad notādū q̄ patres illius temporis habuerūt aliquid luminis: sed multum obscuritatis respectu sequentiū: minora cantica letitie cantat Gloria patri: ⁊ alleluya: sed maiora supprimit scz Gloria in excelsis. Te deū laudamus. ⁊ sequētias: prout ibi dicet. Quia etñ hoc tempore peccatū regnauit nō propter ignorātiā: vt mos fuit: sed ꝓpter carnis infirmitatē: ideo canit alleluya: q̄ patres huius tēporis sub lege fuerunt sed Gloria in excelsis deo siletur: quod signū est pacis et iusticie: quam lex dare nequiuit. Tēpus estatis et reconciliationis siue regressionis representat ecclesia ab octaua pasce vsq̄ ad octauam penthecostes q̄ per paschalem agnum reconciliamur deo: omnia cantica letitie ⁊ fere post omnes dictiones alleluya multiplicamus: ad significandū habitū gaudiū de nostra resurrectione. Significat enim tempus illud statū fidelitatis eterne: tunc etiam Gloria in excelsis canitur: q̄ in resurrectione iustitia. i. charitas perficietur et plena pax dabit: duplex etñ alleluya canitur in albis ⁊ in dñicis illius tēporis: ⁊ stātes tunc oramus. In priuatis ꝥo feriis Gloria in excelsis. ⁊ duplex alleluya non canitur. Hz sepe alleluya preterēq̄ in septuagesima dicatur: prout sub titulo de septē diebꝰ post pascha et in sequēti titulo dicet: tps autūni ⁊ peregrinationis representat ecclesia ab octauis pēthecostes vsq̄ ad aduentū dñi: q̄ nobis deo recōciliatis nō restat nisi vt nos peregrinos reputemus cū psalmista dicente. Aduena ego sum ⁊ peregrinus ⁊c. cātās oia letitie cātica: ad designandū gaudiū de his que sunt diuina mysteria reuelata: qñq̄ tamē aliq̄ cātica subticet: nec multiplicat alleluya sicut fecit in tpe precedēti: ad significandū declinationē a bono quā nobis negligētia nostra parit: et cantat alla in spe resurrectionis: ⁊ Gloria in excelsis deo: ꝓ iusticia reddita. Itē quotidie dicit alla: sed nō Gloria in excelsis: vt dicetur sub tpe aduētus. Cantat etiā alleluya post graduale in signū laboris: per quem ad patriam vite trāseūdum est. Ex premissis colligitur euidenter q̄ recte in principio hyemis hō quasi desperans dicit. Circūdederunt me gemitus mortis. In principio veris q̄si respirās dicit. Ad te leuaui aiam. In principio estatis architectus ecclesie Petrus renatis per baptismū et illuminatis per gratiā dicit. Quasi modo geniti infantes ⁊c. In principio autūni exultās de dei misericordia dicit. Dñe in tua mia speraui: hz attendens miseriam in quā ex sua negligētia lapsus est statim subtūxit versiculū Usq̄quo dñe obliuisceris me in finē. ⁊ graduale Ego dixi dñe miserere mei sana aiam meam: q̄ peccaui tibi. Rursus hec quatuor tēpora cōsiderant ꝥm quatuor principales diei ptes: q̄ sunt nox ptinēs ad tps deuiationis Nox etñ obscura est: ⁊ idolatre ceci erant. Aurora ptinet ad tps reuocationis. Meridies ptinet ad tēpus recōciliationis siue regressionis. Et vespera ptinet ad tps peregrinationis. Designat etiā per quatuor principales xpi actiones que sunt natiuitas: passio: resurrectio: ⁊ aduētus ad iudiciū. Ad natiuitatē pertinet circūcisio. apparitio. baptismꝰ et purificatio. Ad passionē ieiunium ⁊ tētatio. Ad resurrectionē ascēsio in celū. ⁊ sancti spiritus emissio Ad aduentum ad iudiciū: trāsfiguratio ⁊ miracula q̄ operō. Itē passio cōparatur hyemi: natiuitas veri: resurrectio estati. aduentꝰ ad iudiciū autūno: quando vetustus dierū sedebit tenens ventilabrū in manu sua: et mundabit aream suam ⁊c. Itē natiuitas chr̄isti cōcordat tempori reuocationis seu renouationis propter prophetas qui eum multis modis predixerunt. Passio chr̄isti tēpori deuiationis propter penam culpe primorum parentū. Resurrectio tēpori regressionis propter letitiam. Aduentus ad iudicium tēpori peregrinationis: quia hmōi tempus durabit vsq̄ in diem iudicij. vnde propheta. Aduena ego sum apud te ⁊ peregrinꝰ sicut oēs patres mei. Tēpus ergo reuocationis siue renouationis q̄ facta est per legē ⁊ ꝓphetas: duratvsq̄ ad natale dñi tm̄: vt premissum est. Alij tñ dicūt q̄ vsq̄ ad septuagesimā: ⁊ ibi incipit tem

Pacē ⁊ iustitiā lex dare nequit.

Per la
borē ad
patriā
tetrāsei
dum d

pus deuiationis. Sed ꝑm primū dictum queritur de tempore qđ est a natali dñi vsq; ad septuagesimā sub quo dictoꝝ tēporꝝ contineat? Super quo dicūt quidā q; tps qđ est a natali vsq; ad octauas epyphanie pertinet ad tēpus regressionis qđ est tēpus gaudij sicut ꝛ illud. vñ in quibusdam eccleſijs tunc albis vtuntur vestimētis: sicut ꝛ tempore paschali nec; tūc ieiunaſ nec genua flectunſ. Reliqua ꝙo pars. ſ. ab octauis epyphanie vsq; ad septuagesimā sub tpe peregrinationis cōtinetur: et ly Esaias legatur die natalis dñi: nō ideo dies illa est ꝑm ipsos de tēpore reuocationis. Alia ei cōsideratione hoc fit ꝛ ante euangeliū in nocturnis et ante epistolā in missa. Supponit cūm tunc basis colūne: vt per vtrūq; testiū natiuitas xp̄i ꝓbetur.

¶ Itē queritur quare a tpe veris siue renouationis seu reuocationis incipiūt eccleſie officia? videtur ei q; deberēt incipere a tpe hyemis siue deuiationis: qz prius est deuiatio qꝫ a deuiatione reuocatio. Preterea in tpe deuiationis legit primus liber theologie. ſ. Geneſis. Sup hoc dicūt quidā q; in hoc facit eccleſia ne incipiat ab errore: ſed certe nō vr tps illud deuiationis: eo q; eccleſia illo tpe deuiet: ſed qz errorē priorū parentū recolit: vt nos ad penitentiā trahat: ꝛ ideo hec rō nō placet. Est ergo rō: qz per aduētū dñi: oīa noua facta sunt: vñ Apoca: Ecce nouo facio oīa: ideo in honorē aduētus dñi a tpe renouationis incipit eccleſia officiū suum. Preterea ſi inciperet ab hyeme: vtens ꝙbis deſperationis posset homo illa audiens deſperare. Merito ergo incipit a vere: vt cū postea audierit verba deſperationis nō deſperet: qz ꝓcessit certa promissio vere liberationis que fit in aduentu.

Incipit ergo a tpe renouationis seu reuocatiōis in quo tenet rē. Qui autē libri et quibus tēporib⁹ legantur breuiter est videndū. Et quidē i pleriſq; locis ab aduentu dñi vsq; ad natale eius legitur Esaias: q̄ quāto de xp̄o vrbantius ceteris prophetauit tanto natiuitati eius legit vicinius: preterq; in ieiunijs quatuor tēporū: q̄ ꝓprias habēt lectiones. In ipsa etiā natiuitate non solū de illo legit ꝛ cantatur: ſz etiā de cauſis ipsius feſtiuitatis: ꝓut i omnibus fieri solet feſtiuitatibus: qđ fit ad ostendendū magnū gaudiū nobis celitus datū. ¶ In prima vero dñica post natale legitur in quibusdā eccleſijs de epistolis Pauli ad ipsam ptinentibus natiuitatem. In octaua natiuitatis de ſermonib⁹ et de homelia euangelij eiusdem diei. In epyphania de Esaia ꝑm Gelaſium papā. xxv. distinc. ſancta in palea. In octaua Epyphanie de homelia eiusdē diei. ab octaua epyphanie vsq; ad septuagesimā cantatur de psalmis: et leguntur epistole Pauli: in quibus legitur de labore ꝛ luctu et pugna eius. In septuagesima vero vsq; ad dñicā ante ramos palmarū: legit penthateucū. Septuagesima eñ tēpus noſtre captiuitatis et pene ꝛ culpe deſignat: de qua myſtice ad hieruſalē redire debemus ſicut per Hebreos olim de babylonica captiuitate exeūtes figuratum eſt. Vt ergo memores ſint captiuitatis ſue qui ſurſuz tendūt: legitur primo de Adam qui in principio mūdi factus eſt: et de electione eius de paradiſo: deinde de diluuio et quomodo Abrahā exiuit de terra ſua: et de mūdi huius laboribus exemplū patiente ꝛ ſicut olim Hebrei captiuitate ducti in babyloniam in triſtitia fuerunt fere vsq; ad finem. lxx. an. ꝛ conceſſa ſibi licentia repatriādi gauiſi ſunt licet nō plenarie: ita ꝛ nos fere vsq; ad finē. lxx. dierū. ſ. i ſeptuageſima tacemus voces et cantica letitie: vt premiſſum eſt: et ſub titu. de tēpore aduentus dicetur. Quindecim tñ diebus ante paſcha legitur Hiere. quia ille apertius cꝫ alij de paſſione tractauit: et in propria paſſione dñi paſſionē preſignauit. Ab octauis vero paſche. xv. diebus vel ſecundum alios vsq; ad quartam dominicam poſt paſcha. Apoc. legitur: ꝛ cantatur ꝓpter myſteria paſſionis ꝛ reſurrectionis que Joanni reuelata ſunt: et apoſtoli predicauerunt. In Apoc. cūm fit mentio de ciuitate noua hieruſalē: deinde vsq; ad aſcēſionē leguntur epiſte canonice ꝛ actus apoſtolorum ꝛ cantatur de pſalmis: qz ꝛ dauid ꝓpheтauit de paſſione: reſurrectione ꝛ aſcenſione ꝛ apoſtoli predicauerūt que a dño didicerāt vsq; ad aſcenſionē eius corporali p̄ſentia perfruentes: inter aſcenſionē vero ꝛ pēthe. cāntatur de ipſo feſto: quia diſcipuli ſurſum ſublevati promiſſa patris munera expectabant. Ab octauis penthe. vsq; ad kalendas auguſti leguntur libri Regum ꝛ Paralipomenon et cantatur deus omniū: qz ſicut Samuel: Saul: Dauid ꝛ alij ꝓ lege dñi pugnauerunt: ſic et nos poſtq; accepimus donū ſpūſſcti i baptiſmo virtute debem⁹ pugnare ꝓtra demones formati: nati: nutriti ꝛ armati. A kalēdis auguſti vsq; ad kalēdas ſeptēbris legit ꝛ cāntat de ſapiētia: quia in pugna neceſſaria eſt ſapiētia: vel qz auguſtus ſextus eſt mēſis: ꝛ in ſexta etate qua deus venit debemus ꝓpter eius preſentiā ſapienter viuere: qz inter nos audita eſt ſapientia ipſa que ex ore altiſſimi prodiit. Rurſus mēſis ille calidus eſt ꝛ medius in anno. Per qđ media hominis etas deſignatur ꝛ i media eſtate: vbi quiſq; ab eſtu vitioꝝ plus accēditur: plus ſuccurrere dz ſapientia. In ſeptēbri legitur ꝛ cantatur de Job: Thobia: Eſdra: Judith: Heſter: quia hi aduerſa patienter ſuſtinuerūt: ꝛ eccleſia in fine mundi aduerſa oīa pro dño talerabit: a kalendis octobris vsq; ad nouembrē legūtur libri Machabeorum: et cantatur de eis: quia iſte octauus mēſis letitiaz reſurrectionis myſticat: quia ſicut iudei finitis preliis ꝛ reſtaurato tēplo in hymnis ꝛ cōfeſſionibus benedicebāt dñm: ſic in gloria reſurrectionis ꝛ magne feſtiuitatis deuictis prelijs diaboli ſancti ꝛ iuſti in dño feſtiuabūt ꝛ gaudebūt: iuxta illud. Beati qui habitant in domo tua domine. A kalendis Nouembris vsq; ad aduentum dñi legitur Ezechiel: ꝛ Daniel ꝛ duodecim prophete minores cuz reſpōſoriis Vidi dñm ꝛc. Ezechiel enim vidit quatuor animalia in figura quatuor euāgeliſtarum: que natiuitatem: paſſionē: reſurrectionē ꝛ aſcenſionez docuerunt. Iſti ergo ideo ante aduentum leguntur: qz clarius xp̄i aduentū predixerūt. Denq; aurelius papa in burcardo li. iij. ca. hi qui ſtatuit vt qui inuenti fuerint libros famoſos et ignotos in

Dauid ꝓpheta uit de paſſione.

Testm̃ dupl̃r accipit.

ecclesia legere vel cãtare excõicẽtur. Ex premissis ergo liquet q̃ in ecclesia libi noui ⁊ veteris testamẽti legunt: qđ etiã in suis locis dicet ⁊ de ordine etiã aliop̃ librop̃ dicet sub dñica. xj. post pẽtheco. ¶ Et est notandũ q̃ testm̃ dupl̃r accipitur. Nam promissio ipsa. s. id qđ testatur seu legit đr testm̃. Unde nouum testm̃ đr gratia fidelib⁹ promissa. s. fides ⁊ charitas. Cetere virtutes siue vita eterna in futuro: ⁊ virtus in presenti vita: et apls ideo noui testamenti testator est vt repromissionẽ acci/ piant qui vocati sunt hereditatis eterne extra de celebra. miss. cũ marthe. §. ceterũ. Scriptura etiam qua illa promittunt đr testm̃. Ita nouũ testm̃ dicit scriptura noui testamẽti ⁊ vetus testm̃ đr scriptura veteris testamẽti: de cõse. dist. iiij. sicut in sacra. in prin Et hec quasi humana similitudine dicunt sicut em̃ qui testm̃ cõdit heredẽ instituit: cyrographũ facit: testes aduocat: agẽda per heredẽ indicit: sic ⁊ deus pater volẽs filios israel i terra promissionis heredes instituere cyrographũ fecit. i. legẽ dedit testes acciuit. s. Moysen ⁊ Aarõ: ⁊ agẽda p illos edixit ⁊ hoc est vetus testm̃. Sed q̃ id trãsitoria ⁊ tẽporalia repromittebat: extra de cele. miss. §. ceterũ. Ideo xp̃s volẽs christianos. s. fideles eterne hereditatis heredes facere: cõsequẽter nouum testm̃ cõdidit. s. euangeliũ: aduocauit testes s. apl̃os eisq̃ agenda indixit: qđ testm̃ tandẽ morte propria consecrauit. Preterea testm̃ est testatio mentis: qua quisq̃ qđ mẽte cõcipit ore testatur: ⁊ p scripturã corroborari iubet. xxij. q. ij. §. illõ. vñ de hac etiã similitudine hec ⁊ illa scriptura đr testm̃. Ceterum ideo illa scriptura đr vet⁹ testm̃. Primo q̃ vetera. i. terrena. s. ad veterẽ hoiem pertinentia promittebat: dicẽs. Si hec ⁊ illa feceritis bona terre comedetis: ⁊ iterũ: terrã fluentem lacte et melle dabo vobis: ⁊ similia. vñ illud vetus ⁊ transitoriũ fuit. Scõo đr vetus testm̃ qđ per veterẽ hoiem. s. per Moysen veterẽ vetustate peccati ministratũ fuit. Tertio q̃ nouo supueniente cessauit ⁊ desijt tãq̃ aliquid vetustũ. Vñ apl̃s. Vetera transierũt: ecce noua facta sunt oia. Quarto đr vetus respectu noui: q̃ eo fuit antiquius tpe. Quinto quia a vetustate peccati nos liberat. ¶ Hac vero scriptura nouum đr testm̃. Primo q̃ noua. i. celestia. s. ad celestis hois pseruationẽ ptinẽtia pmittit dicens. Qui agrũ aut domũ ⁊c. centuplũ accipiet ⁊ vitaz eternã possidebit. Scõo đr nouũ: quia per nouum hoiem. i. ab oi peccato imunẽ. s. per xp̃m ministrãdum est. Tertio đr nouũ. i. vltimum: quia nouissimũ hois testa. immobile perseverat qđ testatoris obitu confirmat. vt extra de cele. miss. cũ marthe. §. ceterũ. ⁊. xxij. q. ij. vltima. Hinc em̃ đr eternũ. i. perpetuũ quasi durabile ac imutabile: de quo dictuz est in quarta parte sub septima particula secreti super verbo Nouũ et eterni. Christus em̃ iam nõ moritur: ⁊ mors illi vltra nõ dñabitur: de cõse. dist. iij. semel. Quarto đr nouũ respectu veteris: quia illo magis est nouũ tpe: vel q̃ vetus lex est quasi radix: ipsum vero no. test. est quasi fructus. Quinto q̃ innouat: nõ em̃ illud dicit nisi hoies renati ex vetustate per gratiã pertinentes iam ad no. testm̃ qđ est regnum celorũ. ¶ Circa libros ecclesiasticj officij sciendũ est q̃ ipsum officiũ consistit in. cãtu et in lectione. De cantu tres sunt libi: de lectione sex. Sunt etiã quidã alij libi ecclesiastici: prout in sc̃da parte in fine tractatus de sacerdote dictũ est. Sane tres libi de cantu sunt antiphonarius: graduarius: ⁊ trophonarius. Antiphonari⁹ a dignori: vcz ab antiphonis nomẽ sumpsit: quas beatus Ignatius patriarcha audivit per angelos decantari: cum tamen ibi sint respõsoria atq̃ versus. In plerisq̃ tamen locis liber iste responsionarium: a responsorijs que ibidẽ cõtinẽtur appellatur. Graduarius dictus est a gradualib⁹ que in eo ptinentur: q̃ a plurib⁹ officiarius noncuparur ab officijs seu introitib⁹ qui ibi cõtinentur. Graduale dictuz est a gradibus: prout dictum est in quarta parte sub tit. de graduali. De intitulatione graduarij: antiphonarij: ⁊ lectionarij in sequen. titu. dicetur. Trophonarius est liber cõtinẽs tropos. i. cantus qui cũ introitu misse dicuntur: presertim a monachis. Uocantur etiam tropi sequẽtie siue prose et kyrieleison ⁊ neume. Et đr a tropos qđ est cõuersio: de quo in eadẽ parte sub tit. de introitu dictuz est. Quidã etiã hũc libũ prosariũ a prosis appellant. Gregorianus cãtum romanũ instituit: et organo cõcordauit. Ceterũ libi lectionũ sunt isti. Primus est a bibliotheca. Secũdus homellari⁹. Tertius passionarius. Quartus legẽdarius. Quint⁹ lectionarius. Sextus sermologus. Bibliotheca a greco nomẽ accepit: ⁊ est nomẽ equiuocũ: s. locus in quo libi reponũtur: ⁊ volumen ex oĩbus libris veteris ⁊ noui testa. a Hierony. cõpositũ: homeliarius est liber ꝓtinẽs sc̃top̃ homelias: ⁊ legitur i dñicis ⁊ in natali: ⁊ in festis sc̃top̃ ꝓpria euangelia habentiũ: ⁊ in pascha ⁊ penthe. cũ ferialib⁹ corrũdẽ. Homelia autẽ idẽ est q̃ bona laus siue verbũ ad populũ. Et nota q̃ plures fecerunt homelias vcz Augustinus: Hieronymus: Beda: Origenes: Gregorius ⁊ alij. Beda tñ alias nõ compo suit nisi quas Augustinus cõposuerat: ꝛ suis verbis easdẽ supuestruit. Hã Augustinus ꝑba disputationis habuit. Beda ꝑo stilũ sermonis ⁊ lectionis. Quare Beda vocatur venerabilis in septima parte: sub eius festo dicetur. Itẽ nõ oẽs homelie autẽtice sunt: vt quedã Origenis: qui ad heresim dicitur declinasse. Alique tamẽ homelie ipsius a beato Hieronymo teste papa Gelasio legunt fuisse correcte seu approbate. xv. dist. sancta in palea. Et q̃ñ illa in ecclesia leguntur nomen actoris: propter heresis infamiã subticetur: sicut ⁊ nomẽ salomonis: qui deceptus fuit a mulieribus tacetur in lectionibus ꝓpter infamiam ydolatrie: sed dicitur lectio libi sapiẽtie: sic etiã q̃ moyses hesitauit ad aquas ꝓtradictionis q̃ dñs exacerbauit nõ dicitur lectio libi geneseos: moysi legislatoris sicut dicitur lectio libi apocalypsis beati Joãnis apostoli. De hoc agitur in prohemio q̃nte partis ⁊ sub sabbato paschali. Uolũt tñ quidam q̃ in principio homeliarum ipsius dicatur homelia Origenis correcta seu approbata a Hierony. et in sequentib⁹ dici đr homelia etiasdẽ. Passionarius est liber continens

Quicunq̃ homelias.

passiones sctõr: ꝛ legit in festis martyrũ. Plures autẽ sunt passionarij: quoꝝ quidã canonizati qui/dã vero teste papa Gelasio. xv. distin. sancta in pa lea sunt apocryphi: vt de beato gregorio: ꝛ Cirillo et Julita: ꝛ alij quidã quos heretici cõpilasse du cũtur: quare in ecclesia legi iterdicunt. Anicheros papa statuit martyrũ gesta scribi: ꝛ in in ecclesijs haberi ꝛ hoc ꝓpter maximũ presbyterorũ numerũ martyrio coronatorũ. Legẽdarius aũt vocat li ber ille vbi agit de vita ꝛ habitu cõfessoꝝ: vt Hylarij: Martini ꝛ alioꝝ confessoꝝ: ꝛ legit in festis eoꝝ dũ tñ autenticatus sit. Lectionarius est in quo lectiones epl'arum Pauli ꝛ alie legũtur. qui qñq epistolarius dr: ꝛ etiã legẽdarius dici põt. Sermo logus est liber ptinẽs sermones quos papa et alij plures scti cõposuerũt: ꝛ legit in festis cõfessorũ a natali vsq ad octauas epyphanie: in purificatio/ne beate marie ꝛ in festo oim sanctorũ: ꝛ in plu/ribus alijs. Cõsiderandũ est quoq trũ scripturas precipue in ecclesia frequẽtari. s. Dauid ꝓphete q̃ fuit homicida proditor ꝛ adulter. Matthei apli q̃ fuit publicanus: ꝛ in hoc ipso infamis: et Pauli q̃ fuit crudelis xpi ꝛ ecclesie psecutor: ꝛ etiã Augu stini q̃ fuit manicheus: ꝛ tpe Theodosii ꝑatoris ꝑuersus est: qõ fit in exẽplũ: vcz vt alij peccatores nõ desperẽt: sz sperẽt si tñ penituerint posse venã cõsequi quãtũlibet graui nora perplexi sint: ꝛ ora tiones ꝛ elemosynas: eoꝝ post penitentiam posse deo cõplacere. Et est sciendũ q̃ beatus Hierony. tpe Damasi pape correxit psalterĩ. lxx. interpretũ qõ tũc cantabatur vbiq: ꝛ adhuc iuxta ordinatio nẽ Gregorij pape qui postremo officiũ ecclesiasti/cum ordinauit ꝑm illud antiphonas: rñsoria: alla: tractus: ꝛ alia quedam in ecclesia decantamus. Subsequẽter vero psalterio ipso iterato corrupto idẽ Hieronymus illud de nouo integre ex greco trãstulit in latinũ: ꝓut ipse in ipsi⁹ psalterij ꝓhe mio attestatur: qõ nouũ dictus Damasus rogatu ipsius Hieronymi instituit decantari ꝛ vulgariter gallicũ appellat: ꝛ quasi vbiq legitur: ꝛ fere cõiter cũ suo prohemio in textu bibie habet. Premissus vero psalterĩ scõm. lxx. romanis remansit: et ho die illo vtuntur. Denicq idẽ Hieron. attẽdens q̃ iudei nobis improperabãt q̃ psalterĩ falsificaue rimus: qm̃ a suo verbo discordabat: tertio psalte rium de verbo ad verbũ ex hebreo trãstulit in lati num: quod in pluribus discrepat a gallico ac ro mano: pauci tñ illud habẽt: cũctis ab omnibus et in textu biblie deberet haberi. Et nota q̃ quidam portant psalterĩ: sed in eo nõ psallũt: ꝓut dictũ est in titu. de laudibus matutinis. Duc sint dñice et dies ꝓuilegiati et principales: et qualiter dies dñica maior est alijs diebus quib⁹ nominib⁹ dies septimane appellent: ꝛ qui sint dies profesti: qui fe stiuales siue solẽnes: in prohemio. vij. partis dice tur. Grego. papa. xcij. dist. c. fi. instituit ne in eccl'ia romana diaconi cantare debeãt: sed solũ euange lice lectionis officia inter missarum solemna exol uant: psalmos vero ac reliquas lectiones subdia/coni: vel si necesse fuerit minores ordines exhi beant siue dicant.

¶ De tempore aduentus. Rubrica.

Quoniam sicut ꝓmissum est ecclesia stica officia ab aduẽtu dñi quod est tps renouationis incipiũt: merito ab hoc tpe ducimus initiũ assumendũ. Prenotandũ igitur est q̃ beatus pe trus primo instituit tres septimanas integras an te natale venerari in cõmemoratione aduẽt⁹ xpi: ꝛ quartã q̃ tũ nunq perficit: qr vigilia natalis nõ est de aduẽtu: vt infra dicet. Agit ergo aduẽtus dñi ꝑ quattuor septimanas: ad significãdũ q̃ est quadruplex aduẽtus filij dei: sed vltima nũq finitur: qr sctõr gloria q̃ dabit in vltimo aduẽtu. s. ad iudiciũ nũq terminabit. Primus aduẽt⁹ est in car nẽ. s. in vtero virginis assumptã: de quo dictũ est. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in noie dñi. Scõs in mẽtẽ qui descẽsus fit quotidie i cor/dib⁹ fidelĩ ꝑ spiritũsanctũ: de quo Joan. xiiij. Ad eũ veniemus ꝛ apud eũ mãsionẽ faciemus: ꝛ dicit sapiẽs. Dñe emitte sapientiã tuã vt mecum sit. De his habet abachuch. ij. Si morã fecerit ex pecta eũ: qr veniẽs veniet ꝛ nõ tardabit. Tertius aduẽtus est in morte cuiuslibet: de quo dicit bea tus Jaco. Patientes estote vsq ad aduentũ do mini. ꝛ Matth. xxiiij. Si sciret paterfam: qua ho ra veniret fur ꝛc. ideo ꝛ vos estote pa ꝛc. et iterũ. Si in prima vigilia venerit. i. in iuuẽtute ꝛ in fecũ da ꝛc. ꝛ ita inuenerit. s. in penitẽtia beati sunt serui illi. Quart⁹ erit in maiestate q̃ erit in die iudi cij. De illo legitur Esa. liij. ca. Dñs ad iudiciũ ve niet cũ senioribꝫ populi sui. Et nota q̃ prim⁹ aduẽtus liberauit animas a diaboli seruitute. Se cundus liberat eas a peccato. Tertius a pena. Quartus corpora liberat. Verũ ecclesia non cele brat nisi duos aduentus scz in carnẽ ꝛ ad iudiciũ Nã primũ ꝛ secundũ reputat ꝓ eodẽ: ideo enim venit in carnẽ vt veniat in mẽtẽ: ideoq dictũ est. Venies veniet ꝛ nõ tardabit. veniens. s. in carnẽ: veniet scz in mẽtẽ. Et iterũ qr vteroq misericordie est. Similiter terti⁹ ꝛ quart⁹ habent ꝑ eodẽ: quia vteroq est iusticie rõne vni⁹ effectus. Celebrat er go ecclesia aduẽtũ hmõi sub binario: vt filijs suis generet timorẽ ꝛ amorẽ dei. vñ in ps. Eleuamini porte eternales ꝛc. Timor dñi sctũs qui permanet ineternũ ꝛ amor. s. ipsi⁹ qui similiter in eternũ du rabit. Nã. i. ad Coꝝ. xiij. cap. Charitas nũq excidit. de pe. di. ij. charitas. timorẽ aũt debemus eivt dño: amorẽ vt patri. vnde Malach. ij. Si ego suꝝ pater: vbi est amor. ꝛ si dñs vbi est timor? Celebra tur ergo aduentus per quattuor septimanas. In prima specialiter de primo aduẽtu cãtat ecclesia. In scõa ꝛ tertia de scõo: ꝛ hoc iõ qr antiqui pres primũ aduentũ tñ expectauerũt. Scõm ꝙo anti qui ꝛ moderni. In q̃rta vero septimana recolit ec clesia tps in quo dñs descendit in vterũ virginis Nã tũc. Rorate celi desup ꝛ nubes pluãt iustum aperiat terra ꝛ germinet saluatorẽ. Itẽ tps a pri mo aduentu vsq ad secũdũ recolit ecclesia inter pẽthe. ꝛ aduẽtũ dñi in quo cãtat alleluya i spe re surrectiõis. ꝛ glia i excelsis deo. ꝑ iustitia reddita ꝛ dicit quotidie alleluya: qr spes ei⁹ nõ infirmat.

Quadruplex est aduẽtus filij dei.

Sed gloria in excelsis deo ⁊ in terra pax hoibus bone voluntatis: nō dicit quotidie: sz tm̄ in festis qr semp in fide: nō semp in opib⁹ laudat. Quotidie em̄ offendit: licet semper in fide iustitiā teneat. De hoc dictum est in prohemio huius partis ⁊ dicet sub tit. de septē diēb⁹ post pascha. Ceterū per tres aduētus hebdomadas patres trū tēporū accipimus. Primi fuerūt ante legē: qui procul a deo remoti clamabant Ad te leuaui. Secūdi sub lege q̄ doctrina legis instructi: et ideo ad lumen propius accedētes in introitu ps̄s ſyon appellatur. Tertij fuerūt prophete p̄sertim illi quos inuenit xp̄i natiuitas: vt ſymeon quib⁹ qr redēptor esse propōit in introitu Gaudete. Asserunt etiam quidaz q̄ in officio primē hebdomade agitur de vocatione iudeoz. In officio secunde de vocatione gentium vnde ibi dicitur Ad saluandas omnes gentes. In officio tertie de vocatione vtriusq̄ populi: vñ ibi ℣. Nota sit omnibus hominibus. Rursus cantatur in prima in persona Joannis. In scōa pphetarum. In tertia apl̄orum. In quarta in persona doctorum. Tēpore aduētus tacetur Gloria in excelsis: qđ pertinet ad natiuitatē: vt in nocte natiuitatis deuoti⁹ ⁊ auidius decantetur: ad notādū hunc hymnū primo fuisse nocte illa ab angelis decantatū: q̄p maior gloria xp̄i est in ecclesia tēpore noui testamēti q̄ fuerit in veteri. Tacetur etiaz Ite missa est: qđ pertinet ad resurrectionē. Merito autem tacet vtrūq̄ in aduentu: quia tūc vtrūq̄ expectat. pari etiā ratione tacet pax vobis qđ sibi pertinet ad resurrectionē. Tacet etiā Te deū laudamus: qr nōdū p̄sens est quē expectam⁹: et ad p̄sentes tm̄ hoc cāt̄ico vti solemus. ¶ Et nota q̄ hec tria non semp se cōcomitant: vt dicet in prohemio. vij. partis. Sed quare alla nō tacet hoc tēpore cū sit cāt̄icū letitie: nā in aduētu est ieiunium nec tūc nuptie celebrant. Preterea aut est ieiunii meroris aut exultationis. Si meroris oīa cantica exultationis debēt tacere. Si exultationis: oīa debēt dici: ergo ⁊ Gloria i excelsis deo. Solutio hoc ieiunium est partim exultationis ⁊ partim meroris. Exultationis est rōne primi aduētus. s. in carnē: de quo mēcio fit in hoc tpe. Meroris est pp̄ter scōm aduentū. s. ad iudiciū: de quo fit etiā ibi mēcio: ⁊ ideo in eo q̄dā cāt̄ica letitie dicunt pp̄ter aduētū mie ⁊ exultationis ⁊ q̄dā subticent: ⁊ ieiunat pp̄ter aduentū seuere iustitie ⁊ meroris: alleluya ergo nō subticet: qm̄ tpe aduētus aliq̄d est letitie pp̄ter spem quā habuerūt de xp̄i incarnatione ⁊ pp̄ter nostrā certitudinē: quā habem⁹ p primum aduentū de futura glorificatione: sz in septuagesima nō sic: qr totū tps illud meroris est: ⁊ iō tūc nō dicunt cāt̄ica angelo⁹ sz hoim: vt ibi dicet. ¶ In festis vero nouē lectionū q̄ occurrūt in aduētu dz celebrari missa de festo solēnis in tertia cū glia in excelsis ⁊ Ite missa est. ⁊ deponunt cappe nigre seu violacee: ⁊ assumunt solēnes a ministris et sacerdote: prout festū req̄rit. In hora ℣o nona de ieiunio missa ℣ra tunc dalmatice et subtilia siue tunicelle diminuunt ⁊ cōpetentes tēpori et ieiunio resumuntur: sicut in. iij. parte sub titu. de dalmatica dictū ē. In hoc quoq̄ tēpore officiū beate marie virginis nō dicit in ecclesia: qr totū officiū huⁱ⁹ tēporis ad laudē eius pertinet. Et nota q̄ vrbanus papa. ij. qui fuit creat⁹. M. lxxxviij. ⁊ sedit annis. xij. mēsib⁹. iij. in cōcilio apud claromōt. celebrato statuit, vt officiū beate marie virginis quotidie diceret: ⁊ in die sabbati solēniter fieret: in quo officio matutino dicūtur ille lectiones. ℣ beata maria quis digne sumpte ex illo sermone Augu. Lo quimur dilectissi. ⁊c. Hoc etiā tēpore nō debet fieri specialiter cōmemoratio alicuius sancti precedētis xp̄i aduētū: nō qr oēs illi in infernū descenderūt: ⁊ ideo ecclesia occidētalis pro eis nō solēnizat: nec etiā sequentiū: qr cū hoc tēpore ecclesia de aduentu filij dei solennizet: nō est aliorū solēnitas admiscenda: immo minor cedit maiori: qr adueniente principe cessat magistratus: idcirco cum ipse sit premiū ⁊ corona sanctorū omniū: ⁊ sit oīa in omnibus ⁊ sufficientia singulorū. superfluū foret recurrere ad aliorū suffragia mendicanda. C. de pala. sacra. largi. L. scrinciis. in princi. lib. xj. Generalis trī cōmemoratio omniū sanctorū bene fit: qm̄ licet sancti ex aduētu filij dei speciale gaudiū ⁊ premiū assecuti fuerint: mai⁹ trī ⁊ generale gaudiū eorū extitit: qr creatura rationalē ex vnione ad diuinā naturā viderūt ineffabiliter sublimatā qr ergo bonū cōmune preponderat particulari et per cōsequens generale gaudiū eorū gaudio speciali: qr illud quod premissum est fuit omnib⁹ sanctis vtriusq̄ testamēti ad gaudiū. Idcirco conuenies est: vt tēpore ipsius aduentus eoz gaudiū communiter ⁊ generaliter recolatur: ⁊ in generali oīm sanctorū cōmemoratione singulis diebus dicitur antiphona illa. Ecce veniet dñs ⁊ oēs sancti eius cū eo: ⁊ erit lux magna in die illa alleluya que pertinet ad quartū aduentū in quo apparebit gloria sanctorū. Dicitur etiā cū tpa antiphona oratio illa. Conscientias nostras quesumus dñe visitādo purifica ⁊c. in qua similiter concordādo cū antiphona fit generaliter cōmemoratio de oībus sanctis: dū dicitur ibi: vt veniēs cū omnibus sanctis: ⁊ tūc pertinet ad quartū aduentū: sz in maiestate. In multis trī locis subtrahunt verba illa cū omnibus sanctis: ⁊ tūc pertinet ad secūdū aduentū: scilicet in mente. Non fit etiā cōmemoratio de cruce sicut fit in aliis tēporib⁹: ne prius videatur dñs passus q̄ natus: ⁊ iterū ne fiat cōtra illud preceptū Exo. xxiij. ⁊. xxxij. Non coques hedū in lacte matris sue. i. xp̄m nō crucifiges dū adhuc tener ⁊ lactens est. Contra hoc preceptū fecerunt tunc iudei: qui xp̄m eadē die. i. ea dē sexta feria in qua vt quidam dicunt conceptus est crucifixerunt. ¶ Notandū aūt est q̄ tēpore aduentus omnes antiphone dominicales in matutinis laudibus terminātur per alla: ad significandū gaudiū de certitudine aduentus saluatoris habitum vt in matutino officio fit quasi predictio: ⁊ in matutinis laudibus notetur exultatio. Ite in prima secunda ⁊ tertia hebdomada repetuntur respōsoria dominicalia: sed in quarta sunt specialia: que p hebdomadam cantātur: ⁊ sunt quindecim: qr ille

expectatur

patres. trīū tempoz. per tres aduentus hebdomadas accipimus.

Tēpore aduētus

expectatur venturus qui instituerat vetus testamentum: ⁊ erat instituturus nouū. Quindenarij enim numerus cōsistit ex septenario: ⁊ octonario: ⁊ septenarius ad vetus: octonarius ꝙ ad nouū refertur testamentū. In singulis quoq; septimanis cantus renouatur propter gaudiū proficientium: qui proficiūt de virtute in virtutē: vt videāt deū deorū in syon. ¶ Illud etiā notandum est q̄ prima dñica aduētus nūq̄ esse potest ante quinto kalēdas decēbris: nec etiā post tertio nonas decembris: sed quecūq; illarū septē literarū que inter dictas kalēdas ⁊ nonas ⁊cludūtur representauerit dominicā: ibi est prima dominica aduentus: sed ⁊ i dñica proximori festo beati andree: vel kalēdas decembris: siue ante: siue retro est semper initium aduentus: ⁊ si ipsum festū cadit in dñica ibi etiā est initiū aduēt⁹. Aduēt⁹ cōtinere dz. xxj. diē ideſt tres septimanas īregras ad minus preter vigiliā natalis dñi. Verūtamē cū aduentus incipiat a die dñica: si forte cōtingat similiter natale in die dñica venire: opz tēpus aduētus p quatuor hebdomadas protelari: alioquin vigilia natalis ⁊ sabbatū quatuor temporū cōcurrerēt in eadē die: qō esse nō potest. lxxj. di. de leui. quia vtrūq; illorū ppriū hz officiū: ⁊ ad diuersa tēpora pertinēt. Hā sabbatū est de aduētu: sed vigilia ad tēpus gaudij pertinet cū nō sit de aduētu. sed de natali: ⁊ sic aduētus nō haberet. xxj. diē excepta vigilia natalis sicut dictū est. Quod vigilia pertinet ad tempus gaudij patet ex ipsa ordinatiōe Gregorij: qui vltimas aduētus antiphonas posuit de euangelio: scz Cōpleti sunt dies: ⁊ Ecce cōpleta sunt oia. Quādo ergo natale est in dominica quatuor tēpora celebrātur in penultima hebdomada. Si autē natale venerit in secūda feria: vel deinceps vsq; in dominicā: tūc post. xxj. diē habebit: in quo fiat vigilia: ⁊ qñ festū venerit in secūda feria fiat officiū de vigilia in die dñica que propriū non hz officiū: ⁊ tunc ꝓpter dñicā cantabit alleluya: sed ieiunabit in sabbato precedēti: tā pro vigilia natalis q̄ pro ieiunio quatuor tēporū. De hoc etiā dicet sub titu. de capite ieiuniorū. ¶ Nō est etiam ignorandū q̄ hz in principio siue in prima dñica aduentus cātatur introit⁹ Ad te leuaui animā meā deus. siquis tamē diligēter attēdat in dñica precedenti illā: preparatio aduētus domini quo ad quedā inchoat: qō ostendit epistola: que tunc ſm quosdā legit Ecce dies veniūt dicit dñs et suscitabo dauid germē iustū ꝛc. ⁊ finis euāgelij eiusdē dicit: scz Abiit ihesus trans mare tyberiadis. quod est Joā. vj. ca. Hoc idē insinuat vbi dicit. Hic est vere propheta qui vēturus est in mundū: vt redimeret populū ꝛc. Satis enī cōuenīēs est: q̄ in precedenti dominica inchoet: qr nō respiraret desperans: nisi certa promissio vere liberationis precederet: qua audita respirans clamat. Ad te leuaui animā meā deus meus ꝛc. In quinta igit hebdomada ante natiuitatē dñi inchoat preparatio ad uentus: quo ad queda. Ita ⁊ in antiqs gradualibus ⁊ lectionarijs titulus est talis. Quinta dñica ante natiuitatē dñi: nam ab illa dñica vsq; ad natiuitatē dñi sunt quinq; officia dñicalia: ⁊ quinq; epistole: ⁊ quinq; euāgelia. In quarta vero dñica ante natiuitatē dñi inchoat preparatio aduent⁹: quo ad officiū matutinale: ⁊ quo ad multiplicem officiorū varietatē ⁊ innouationē: qr ergo sunt q̄tuor officia dñicalia ab illa dñica vsq; ad natiuitatem: ⁊ ideo in antiphonarijs nouis intitulat quarta dñica. Quadruplex autē ratio huius duplicis intitulationis librorū ⁊ inchoationis aduē tus reddi cōsueuit. Prima qr per lectionarium recolimus aduentū dñi in mundū significatū esse: per quinq; mūdi etates. Per antiphonariū vero recolimus aduentū domini nunciatū esse per quatuor ordines librorū. ſ. per legem: per ꝓphetas: per psalmos: ⁊ per initiū euāgelii narrātis cōceptionem. Initiū euāgelij vocamus quicquid est in libro luce: qui hystoriā ante natiuitatē dñi plenius ceteris prosecutus est: sicut de angelo a zacharia reddicō misso annunciante natiuita: ē precursoris: ⁊ sicut euenit. de prephetia illa. Benedictus dñs deus israel: qr visitauit ⁊ fecit redemptionē plebis sue. Et de gabriele archāgelo ad virginē missō: ⁊ similibus. ¶ Scōa est: qr actor lectionarij nos hortatur vt purgem⁹ hospitiū nostri corporis: qō per quinq; sensus sordidatū est ad suscipiendū deū: qr in sordibus habitare despicit rex vēturus. Actor ꝙo antiphonarij nos docet purgare corpus nostrū constans ex quatuor elemētis: faciētes dignā māsionem deo regi vēturo. Juxta illud. Ego ⁊ pater ad eum veniemus: ⁊ mansionē apud eum faciemus. ¶ Tertia est qr in quarta dñica aduētus que ad spūales: ⁊ nō in quinta dñica que ad seculares pertinet: vt dicet in ti. sequēti innouātur cantus. Spiritualiū em̄ est cāticū nouū cantare ⁊ nō secularium qui cū adhuc quasi veteres sint: ⁊ mala eorū adhuc recēta potius lugere q̄ gaudere debēt. Renouatus quidē cātus gaudiū electorū significat: qui proficiūt de virtute in virtutē: in qua videbit deus deorū in syon. ¶ Quarta est: qr i eccl̄ia duo sunt ordines hominū expectantiū dñi aduentū ⁊ studentiū ad digne suscipiendū deū vēturū. Un⁹ ordo in seculari cōuersatione studet: alter in spūali. Seculares in reb⁹ trāsitorijs student: q̄ quinq; corporis sensib⁹ administrant: ꝙ quinq; ebdomadas intelligunt. Juxta illud euāgelij Joan. Erāt viri quasi quinq; milia. Siquidē quinq; milia viri deū secuti designāt eos q̄ in seculari adhuc habitu positi exterioub⁹ que possidēt bñ vti nouerāt ipsi nāq; saturant quinq; panib⁹: qr legalia instituta eis proponēda sunt que per quinariū numerū: propter quinq; libros moysi intelliguntur. Per quatuor ꝙo septimanas spūales intelligunt: qui reb⁹ trāsitorijs abiectis nudi nudū sequūtur xp̄m: qui per quatuor euāgelia ad potiorē perfectionē excitant: qō etiā ad istos quatenari⁹ numerus pertineat apparet in alio euangelio: in quo quatuor milia hominū: qui sunt euāgelica perfectione sublimes legunt refecti septē panibus. i. septiformi gr̄a eruditi ⁊ repleti. ¶ Hāc distinctionē figurauit dñs moysi: qñ i ingressu tabernaculi iussit poni septē colūnas: ⁊ ante oraculū vnam: ante

Vigilia pertinet ad tempus gaudij.

Ratio q̄ dupliciter duplicis intitulationis ⁊ inchoationis aduē tus reddi cōsueuit. Prima qr per lectionarium recolimus aduentū dñi in mundū significatū esse: per quinq; mūdi etates. Per antiphonariū vero recolimus aduentū domini nunciatū esse per quatuor ordines librorū. ſ. per legem: per ꝓphetas: per psalmos: ⁊ per initiū euāgelii narrātis cōceptionem. Initiū euāgelij vocamus quicquid est in libro luce: qui hystoriā ante natiuitatē dñi plenius ceteris prosecutus est: sicut de angelo a zacharia reddicō misso annunciante natiuita: ē precursoris: ⁊ sicut euenit. de prephetia illa. Benedictus dñs deus israel: qr visitauit ⁊ fecit redemptionē plebis sue. Et de gabriele archāgelo ad virginē missō: ⁊ similibus.

sancta sanctoꝝ quatuor: prout legitur Exo. xxvj. ⁊ xxxvj. ca. Siquidē quinq; colūne exterius posite sunt seculares qui in exterioribus maxime versantur. Quatuor columne ante sancta sanctorū sunt spirituales qui quasi interius positi: dño deuotius obsequunt. Una colūna ante tabernaculū vnitatē fidei quā tam isti q̄ illi colunt designant: ⁊ propter hanc causam clerici seculares in vespertinis officijs quinq; psalmos cantant. Monachi ꝯo ⁊ religiosi q̄ altiorē elegerūt viam: nō nisi quatuor in quo se perfectiores ostēdunt. Quod autē quadratum est a quacunq; parte vertatur manet idem ⁊ firmum. Similiter ⁊ perfectus quocunq; loco ⁊ tempore idem immobilis manet.

¶ De prima dñica aduentus dñi. Rubrica.

PRima dñica de aduētu q̄ est quarta a natali dñi: in qua ꝑm quosdā inchoatur officiū aduētus pertinet ad spūales Et ideo in ea innouant cant⁹: precedēs ꝯo que quinta est ad seculares sicut in precedēti tit. dictū est. Ad spirituales pertinent duo versiculi: quoꝝ vnus frequēratur in vespertino officio. s. Rorate celi desuper. Alter i matutino scz. Vox clamātis in deserto. In primo oñditur quid facere debeāt. In scōo exequunt. Ipsi sunt celi rorātes: ⁊ nubes pluētes: ros est subtilior ⁊ pluuia grossior. Tunc sunt rorantes q̄n de incarnatione saluatoris subtilia dicunt: vt illud. Verbū caro factum est. ⁊ similia. Tunc sunt pluētes quā do grossiora. i. intellectu faciliora dicunt: sicut est q̄ Maria desponsata est ioseph: ⁊ q̄ puer natus est in bethleē ⁊ reclinatus i presepio ⁊ hmōi. Isti faciunt q̄ aperiatur terra ⁊ germinet saluatorem. Ad literā terra est virgo Maria que aperta q̄ tū ad fidē cordis sine dāno virginitatis: ⁊ cōcepit et peperit saluatorē Sed moraliter terra est cor humanū: qđ viri spirituales sua predicatiōe aperiūt: vt germinet saluatorē: id est xp̄s in eo reformetur. Juxta illud apli. Filioli mei quos iterum partu rio donec xp̄s reformetur in vobis Isti sunt vox clamantis in deserto. i. in mūdo parate viā dñi: rectas facite semitas ei⁹. Vie sunt opera semite sunt cogitatiōes quas debem⁹ parare in aduentu saluatoris. Hāc preparationē notat oratio que post cōmunionē hac die in missa seq̄tur. Suscipiam⁹ dñe miam tuā in medio ⁊c. ⁊ ex eo q̄ in fine illius orationis dr. Cōgruis honorib⁹ precedam⁹. Viaz ergo parare est penitentiā agere: p̄dicare semitas rectas facere est post mādata consilia obseruare. Sane huius dñice totū matutinale officiū ptinet ad primū aduētum: vt p̄missum est. Legit enim i Esa. q̄ de aduētu loq̄tur aperti⁹ q̄ alīqs ali⁹ propheta. Vñ in scōo ca. ipsi⁹ habet. Ecce mons ⁊c. in primo vero habet de nequitia iudeoꝝ. Primū responsoriū est. Aspicies a longe. qđ est de primo aduētu: ⁊ non sumitur de aliquo libro theologie: nec cōpilatum est a Greg. ordinatore matutini officij: sed a quodā eius monacho qđ inde apparet: q̄ illud infra hebdomadā nō repetit sed oīa alia responsoria sic: que ab ipō Greg. edita sunt ⁊ si obiciatur q̄ illo dempto nō remanēt nisi octo responsoria isti dñice. Respondet q̄ noue sunt cōputato illo. Ecce dies veniunt. qđ ꝑm ordinē Grego. nonum est: ⁊ cātatur in vesperis sabbati precedentis. Cātatur autē hoc responsoriū in persona Joannis baptiste: vel sponse dicētis. Aspiciē⁹ a longe a terra: vez ad celum: video dei potentiā ventē tem: ⁊ hz propie patri potētia assignet: hic tñ per potentiā accipe filiū dei: cui data est potestas i celo ⁊ in terra: q̄ est potēs dñs in prelio: cui ꝓpheta. Accingere gladio tuo su. fe. tu. po. Hic venit duz se visibilē mōstrauit: ⁊ nebulā totā terrā tegentē. Hec nebula est dei mia: que prestat refrigeriū contra estum vitioꝝ. Hāc Moyses intrauit: cū ad suscipiēdum legē ascēdit. Hāc petrus intellexit: cū in nube lucida videns dñm moysen ⁊ helyā dixit. Faciam⁹ hic tria tabernacula. Hec populū in desertū deduxit: ⁊ ab igne protexit. Hec est virtus altissimi q̄ virginē obūbrauit: que totā terrā tegit: q̄ mia dñi plena est terra. Hec etiam nebula est humanitas filij dei que totū mundū saluat: medicina em̄ oīm in festinatione nebule. Nebula etiā potest dici infidelitas seu ignorātia. Ignorabat em̄ homo deū sepsum natale suum ⁊ concupiscentiā esse peccatū. Hec nebula totā terrā tegebat: quia oēs declinauerūt sil in. f. s. Ire obuiā ei: dicite. Hū cia. n. s. t. e. qui regnaes. in populo israel. Similia dixit Joannes discipulis Parate viā dño: ⁊ per discipulos ad christum. Tu es qui vēturus es an alium expectam⁹? Obuiā sponso scz per viā charitatis. ⁊ dicite nuncia nobis: quasi dicat. Reuela nobis per tuā presentiā si tu es messias in lege p̄missus: ⁊ si regnatur⁹ es in populo israel porro in solito modo primū responsoriū habet in quibusdā ecclesijs tres versus sicut ⁊ responsoriū primū natalis dñi. Primo ad significandū q̄ iste aduētus dñi saluat hoies triū tēporū. s. illos q̄ fuerūt ante legē: ⁊ sub lege: ⁊ sub tēpore gratie: ⁊ propter hoc etiā fit triplex repetitio: prima a remotiori quo ad finē: ⁊ postea a minus remoto: ⁊ postea a propinquiori: ad ostendendū q̄ patres primi tēporis remotiores fuerūt ab aduētu xp̄i q̄ patres secundi ⁊ tertij: ⁊ patres scōi tēporis magis remoti q̄ patres tertij: deinde reincipit respōsoriū: ad denotandum desideriū: ⁊ ad significandū q̄ debem⁹ attribuere finē ⁊ principiū boni opis ei q̄ est alpha ⁊ o xxxv. di. ab exordio. Ultimo dictis versib⁹ subiungitur. Visia pri: q̄ oē desideriū ⁊ seruitiū ad deū trinū est referendū. Et ibi nō fit reiteratio partis: sed totū responsorij: q̄ post vitā pñtē oīa opera cōsumēt: ⁊ tūc erit dñs oīa in oībus: ⁊ cōsummatio ⁊ sufficiētia oīm. Scōo ideo premissum responsoriū tres hz versus ⁊ vnū gloria ad significandum quatuor aduētus: de quib⁹ in ca. precedēti p̄missum est: ⁊ ad designandū quatuor tēpora: scz tempus ante legē: tēpus legis prophetie ⁊ gratie. Alloquēs em̄ ecclesia oēs hoies q̄ fuerūt ante legē. quoꝝ pauci secuti sunt vnū deum: dicit in primo versu. Rorate celi desuper ⁊c. id est. O vos oēs malis boni diuites: ⁊ pauperes: ite obuiam ei ⁊ dicite. Indica nobis si tu es ipse qui regnatur⁹ es in populo israel. In secundo versu in persona hominū

Viri spirituales cor humanuz sua ꝑdicatione aperiunt.

Dei missencordia restringit p̄stat contra estū vitioꝝ.

vsq; ad dominicā de passiōe in secunda'quarta et sexta feris vt in diebus arctioꝝ ieiunio deputatis incepte penitentie memores orationes ieiunio cōbinemus. In euangelio aūt. Cum ieiunaueritis ꝛc. Matthei. vj. c. legitur de modo ieiunandi: vbi dicit. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū ꝛ faciem tuā laua: qz omnis penitēs debet vngi oleo spirituali quod est iocunditas mētis tanq; athleta: ꝛ pugil dñi: sicut habetur i ecclesiastico. Oleū de capite tuo nō deficiat: ꝛ faciē tuam laua: id est interiorem hylaritatem exterius demonstra ne videaris hominibus ieiunans: id est sic ieiuna vt nō intēdas fauorem humanum sed solius dei: et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Offerenda est. Exultabo. vbi est gratiarum actio de impetrata remissione. Communio est. Qui meditabitur. in qua aliorum exhortatio de legis meditatione: ꝛ consonat euāgelio: qz meditari in lege est thesaurizare in celo.

¶ De quinta feria. Rubrica.

penitē tia cōsi stit i tribus.

SEquitur de quinta feria. Siquidem inuitati sunt oēs in precedenti die: sicut ibi dictū est ad penitētiā. Sed qz penitentia cōsistit in tribus scz in oratione ieiunio et elemosyna: ideo in tribus sequētibus dieb⁹ agit de his tribus: ꝛ primo de oratiōe in hac quinta feria: ꝛ ideo incipit introitus. Dum clamarem ad dñm. Fit autē oratio ab aliquo q̄q; pro se: quādoq; pro alio: vt ergo ostēdatur quātum valet ab aliquo pro se facta oratio igitur sequitur epistola. Egrotauit. Esa. xxxviij. ca. In qua proponit ecclesia regē Ezechiā in exēplo qui oratiōe pro se facta impetrauit a domino quindecim annos vite sue superaddi. Ut etiā ecclesia ostendat quantū valet oratio pro alio facta legitur euāgelium. Cum intraret iesus Matth. viij. c. de centurione: qui rogauit dominū pro puero suo vt sanaretur quod impetrauit.

¶ De sexta feria. Rubrica.

Ieiunium spirituale placet deo nō carnale.

IN sexta feria agit de ieiunio: ꝛ ostēditur quale ieiunū placet deo scz spirituale nō carnale. Vñ epistola agit de hoc. Clama ne cesses. Esai. lviij. c. et post. Quare ieiunamus ꝛ nō aspexisti ꝛc. Et dñs respōdet. Nūquid tale est ieiunium quod elegi ꝓ to quere quasi circulū caput ꝛc. quasi diceret. Non placet mihi tale ieiunū q; aliquis se cruciet tantū: sed q; dissoluat fasciculos impietatis: id est ab omni peccato abstineat: quod fit p charitatē. Unde sequitur euāgelium audistis quia Matth. v. ca. agens de charitate vbi dicitur: licet hoc in ecclesia nō legatur: dictū est antiquis. Nō occides. Ego aūt dico. Non irascaris.

¶ De sabbato. Rubrica.

IN sabbato agit ecclesia de elemosyna ꝛ de sabbato: quia per premissa tria. s. orationes ieiunii ꝛ elemosynas: venitur ad sabbatismū mentis: vbi pena tam facta que spectat ad penitentiā. i. pax q̄ est quies: ꝛ sabbatismus mētis se oscu lantur. i. cōueniunt: ꝛ propter hoc sequit aperte in epla Esa. lviij. c. Si abstuleris de medio tui cathenā scz peccatorū ꝛc. que ibidē sequūt: tūc vocaberis sabbatū delicatū ꝛc. q̄ ibidē sequunt: ꝛ hoc iō dicit i euāgelio. Cū sero esset ꝛc. Marci. vj. vbi ꝛ de discipulis suis laboratib⁹ in mari: per quos penitētes designātur: q; dñs ascendit in nauiculam cū eis: ꝛ statim facta est tranquillitas: qz deo presente in corde hois pacificatur anima: ꝛ trāquillū fit ibi. Hoc sabbatū iz habeat epistolā ꝛ euāgeliū sicut nōnulla alia per anni circulū: non tamen est cantibus officiatum: qz ꝑm quosdam nondū erat solenni ieiunio deputatū. Hodie vero ieiunam⁹ vt ad quietis eterne sabbatum perueniamus.

¶ De prima dñica quadragesime. Rubrica.

Quadragesima quare dicta.

IN hac dñica in qua cantat Inuocauit me ꝛc. incipit quadragesima que significat tps penitētie spiritualis: et vocat dñica quintana: qz quinta est a pascha. Quid autē significēt quinq; quadragesime dictū est in prima parte: sub titulo de picturis: dicta est aūt q̄dragesima iz in ea sint quadraginta duo dies vsq; ad pascha: primo qz ecclesia nō curauit de duob⁹ q̄ minutias nō attēdit: iz summā nūeri ponit: q̄uis sit parū plus vel min⁹: secōo qz q̄dragesima nō protēdit nisi vsq; ad diē cene dñi q̄ est dies absolutiōis. Nā p q̄dragesimā bñ obseruatā ꝛ ꝓcerā penitētiā peruenit hō spūaliter ad cenā agni. Unde Apo. Beatus qui vocatus est ad cenā nuptiarū agni: ꝛ ꝑm hoc solū sunt q̄draginta dies. Tertio qz filij isrl laborātes i deserto q̄draginta annis abatt'māna: p quadraginta māsiones venerūt in terrā ꝓmissionis: quo etiā exēplo q̄draginta dieb⁹ a delitijs corporis abstinētes ꝛbis vite reficimur: o foni vacam⁹: vt tādē p iesum xp̄m in terra viuētiū introeamus sicut illi p iesum naue: id est iosue in terrā promissionis introducti sunt. Iō aūt ꝑm Hie. sunt in ea quadraginta duo dies: qz dñs venit ad nos p quadraginta duas gñationes cōputatis Jeconia patre ꝛ a Jeconia filio ꝛ ipso dño. Sane totū tps vite nr̄e q̄dragesima est. Jeiunam⁹ aūt quadraginta diebus incipiētes a precedēti quarta feria. Primo ꝑm Aug. qsi Matthe⁹ q̄draginta gñationes posuit. Ad hoc em̄ dñs suo q̄dragenario numero ad nos descēdit: vt nos ad eū nostro q̄dragenario numero ascēdamus. de cōse. di. v. ieiunū. Secundo ꝑm eūdē: qz ad hoc vt habeam⁹ q̄nquagenariū q̄dragenario adiciēdus est denari⁹. Ad hoc em̄ vt peruenīamus ad requiē beatā: oportet nos toto tempore presentis vite laborare. vnde ꝛ dñs cū discipulis quadraginta dieb⁹ māsit ꝛ post decimā diē spiritū sanctū misit. Jeiunamus ergo quadraginta diebus. Nā ꝛ moyses ad accipiendū legem ieiunauit quadraginta dieb⁹ simil⁹ ꝛ helyas. Dñs quoq; noster quadraginta dieb⁹ ieiunauit absq; cibo ꝛ hoc pro institutione ꝛ exēplo. Unde nonnulli vnam tantū quadragesimam obseruāt: illi vero pro merito ieiunauerūt. Cōmun⁹ tñ est tres quadragesimas seruare: eo q; moyses vt tradunt hebrei ter ascendens ad dominū ieiunauit: vel potiꝰ qz tres iu trimus legūtur ieiunasse quadragenis:

Quadragesima quare ieiunam⁹.

scz moyses helyas ⁊ dñs. Quare aũt quadragin ta sex dieb⁹ sum⁹ in abstinẽtia: dictũ est sub ꝓcẽ ti quarta feria. Considerandũ est autem q̃ tẽpus quadragesime penitentie ascribit. Penitẽtie aũt fruct⁹ sunt ieiuniũ: ⁊ vigilia: ⁊ alie carnis afflictio nes: elemosyna corporalis ⁊ spũalis: ⁊ alia miseri cordie opera: oratio ⁊ deprecatio: ⁊ aũe species cõ tẽplationis: fletus: lachryme: ⁊ alia insignia cõtri tionis. ¶ Ideoq̃ de his ⁊ similibus ad penitẽtiã ptinẽtib⁹ in nocturnis ⁊ diurnis officijs hac die ⁊ sequẽtib⁹ legit ⁊ cãtat ecclia copiose. Et q̃ hoc etiã tpe ỏr regulariter octies i canonicis horis ꝓs ille penitẽtialis. Miserere mei deus. Et est notãdũ q̃ ꝓpter ieiunij principiũ ordo interrũpit hy storiarũ. Cũ enim in septuagesima ⁊ sexagesima cã tatũ fuerit de adã: ⁊ i q̃q̃gesima de noe ⁊ abrahã i hac pria interpõit de fructib⁹ penitẽtie: i secũda vero de iacob: in tertia de ioseph: i q̃rta de moyse Antiq̃t⁹ tres instituit ecclia sexagesimas: de quo tactũ est in prima parte sub titulo de ecclasticis sacramẽtis. Sane q̃ vt dictũ est sub q̃rta feria ci nerũ hoc tps est xp̃iane militie: ⁊ in quo diabol⁹ fort⁹ cõtra nos insurgit: ideo ne hõ desper q̃si cõfor tatiuũ quoddã canit ecclia in introitu. Inuocauit me ⁊c. quo audito spe fit hõ fortis. Vñ dicit apls Spe fortes in tribulatiõe gaudẽtes ⁊ Esa. xxx. c. In silẽtio ⁊ i spe erit fortitudo vestra. Siquidẽ in his duob⁹ cõsistit tota fortitudo hoĩs spũalis: scz in silẽtio: id est a tumultibus seculi: nihil de his q̃ sunt seculi appetẽdo: ⁊ in spe eterna desiderãdo. Per epistolã q̃ incipit Hortamur vos. ij. Co. vj. affirmat ecclesia milites suos quattuor cardinalib⁹ virtutibus. Primo fortitudine cũ dicit. Ecce nũc tps acceptabile: ecce nũc dies salutis ⁊c. que ibi de fortitudine dicũt: ⁊ q̃ sequit. In oĩb⁹ exhibea mus nos sicut dei ministros i multa patiẽtia. Se cũda tẽperãtia cũ dicit. In castitate ⁊ ieiunijs mul tis. Tertio prudẽtia: cũ dicit in sciẽtia: id est in pru dẽtia. Sũt aũt idẽ subiectio sciẽtia. ⁊ leganimitas q̃ scientia longanimitate scimus cõuersari in me dio prave ⁊ peruerse nationis: ⁊ bonitate: ⁊ suaui tate que est in spiritu sancto: hoc totũ pro eodẽ su mitur. Sequitur in charitate nõ ficta: q̃ omnia si ne fictione fieri debẽt. Quarto iustitia cum dicit. Per arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris. Post epi stolã sequit rñsoriũ. Angelis suis de⁹ mãdauit de te ⁊c. vt sic secure hõ possit pugnare. Sequit tra ct⁹. Qui habitat i adiutorio. i quo agit de tẽtatio ne. Tractus vero ideo dicit: q̃ ibi ostẽditur q̃ hec vita misera trahit multis doloꝛib⁹ ⁊ laboꝛibus: ⁊ q̃ posset cõqueri aliquis de inequalitate isti⁹ pu gne: q̃ tentaꝛ potentissimus est: vt habetur in Job. Nõ est potestas sub celo que ei valeat cõpa rari: ⁊ sapientissimus: q̃ multa vidit ⁊ crudelissi mus: q̃ vt dicit Ihe. Crudelis est ⁊ nõ miserebit: homo aũt infirmissimus ⁊ ignoraꝛs: ⁊ ideo in ipso tractu ponit solutio huj⁹: q̃ ad hoc permittit de⁹ inimicum tentare: vt homo timeat: ⁊ ad deũ ꝓfu giat: q̃ scit ⁊ potest: ⁊ vult liberare: ⁊ sic in se non sperer: sed in deo: qui ꝓmittit q̃ liberabit si confu giat ad eũ: vult ergo de⁹ vt homo habeat timoꝛẽ de inimico forti: ⁊ spẽ de promissionib⁹ futuroꝛũ ⁊ de dilectiõe dei vehemẽtissima: ergo sequitur q̃ vult eum protegere. quẽadmodum gallina protegit pullos suos ex amoꝛe vehemẽti: ⁊ est spes de custodia angeloꝛũ. Homo autem si molatur inter duas molas timoꝛẽ scilicẽt ⁊ spem efficiẽt panis placẽs deo: ⁊ sic vincet omnem tentationẽ: siue sit leuis ⁊ occulta que dicit timoꝛ nocturnus: siue le uis ⁊ manifesta que dicit sagitta volãs in die: siue sit grauis ⁊ occulta que dicit negocium perambu lans in tenebris: siue sit grauis ⁊ aperta que dicit demoniũ meridianum. Hec quatuoꝛ genera tenta tionũ vincet quilibet sic armat⁹: vt dictum est. Sed in euãgelio nõ sunt nisi tres tentationes vbi dicitur. Duct⁹ est iesus in desertũ ⁊c. Matth. iuj. capi. ⁊ cõprehenduntur quãdoq̃ omnes tẽtatio nes sub quaternario: vt dictũ est. quãdoq̃ sub ter nario: vt in eodẽ psalmo infertus dicet. A laqueo venãtiũ: id est ab ope malo: ⁊ a ꝛbo aspero. id est a peccato oris. Tẽtat⁹ autẽ fuit dñs a diabolo tri plici tẽtatiõe. s. tẽtatiõe gule: cũ dixit ei. Dic vt la pides isti panes fiãt: cupiditat̃ scilicet cum dixit. Hec oĩa tibi dabo: si procidens adoraueris me: ⁊ inanis glorie: scilicet quãdo diabolus voluit eum deiscere de pinaculo: sicut fecerat alios predicato res multos: et vicit eu⁹ dñs per auctoritates sacre scripture: qõ significatum est in hoc q̃ Dauid la pidimus sumptis de torrente delecit golĩã docẽs nos debere armari gladio ꝛbi dei ꝓter illa arma quib⁹ nos armat apostol⁹ i epistola hodierna: vt sic sufficiẽter ad pugnã armati simus. Potest etiã dici q̃ a principio septuagesime eccla tot tribula tionib⁹ ꝓpria desperãs clamauerat. Circũdederũt me gemit⁹ mort̃: quasi a nulla parte euadere pos sit. In principio ꝛo sexagesime vbi etiã hoc dic tum est: ⁊ dicetur in quarta dñica: quasi posita in ter desperationẽ ⁊ spem clamauit. Exurge quare obdormis dñe. In pricipio quinquagesime iã de sperãs clamauit. Esto mihi domine in deũ protec toꝛem: immo deprecatiuã mutãs in affirmatiuã dixit. Dux mihi eris ⁊ enutries me. Nũc ꝛo in pri cipio quadragesime oñdens se exauditã dixit. In uocauit me ⁊ ego exaudiã eũ: ⁊ epistola dicit. In tẽpoꝛe placito exaudiui te. In graduali daꝛ no bis angeloꝛũ custodia. In trac. diuina protectio: q̃ circũdamur scuto veritat̃. In euãgelio ad exẽ plũ saluatoris ab hoste triũphus cui decim⁹. Vade retro. sathanas. In offertoꝛio etiã diuina ꝓtec tio notat̃: cũ dicitur. Scapulis suis obumbrabit tibi ⁊c. In postcõmunione demoniũ subiectio vbi dicitur. Super aspidẽ ⁊ basiliscũ. Ab hac die vsq̃ ad parasceuẽ cooperiũtur cruces: ⁊ velum ante al tare suspendit̃: de quo in prima parte dictũ est sub ti. de picturis. Hec dñica priuilegiata est q̃ est de tanua ⁊ lymes quadragesime que repsentat tps quo filij israel moꝛati sunt in deserto. Tria q̃dẽ fue rũt in populo israel: quoꝛ duo cõmemoꝛamus sci licet peregrinatio que fuit in egypto: q̃n iacob ⁊ fi lij sui profecti sunt egyptum: captiuatio que fuit i babylonica: ⁊ dispersio q̃ fuit facta a Tyto ⁊ ves pasiano per totũ mundũ quam nõ cõmemoꝛaut-

Penitẽtie fruct⁹ qui.

Omnia sine fictiõe fieri debẽt

Tentationum q̃tuoꝛ genera.

Dominus a diabolo triplici tentatus ne fuit tentat⁹.

mus: q; ab illa nũq; reuocabuntur: de qua dictus est. Tandẽ eos in manu de qua nõ poterũt surgere. In hac dñica ad horas dicit capitulũ Fratres hortamur ne in vacuũ ꝛc. ij. Cor. vj. ca. ꝛ illud. Ecce nunc tempus. ij. Corin. c. vj. ꝛ illud. In omnibus exhibeamus ibidem: ꝛ fit hodie statio apud basilicã lateranẽsi. que cõstructa est in honorẽ saluatoris ꝛ pluſq; prophete Joãnis: eo q; officiũ hodierni saluatoris nostri ꝓphetice resonat felicitatem.

¶ De secunda feria. Rubrica.

Onus pugne nõ libẽter suscipit nisi intuitu premij.

OStq; dñs ꝛ apostol⁹ armauerũt militẽ suũ nõ restat nisi vt pugnet: q; hostes semper parati sunt: q; vero ꝓ opera misericordie specialiter et maxime sit pugna ista: iõ de ipsis est feria ista que agit̃ elemosyna. Rursus q; onus pugne nõ libẽter suscipit: nisi intuitu premij: ideo in hac secũda feria est introit⁹. Sicut oculi seruorũ ꝛc. Et dom⁹ in epistola. Ecce ego requirã oues meas ꝛc. que sumpta est de Ezechiele. xxxiij. ostẽdit p̃mũ cũ dicit. Et pascã eas. Qui em̃ pascit dñm i paupere: ꝛ dñs pascit eũ: sicut ibi legit in mõtib⁹ Israel: id est in mãsionib⁹ eternis. Idẽ habet ꝓ euãgeliũ Cũ venerit filius ꝛc. Matthei. xxv. c. vbi dicit. Venite bñdicti ꝛc. Esurtui ꝛ dedistis mihi manducare. Debem⁹ aũt habere oculũ ad ipsum: nõ aũt sinistrũ: vt respiciamus penas eternas: ꝛ propter hoc bonũ faciamus. Hoc enim esset timor seruilis: sed etiam dextrũ vt consideremus premia: istũ oculũ vult nobis auferre diabolus ꝛ nititur quantũ põt. Unde. j. Regum. xj. ca. Rex ammonitarum noluit inire fedus cũ habitis nisi erueret eis dextros oculos. viij. q. j. denicq;. Similitervult facere nobis diabolus: vt non simus apti ad pugnãdũ sicut miles qui non [illegible] oculum dextrum.

¶ [illegible]ertia feria. Rubrica.

Omo per orationem pacificatur deo.

Ertia feria agit de oratione ꝛ sumitur introitus de psalmo q̃ est oratio. Domine refugiũ fact⁹ es nobis. Pugnamus em̃ orãdo. Unde Jesus naue in deremo pugnabat: ꝛ Moyses orabat merito qui pugnabat nõ deficiebat: q; ille orando vincebat. xxxviij. dist. siqs vult. Epistola ꝓ Querite dñm ꝛc. Esate. lv. c. docet nos orare: ꝛ inuitat nos ad orationẽ. Querite dñm scz derelinquẽdo vitia ꝛ pctã: q; mitis est ad ignoscẽdũ. Nõ em̃ cogitationes mee cogitationes vestre. Quevero sint cogitationes eius ostẽdit Ieremias dicẽs. Ecce ego cogito cogitationes pacis ꝛ nõ afflictiõis. Si em̃ ex vero corde rogatur ꝛ queritur statim pacificat quãtucũq; deliquerit in eũ homo: ꝛ hoc dũ inueniri potest: scz in presenti. Ecce ostẽditur effect⁹ orationis: q; per eam homo pacificatur deo. Idez etiã habetur per euãgeliũ. Cũ intrasset Matthei. xxj. capitulo in quo dicit. Postq; eiecit emẽtes et vendẽtes de tẽplo dixit. Domus mea: id est hõ in quo habitat: domus oronis vocabit. In epistola monemur ad petẽdũ vt habuet i nobis. In euangelio vt det nobis eterna gaudia Cetera q̃ in graduali i offerẽda ꝛ poscõmuniõe cãtant̃ sunt grẽtiũ dñm orones ꝛ cõsolatiões ꝛ gratiar̃ actiões.

¶ De quarta feria. Rubrica.

Septuagesimus numeri significatio.

Quarta feria in q̃ puilegiata sit.

Quarta feria est de ieiunio: sed quia illa dies est septima a capite ieiunij Septimus aũt nũerus ꝛ septuagesim⁹ idẽ significat. Idẽ ei significat numer⁹ multiplicat⁹ ꝛ nũer⁹ multiplicãs. Septuagesimus vero significat liberationẽ a captiuitate: ideo in introitu qui est Reminiscere ꝛc. petit liberationem scilicet que habetur per ieiuniũ: ꝛ in epistola ꝛ in lectiõe monemur ad ieiuniũ exẽplo moysi ꝛ helye. Lectio que legitur ꝓpter ordines sumpta est Exod. xxxiij. c. Ascẽde ad me in mõtem ꝛc. Epistola vero de tertio Regum. Venit helias ꝛc. Quale autẽ ieiuniũ debeat esse. s. spũale mõstrat nobis p ieiuniũ moysi: vtilitas ꝓ per helyã. In azimo em̃ cibo peruenitur vsq; ad mõtẽ dei oreb: id est ad altitudinẽ mẽse illius quãdo comedem⁹ supra mensam patris xpi in regno suo. Per ieiunium quidẽ tra diei temperat̃ ꝛ mitigatur: q; ostẽditur per euangeliũ Matth. xij. capõ. Accesserunt ad iesum ꝛc. in quo habetur de niniuitis: qui tram dei tẽperauerũt per ieiunium suum. ¶ Et nota q; in hac feria solẽnitas ieiunij duplicat̃: q; ieiunatur tã ratiõe quadragesime q̃ ratiõe ieiunij quattuor tẽporum: quia vero pentrẽtium aspertus ieiunantium corpora desiccant̃: in his nõ habitat sicut dicitur in euãgelio. Spiritus immũdus qui ambulat per loca arida: querẽs requiem: ꝛ nõ inuenit. Corpora ei ieiunio desiccata fastidit: ideo ad ieiunia libẽtius appetẽda moysi ꝛ helye premittũtur exẽpla: quorum vterq; in singulis lectionib⁹ quadraginta dieb⁹ ꝛ quadraginta noctib⁹ ieiunasse perhibetur. Itaq; propter ieiunij geminationẽ. s. quadragesime ꝛ quatuor tẽporum duo versus in graduali ponunt̃. Ea que in itroitu: graduali: tractu: cõmunione: ꝛ offerẽda cantantur: sunt consolationes ꝛ oratiões: vt ieiunãtes a tribulationib⁹ eripiãtur: ꝛ ne his qui ieiuniis affligũtur inimici dominentur. Hec quarta feria in hoc priuilegiata est: q; illi qui in sabbato sequẽti ordinãdi sunt interrogãtur de scripturis sacris: ꝛ examinãtur: de quo ꝛ quare due lectiones legunt̃ ad missam sub quarta feria tertie hebdomade aduẽtus dictũ est.

Confessio triplex.

¶ De quinta feria. Rubrica.

Uinta feria est de cõfessione: per quã etiã pugnatur ꝛ est introitus. Confessio ꝛ pulchitudo. Est autẽ triplex cõfessio. s. fidei peccati ꝛ hũilitatis. Qui habet hãc cõfessionẽ pulchitudo est in cõspectu eius. In cõspiciendo em̃ deum humiliamus nos ꝛ deo similes sumus imitãdo ipsum. Epistola vero: scz Orauit esdras ꝛc. sumitur de esdra. ix. ca. in qua est oratio esdre ꝛ cõfessio qui orauit: sicut etiã Danel orauit. Peccauimus ꝛ iniuste egimus ꝛc. ꝛ per istam cõfessionẽ meruerũt remissionẽ peccatorum: ꝛ ita ostenditur effectus cõfessionis. In aliis ecclesijs legit epistola Fact⁹ est sermo domini. Ezech. xviij. ca. que etiã loquit̃ de effectu cõfessionis euãgeliũ. Egressus inde iesus ꝛc. Matth. xv. c. est de muliere chananea: q̃ per cõfessionẽ fidei cum dixit. Domine adiuua me: ꝛ per

cōfessionē humilitatis cum dixit. Nā & catelli &c. merum filie sue sanitatē: & dictū est ei. Mulier magna est fides tua: quidā autem legūt euāgeliū in quo iudei gloriātes q essent filij abrahe cōuincuntur nō esse filij abrahe; qi nō faciūt opera eius: sed esse ex patre diabolo: eius opera facīēdo: vel vt quibusdā motis est legitur euangeliū: qō alij legūt feria quinta sequētis hebdomade: de diuite q apud inferos cruciatur: patremq vocās & deprecans abrahā nō vt filius exauditur. Huic cōsonat illud prophēticum qō in epistola promittitur: q si vir iustus genuerit filium sanguinem effundentē & vniuersa detestanda facientem: ipse quidem in iustitia sua viuet. Filius autē eius q operatus est iniquitatē morte morietur. Cetera que sunt in introitu: graduali: & offerēda: sunt laudes & ōfones iusti. Cōmunio. Panis quē ego dedero. Joannis vi.c. declarat: vnde iustus viuat: scz de carne christi.

Quinte feria propria olim nō habebant officia: sed a dominicis estiualibus officiabātur

¶ Et attende q quinte feria propria olim nō habebant officia: sed a dominicis estiualibus officiabātur: & earū euangelia nō sunt de ieiunijs instituta sz de diuite & Lazaro & vidue filio suscitato. Olim etenim nō ieiunabāt: sed vt in dominicis solēnizabāt: sed postmodū a gregorio iunioze quadragesime fuerunt adiuncte ieiunio: prout dictū est sub septuagesima & in officio sitate. Et inde est qd varietas epistolarum & euangeliorum in quintis feriis reperitur: de hoc dicetur sub quinta feria sequentis hebdomade.

¶ De sexta feria. Rubrica.

In sexta feria q̄ est nona dies ieiunij q̄ numerus est angelicus petit ecclesia liberari ab oīb⁹ tribulatiōib⁹: & est introitus. De necessitatib⁹ &c. fit hoc p angelos & maxime per angelū magni consilij: & ideo legitur euangeliū Joan. v. ca. Erat dies festus &c. In quo dicitur q angelus domini descendit in piscinam: & mouebatur aqua: & sanabatur vnus: ideo vn⁹ qz tm̄ vnitas ecclesie sanat. Sed ne in contradictione peccemus sicut iudei q dicebāt illud prouerbiū ironice. Patres nostri mā ducauerunt vuam acerbā in deserto: & dentes filiorum obstupescunt: id est nos punimur propter hoc quod nō est iustū: ideo legit epistola de Ezechiele. xviij. ca. Anima que peccauerit ipsa morietur. Filius nō portabit iniquitatē patris: nisi imitetur patrem in malitia. Vindicat enim dñs iniquitatē patrum in filios in his qui oderunt eos: extra de regu. iur. nisi. j. q. alij. per totum.

¶ De sabbato. Rubrica.

Hostea vero nō restat nisi sabbatism⁹ & est epistola de sabbato mētis. Fratres hortamur vos. Per sabbatū vero mentis venitur ad sabbatū eternitatis: & ideo dicitur euangeliū de trāsfiguratione domini: in qua apparuerunt tantum moyses & helyas: quorum exēplo animatur ecclesia ad ieiunū. In missa huius diei: lectio prima est. Orauit moyses. Deuteron. xxv. c. Secūda est. Dixit moyses filijs israel. ibidē em̄. xj. ca. Tertia est. Orationē faciebāt. ij. Machab. j. ca. Quarta est. Miserere nostri. Ecclesiast. xxxvj. c. Quita est angelus dñi. De qua dictum est sub quarta feria tertie dominice de aduētu. Qi ergo pro ordinandis orat ecclesia cātat introitū. Intret in cōspectu &c. & graduale Propitius est &c. & Protector noster aspice &c. & Cōuertere dñe &c. & Dirigatur domine oratio mea &c. & Ad dñm cum tribularet clamaui & exaudiuit me &c. Ad quinq lectiones flectit genua: vt quinq sensus ordinando & a domino dirigantur. Qz pro diaconi & sacerdotes tanq perfectiores eternis intēdere tenent: inde est q ante sextam lectionē siue ante epistolam nō dicitur. Flectamus genua sicut nec ante euangeliū. Hoc etiā fit propter reuerentiā apostolice lectionis: & propter eādem etiam causam ad orationē super populum genua nō flectimus: sed solum caput inclinamus. Rursus qz multū valet deprecatio ecclesie assidua: quis em̄ est qui nō audiatur in tribulationib⁹? idcirco quinto loco legit lectio de trib⁹ pueris de camino ignis liberatis: & sequunt gratiarū actiones in cātico Benedictus es dñe &c. Qz pro officium predicationis etiam ad subdiaconū pertinet: idcirco sequitur epistola pauli. j. ad Thessalo. vlti. Rogam⁹ vos corripite inquietos: cōsolamini pusillanimes &c. Officiū em̄ predicatoris est alios corripere: & reliqua facere q̄ in epistola ipsa docent: & ita epistola ipsa pertinet ad ordinatos saltē in sacris. Deinde sequitur tractus. Laudate dominum oēs gentes: laudate eum omnes populi. in quo oēs inuitamur ad dei laudem: qui ministros suos sua misericordia cōfirmat. Tract⁹ ergo et cāticum Benedictus est. sunt ordinatorum. Et quia sacerdotes in virum perfectum cōmutari debent: quorum ministerio panis & vinū trāssubstātiātur in corpus & sanguinē domini: ideo legitur euangeliū de trāsfiguratiōe. Assumsit Jesus Petrū &c. Matth. xvij. c. Debent em̄ transfigurari: ita q̄ eis nō appareat nisi resurrectio dei. Sed qz in psenti vita sine tribulatiōe: aut vix aut nunq esse possum⁹: & propterea semper ad dominum clamandum est: inde est q sequitur offertorium Domine deus salutis mee &c. & postcōmunio Domine deus in te speraui &c. Priuilegiatum est hoc sabbatum. quia in eo ordines celebrantur.

Depulcatio assidua ecclesie multum valet.

Predicatoris officium est alios corripere.

¶ De secūda dñica quadragesime. Rubrica.

Hec secūda dominica intitulatur dñica vacat. pro eo q̄ propio caret officio: ideo autē caret proprio: quia cum in precedēti hebdomada occurrāt quatuor tempora: in quorum fine ordines celebrantur: habebat antiqua ecclesie institutio: vt post finē diei sabbati inciperet officiū ordinum: & in die dominica terminaretur: & ita officiū quod in fine diei sabbati incipiebatur: vsq in diez dominicā protēdebatur: & sic tunc ipsa dominica proprio carebat officio. lxxv. distinctiōe qō a patribus. extra de tempo. ordi. literas. verū quia difficile erat a sexta feria vsq in diez dominicā nil comedere factū est: vt in sabbato ordines celebrent: & in die dominica que vacat officio: officiū quarte ferie precedētis repetatur. Potest etiā dici q ec-

desia suspendit organa sue in hac dñica: que est quinta a septuagesima: ad similitudinē populi q̄ existens in captiuitate: nec altare nec templū habuit: immo organa sua suspēdit; quare ꝓpriū nō habet officiū. Sicut autez dominica ista vacat ab officio proprio: ita z oēs quinte ferie quadragesime quōdā proprio carebant officio: put sub quinta feria dicetur. Et attēde q̄ hec dominica vacat solū cantu diurno: nec vacat oīno officio: nec euāgelio: z ideo solū in graduali debet intitulari dñica vacat: z nō in antiphonario: nec in euangeliario: z in quibusdam eccl̄e sijs dicitur euangelium. Egressus. quod dictū est in prorima quinta feria in alijs assumpsit iesus petrū. Verum in precedēti dominica dictū est q̄ in ipsa dominica armauit dñs militem suum quattuor cardinalibus virtutibus: z gladio verbi dei. Sed q̄ vt premissum est in secūda feria pugna libēter nō suscipit: nisi premiū ostēdatur: ideo agitur in hac secūda dominica de benedictione que est quintuplex: scz benedictio liberationis gratie augmēti: gratie contēplationis z glorie. Quia vero benedictio ista ꝑpetratur per orationē: ideo dominica ista cōsistit in oratione. Ād dicit in introitu. Reminiscere miserationum tuarū domine z c. petens cantu lugubri liberationē a vitijs z peccatis: z spiritibus immūdis. Hec est prima oratio: z prima dei benedictio: scz liberationis. In epistola vero que est Rogamus vos z c. j. Ad Thessalo. iiij. petit sibi dari secundā benedictionē scz gratie: siue gratiā ad bene ambulādū z bene agendū dicens. Hec est enim voluntas dei: vt digne ambulemus: vt sciat vnusquisq̄ vas suū possidere in sanctificationē: scz vt sit celeste corpus: z celestia appetat: z in honore scz vt sit deo dicatū templū: q̄ sedes dei z templū spiritussancti sunt nostra corpora: vt ait apostolus. Omnis qui caste z pie viuit templū dei est z spiritussancti sedes. Et in hac sola dominica idem est graduale z tractus: eo q̄ ipsa tota consistit in oratione liberationis. Oratio exprimit laborem z planctum que duo significātur in graduali z tractu. Est aūt graduale tribulationes z c. Tract⁹ est de necessitatibus z c. Alij autem dicunt tractū. Dixit dñs mulieri: qui est Matthei. xv. capitu. Tertia benedictio est benedictio augmenti gratie. Quarta cōtēplationis. Quinta benedictio glorie. Quia ꝑ ho benedictiones hmōi nō habentur vel conseruantur sine magna lucta: ideo i nocturno officio de lucta iacob cum angelo: z in vtero agitur: vt exēplo iacob supplantemus fratres nostros malos: scz si quid nobis inferūt iniurie dissimulantes: z fit pugna ista in vtero rebecce: id est ecclesie. Rebecca enim gratia interpretatur. In primo responsorio in nocturnis agitur de augmēto gratie. Dixit enī Ysaac ad filium. Tolle arma tua pharetram z arcum z c. arma predicatoris sunt sacre scripture q̄ dicuntur pharetra: q̄ de eis sumuntur sagitte ad percutiendum diabolum. Jacob igitur: id est verus predicator venatur z interficit homines bona venatione z interfectione: scilicet per arcum sacre scripture: z in se occidit bestias: id est vitia et peccata: scilicet porcū luxurie z c. z tunc cenat cum eo ysaac. i. risus scz dñs qui delectatur in talib⁹. Sūt enim ei delitie cenare cū talibus. Unde secūdum respōsoriū. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. i. paradisi: hoc etiā est id quod supra dicit apostolus. Ut sciat vnusquisq̄ vas suuz possidere in sanctificatione z honore. Sequit versus. Qui maledixerit ei sit ille maledictus. Dēs enī qui populo x̄piano iuniori maledicūt: maledicti sunt: vt tu dei gentiles z alij. In tertio respōsorio dr. Det tibi de⁹ de rore celi z de pinguedine terre abūdantiā. Esto dñs fratrū tuorum z seruiant tibi tribus et populi. Hec benedictio datur ecclesie: vt omnib⁹ populis dñetur. Ista vero tria rīsoria sunt septimi toni: ad significādū q̄ ipsa ecclesia ꝑpetrat nobis gratiā septiformē spiritussancti. ¶ In secūdo nocturno in quibusdā eccl̄esijs est respōsoriū Si dñs z c. In cuius versu dicitur Jacob erexit in titulū lapidem oleum fundens desuper: quod nos facim⁹ cū imitatione x̄pi bona agimus: vngimus enim eū per fidē: cum ipsum hominē plenum gratie esse credim⁹: z duo respōsoria sunt de primo: z vnū de sexto tono: q̄ de christo agūt qui est principiū z finis: z in sexta etate vnctus fuit oleo letitie pre participib⁹ suis. In septimo vero respōsorio orat Jacob. Erue me de manu fratris me: quia valde eū timeo. Valde enī debet timere sanct⁹ ne corrūpatur a malis. In octauo respōsorio agitur de benedictione contēplationis. Unde ibi loquit de lucta Jacob cum angelo: quia per orationē debemus luctari cum domino: donec habeam⁹ stabilitatem cōtēplatiōis: z dixit et angelus. Dimitte me aurora est: id est satis habes fidē vel charitatē vel gratiā. Nec debem⁹ dimittere donec de luctatiōe contra vitia faciat nos contemplatiuos: quia regnum celorū vim patitur: z violēti rapiunt illud. Tunc autē videt sine nubilo peccati. Ād in nono responsorio dicit Iacob. Vidi dñm facie ad faciem id est sine nubilo peccati: nō sine velamine creaturarū. Hac ratione ecclesia parisiensis dicit legere hac die euāgelium de transfiguratione: que est benedictio glorie: z ita patet q̄ habita bñdictiōe liberationis gratie: z augmenti gratie: z contēplationis: z cōsiderato premio gloue libēter z fortiter pugnant milites christi.

¶ De secunda feria. Rubrica.



Ecūda feria est de oratione. Unde in epistola q̄ incipit Orauit daniel z c. Danielis. ix. Ostenditur quātum valet oratio cū ieiunio. Daniel id est vir desideriorū orauit pro populo suo: z abstinuit a regalib⁹ ciboꝫ: z vsus est leguminibus: z ideo exaudita est oratio eius: sicut et dictū est ab angelo. Sed quia nil valet oratio nisi que fit in cognitione dei: ideo sequitur euāgelium Joānis. viij. Ego vado z q̄retis me z nō inuenietis: dicit dñs iudeis: z iterū. Ego sum desursum z c. Ego nō sum de hoc mūdo z nō cognouerūt eū: z iō adhuc manet i peccatis suis. Ibi diuidit dñs spūales a carnalib⁹: id est aquas q̄ sunt sub firmamento ab his que sunt super firmamentū: z ita huic scōe fe-

Benedictio quo quplex.

Predicatoris arma sunt sacre scripture.

Omnes qui populo christiano iuniori maledixerit maledicti sunt.

ne cōpetit opus secūde diei: z ideo introit⁹ est de secūdo tono. Carnales em̄ nō possunt orare deū: qz nō cognoscūt eū. Nā qui in carne sunt deo placere nō possunt. lxxxij. di. Nēpe ea que in introitu gradualī offerēda z cōmunione cantanť sunt orationes: consolationes: z laudes cōuerse gentilitatis: cui dominus exhibuit intellectum.

¶ De tertia feria. Rubrica.

Jeiunīū laudabile ē vt homo non sit multū curiosus de cibo corporali.

Tertia feria est de opere diei tertie qđ est. Congregent aque omnes in locū vnū z terra fructificet: hoc fit qū hō nō curat de voluptatib⁹ carnis: z ieiunat per charitatē. Jeiunīū laudabile est: vt homo non sit multū curiosus de cibo corporali: vt dr in euāgelio. Nolite solliciti esse sollicitudine: scz suffocāte: z sollicitudine quidēt ie possum⁹ z debem⁹: nō introit⁹. Tibi dixit cor meū: exquisiui te z est tertij toni ꝓpter op⁹ tertie diei. In epla ꝙ factus est sermo dñi z.c. iij. Regū. xvij. c. Mortal ecclesia: vt nō sim⁹ multū solliciti z hoc ꝓpter helyā qui pastus est a vidua saraptena: z a corvo: z ipse etiā pauit viduā dicēs. Nō deficiat farina hydrie id est gratia de corde: z oleū de lechito: id est gratia seu vncto spūalis desuper. Hoc idē hortat per euāgelīū. Super cathedrā moysi z.c. Matth. xxiij. c. vbi sequit. Unus est magister vester: z vn⁹ est pater vester qui in celis est: qui hz curā de oibus. Rursus sareptena mulier in introitu affectū ad xpm ostēdit dicēs. Tibi dixit cor meū. In gradualī seipsaz̄ solat z hortat dicēs. Jacta cor tuū In offerēda misericordiam petit. In cōmunione quasi secura se mirabilia narraturā ꝓmittit dicēs Miserere mei deus: z narrabo mirabilia tua.

¶ De quarta feria. Rubrica.

Penitētia timore iudicij conc̄pitur.

Quarta feria est de penitētia que feria est dies penitētie. In illa em̄ tradit⁹ est saluator. Et ostēditur in epistola. Orauit Hester z.c. hester. xiij. c. quātū eā oratio faciat efficacē. Per ofonez Hester que cū regina existeret induta fuit cilicio impetrauit suspēsionē Amā in patibulo qđ parauerat mardocheo. Quia vero penitētia cōcipit ti more iudicij: iō de psalmo penitētiali q̄ intitulat ꝙ octauā resurrectiōis scz. Dñe ne in furore. sumit introitus. Ne derelinquas me dñe z.c. qz vero non valet penitētia: nisi imitet xpm: iō sequit euangelīū. Ascēdēs iesus z.c. Matth. xx. c. de cruce christi: vbi habetur. Ecce ascēdimus hierosolymā: et sequit ibidē de filijs zebedei q̄ petierūt vt vnus sederet a dextris z alt⁹ a sinistris: z dixit eis dñs. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum z.c. qui nō bibit de calice glorie: z postponit se christ⁹ apostolis in exemplū qui de hoc trascebantur.

¶ De quinta feria. Rubrica.

Quinta feria est de piscibus z aub⁹ id est de nō cōfidentibus in dño: z cōfidētibus in homine: de quibus habet in epistola. Maledictus homo q̄ cōfidit in homine Hieremie. xvij. c. z ponit carnē brachiū suū z.c. z posit benedict⁹ vir qui confidit in dño. Et hec ostēdūtur per euangelīū. Homo quidā z.c. Luce. xvj. quod est de diuite et Lazaro. Dives enim nō cōfidebat in dño z ideo in inferno positus est. Pauper vero confidebat z ideo in sinu abrae requiescit in offertorio Precat⁹ est Moyses z.c. ostendit ꝙ oratio tusti efficax est. Moyses em̄ erat omis: qz māsuetissimus hominū fuit: z est forma ieiunij: z placationē impetrauit super irā qua dñs iratus erat iudeis ꝓpter vitulū conflatilem. Rursus quidā hodie legunt euangelīū: in quo docet dñs nō in hominis: sed solius dei testimonio cōfidendū: de seipso enim loquens ait ex̄m carnis fragilitatē. Si ego testimoniū phibeo de memetipso testimoniū meū nō est verū: z infra: ab hoie testimoniū nō accipio. z infra. Habeo testimoniū maiꝰ Joāne. Hīs ꝓsonat premissa lectio de hieremia. Maledictus homo qui confidit in homine z.c. et infra. Benedictus vir qui confidit in domino. Confidens igitur orat in introitu: et in gradualī: z etiā in offerenda in persona Moysi: in qua fit verborum repetitio: quia sepe ad dominū pro populo intercessit: de hoc etiaz dictū est sub scōa dñica post epyphaniā. Cōio. Qui manducat. Joā. vj. c. ostendit quid vtilitaz proueniat cōfidēti. s. q̄ in xpo maneat: z xps in eo: z hec cōmunio bñ ꝓgrueret sabbato añ dñicā palmaꝝ. Confidēti qđ vtilitatis proueniat.

¶ Notādū aūt est q̄ sicut p̄cedēs dñica vacat ab officio ꝓut ibi dictū est: ita z oēs quinte ferie in quadragesima quōdam ꝓprio carebāt officio: excepta forte quinta feria cene dñi. Illa tñ mutuat introitū a tertia feria illā p̄cedēti. Nā sicut q̄libet q̄nta feria auctoritate Melchiadis pape de cōsecra. di. iij. ieiuniū soluta erat a ieiunio: ita z ab officio. Añ beat⁹ Grego. nullū in quinta feria instituit officiū nihilominus tamē hore z matutine ac vespertinū officium cātabantur. Unde necessariū [illegible] sup Benedictus z Magnificat. antiphonē euāgelijs aliorum dierū sumpte dicerentur: sed Gregorius. ij. instituit ieiunium z officiū quinte ferie: ea que tamē prius instituta erāt de matutinis z vespertinis officiis nō mutauit: z ide est q̄ antiphone q̄ cātant sup Benedict⁹ z Magnificat in q̄ntis feriis nō cōsonāt euāgelijs illi⁹ diei. De hoc i quinta feria precedentis hebdomade dictum est.

¶ De sexta feria. Rubrica.

Sexta feria agit de opere sexte diei in qua fact⁹ est homo: hortat nos eccl̄a ad māsuetudinē z patiētiam: vt oēm irā de cordib⁹ nostris remoueamus: z hoc exēplo Joseph z xpi. Et est epistola. Dixit Joseph. Geneseos. xxxvj. ca. de Joseph qui multa passus est a fratribus suis: z tñ sublimatus est velint nolint. In euāgelio Matth. xxj. monemur ad predicta exēplo christi. Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam id est iudaicū populū per doctrinā legis: ad vltimum misit filiū suū ad cultores vinee ad quos pri⁹ miserat seruos quem interfecerunt. Per hec aūt scilicet māsuetudinē z patientiam satiabimur in futuro: vnde introitus est. Ego aūt cum iustitia apparebo in conspectu tuo satiabor dū manifestabit gloria tua Ad tolerādas etiā persecutiones ꝓpter iustitiā

hortaf in graduali Ad dñm cū tribularer. z i offer torio. Dñe in auxiliū. z cōtione Tu dñe seruabis.

¶ De sabbato. Rubrica.

Sabbatū de cōuersione vel cōfessione per que cessat hō ab ope seruili: z sic sabbatizat z recipit benedictionem a dño qui būdixit diei septimo. Ad hoc aūt instruimur per legem dñi z gram spiritussancti: vnde introitus est de lege lex dñi z c. et est primi toni: qz cōuersio ad deū est principium bone vite. vñ sequit Cōuer. alias. Sequitur iustitie dñi recte letificātes corda: qz dāt sabbatū spirituale: z hec principaliter habentur per gratiā qō ostēditur p epistolā. Dicit Rebecca z c. Gen. xxvij. ca. i qua habet qz rebecca monuit Jacob vt offerret patri suo Jsaac duos hedos. Per rebeccā gra intelligitur q nos monet: z inspirat nobis offerre deo abominationē de pctō z confessionē que per hedos designatur. Hedus em aial fetidū est. z hz carnes sapidas. Cū em homini fetet pcm suū cōfiretur illud qō valde placet deo z angelis eius: quia gaudiū est angelis dei sup vno peccatore penitentiā agēte. Sequit aūt in epla. De rore celi. i. de gra celesti: z de pinguedine terre. i. abūdātia tē poralū sit būdictio tua: z pponit de rore celi: quia bona spiritualia preponūtur tēporalib⁹: et postea sequitur de pinguedine terre: quia primū querite regnū dei: z hec omnia adiciētur vobis. Boni eī omnia habent. Unde apostol⁹ Tamq̄ nihil habētes z oīa possidentes. extra de puule. nimis. Mali similiter petunt benedictionē qui per Esau designantur: sed qz ipsi preponūt temporalia spiritualib⁹: dicitur eis. De pinguedine terre et de rore celi erit benedictio tua. Et si enim habeāt aliqua spiritualia: tamē eis preponūt temporalia. Sequitur responsorium. Bonus est confiteri domino z c. quasi dicat ecclesia. Ex quo per conuersionē z confessionē peccati et reprobationez habetur benedictio et tēporalia z spiritualia. Bonū est cōfiteri dño. Itē habet in euangelio. Luc. xv. Homo quidā habuit duos filios: z petiit vnus dicēs. Da mihi partē hereditatis que me contingit: z diuisit illis substātiā suā et post ille cōsumpsit omnia: postea fuit tanta fames in terra ad quā venit: vt compelleret fame esse porcari⁹. i. subulc⁹: z dixit reuersus ad se. Quā ti mercenarij z c. Quādo em homo oīa bona sua amisit per peccatū nō habet quid comedat: z permittit ita deus ipsum cadere: vt arguat eū malitia sua: vt legit Hiere. ij. circa medium: z moriat fame z dicat quod sunt scilicet in ecclesia: qui habēt locūditatē mentis: z ego fame pereo: reuertar in domū patris mei. vnde in Exo. ix. habet qz egyptij cōpellebāt filios israel exire de egipto: tunc recipit z datur ei prima stola: id est gratia: z ita i euāgelio habetur de cōuersione. ¶ Rursus tā in euāgelio vbi habet de duob⁹ filijs qō in epla vbi agitur de Jacob z Joseph duoz populoz. iudaici videlicet et gētilis significatio ptinet. Judaic⁹ gratiā spiritualem amittit: gētilis vero cōuersus ad penitētiā de lege domini in introitu gloriat z cātat. In gradu li vero dño cōfitetur: z laudat in offerēda oculos suos petit illuminari. ne dormiat vt inimic⁹ nō preualeat et. ¶ Et attende qz rationabiliter in secūda quadragesime hebdomada legitur euāgelium de filio prodigo reuertēte ad patrē: quia gentilis pplus per doctrinā legis z euangelij ad creatoris cultū reuertitur: z quiuis penitēs per fidē z operationē vel per duo precepta charitatis dño recōciliatur: communio est Oportet te. Lu. xv.

¶ De dñica tertia quadragesime. Rubrica.

Tertia dñica est confessionis z quarta refectionis: sicut em supra dictū est dñs in prima dñica quadragesime armauit militē suū in scda ostēdit premiuz ammodo ergo nō restat nisi vt ostendatur vta: qz per cōfessionē z refectionē illuc venitur. ē ergo dñica ista cōfessiōis. Est aūt duplex cōfessio. s. peccati z laudis: quas habere dz hō. Per humilitatē em confessionis expectat hō a deo oīa que expectat. s. liberationē z donū gre: z oīa alia bona. vnde introitus Oculi mei semp ad dñm z c. et est septimi toni: quia per septiformē gratiā spiritussancti euellitur hō de laqueo diaboli: per confessionem em scrutantur mala: z ideo fit statio ad sanctū Laurentiū: qui per confessionē liberatus est. Hec humilitas liberauit Joseph de manib⁹ fratrum suorum z de carcere: z ideo cantatur in officio nocturnali. Adhuc dñica ista sexta est a dñica lxx. z sexta feria dñs crucifixus est: z ideo fit mētio de passione dñi que per Joseph significetur: et ita etiam ipsi diei cōpetūt que dicti s. Ita xp̄s per humilitatē liberatus est ab insidijs fratrum suorū. i. indeoz: z exaltatus in toto egypto. i. in mundo: z ita que literaliter acta sunt circa Joseph spiritualiter sunt facta ergo xp̄m. z nocturnuz officium ordinez comitatur hystorie. Cum em precedenti dñica cantatū fuerit de Jacob: in hac succinte de Joseph qui venditus a fratrib⁹ illos in fame ditauit: z xp̄s a iudeis crucifixus sua morte humanū genus redemit: z redimendo a demonio liberauit. prout in euangelio legitur hodierno: ceterū qualis debeat esse cōfessio ostēdit apostolus in epistola. Fratres imitatores mei estote z c. ad Ephe. v. c. Primo em esse dz in humilitate. s. humiliemus nos deo: z ita in nouitate vite ambulemus. Secundo in perseuerantia. s. vt homo non redeat ad vomitum: z vt infamia peccati remoueatur. vñ dicit: fornicatio aūt et immūdicia nō dominetur in vobis z c. hoc fit p perseuerātiā in bona vita. Ad hoc idez hortamur in euangelio in fine: in quo ostēditur qz gratia expellit pcm. Erat inquit Jesus eiciēs demoniū z c. Luc. xj. c. z Matthei. xiij. Jesus. i. gratia. Iste idē demoniac⁹ cecus dr a Matthęo z Beda cecus iquit Beda videt: mutus loquitur. postēssus a demonio liberatur: z cū eiecisset demonium locutus est mutus: quia qñ data est homi⁹ gratia confitetur z loquitur in confessione. Postmodum ostēdit dñs stabilitatem regni sui per indiuiduam charitatem: z instabilitatem regni diaboli. Omne inquit regnum in seipsum diuisum desolabitur: z sic regnum diaboli et suorum qui diuisi sunt a deo destruetur. Sed regnum dei manet in eternum z ita.

Cū hoi ret pec rum ſuū con tet filiō qō val de pla et deo ange is.

Homo debet habere duas cōfessiōes.

Passio domini per Joseph significat

Homo debet p seueranter agere opera cõfessionis: q̃ per ea habebitur regnũ celoꝝ.

simulitat oẽs hoies ad regnũ suũ qõ manet: ꝓpter hoc debet homo perseueranter agere opera confessionis: q̃ per ea habebitur regnũ celoꝝ: & ideo rõsonium est Exurge dñe nõ prevaleat hõ. i. diabolus qui nobis intendit auferre regnũ celorum. hoc igitur intẽdit ecclesia vt simus perfecti in confessione: & sit perfecte moriamur peccatis. vt per bonã vitã etiã infamia peti deleat: sicut dicit dñs per Hiere. Perdam babylonis nomẽ. Hoc dicit: q̃ gsa expellit peccatum & infamiã. Sequitur. & reliquias & germẽ babylonis ciuitatis. i. memoriam delectabilem: vt. s. homo doleat qñ ad memoriam reducet. ¶ Rursus q̃ sicut in euangelio dr. Surdus audiuit & mutus verba dei narrauit: ideo dr in introitu Oculi mei semper ad dñm: & ne iterum deficiat miam implorat subdẽs Respice in me. et in graduali Exurge dñe. Deindevor quondã muti scõa facũdia cuius os aperuit sapientia preces suas ingeminat: & decẽti silitudine in tractu porat dicens Ad te dñe. In offerenda iam loquẽs predicat iustitias dñi rectas: eo q̃ a se humiliato demonũ exierat: sz ad iudaicũ ꝑplm superbiente spiritus immundus redierat: in cõtone de muto factus orator gratulatur q̃ sicut passer inuenit sibi domum & turtur nidum.

¶ De secunda feria. Rubrica.



A dñica precedenti dictũ est q̃ dñs saluat per cõfessionẽ. in hac vero secũda feria ostẽdit q̃ dñs saluat etiã per baptismũ. Sed q̃ baptismus datur ꝑ trinitatem: ideo de trinitate est introitus. In deo laudabo verbum. & ponitur ibi ter hoc nomẽ deus: & est de tertio tono. qõ totum cõtingit propter hoc q̃ loquitur de tri. epistola vero Naamã princeps &c. que est. iiij. Reg. v. c. est de Naamã: quẽ misit rex syrie dñs suus ad helyseũ: vt sanaret eũ: & precepit ei vt in iordane se lauaret septies: & fieret eius caro sicut caro pueri: & ita factũ est. Jordanis interpretatur descẽsus humilitatis in qua ecclia mũdari petit: & hoc facit ad preceptũ dñi querens per humilitatẽ salutẽ in aqua que est ifenior creatura. Postmodũ sequit rñsoriũ Deus laudem meã ne tacueris i quo ecclesia humiliat se per confessionẽ: & est tertij toni rõne predicta. In euãgelio ꝙ dixerũt phariſei ad Jesum Luc. v. ostendit dñs q̃ nõ sunt missi prophete nisi ad humiles: sicut helyseus ad Naamã: & Helyas ad viduam: & ostendit superbiam iudeoꝝ. Postea dixit Jesus autem transiẽs per mediũ illoꝝ ibat. ad significãdum q̃ humilis quicquid sibi fiat viã suam nõ derelinquat.

¶ De tertia feria. Rubrica.



Ertia feria est de oratione et mia per quẽ etiam saluat dñs. Cũ introit⁹ est Dum clamarez ad dñm. Epistola ꝙ Mulier quedã &c. est. iiij. Reg. iiij. ca. de vidua cuius filios creditor in seruitutem redigere contẽdebat: & eius vasa oleo replet Helyseus: dicens ei q̃ de parte olei redderet debitum qõ debebat: & de reliquo ipsa et filij sui viuerent. Vidua est ecclesia cuius spõsus xp̃s nõ est presens corporaliter: sue visibiliter que venit ad xp̃m: creditores sunt demones: vnde diabolus exactor dr q̃ pecuniam. i. immundiciã a nobis exigit cum vsuris. Unde Esa. xliij. ca. Quomodo cessauit exactor quieuit tributum. Sed christus per opera mie liberauit nos ab hutusmodi creditore: et petitur hutusmodi liberatio. in rñsorio Ab occultis meis munda me dñe. Euangelium vero qõ est Matthei. xviij. c. est de mia. s. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum: si ignorat doce: si penitet dimitte: non dico septies: sed etiam septuagesies septies. i. quotiens peccauerit dimitte. ¶ Rursus vidua pro filijs ad Helyseum orans: dicat in introitu Ego clamaui. & in graduali. Ab occultis meis. Demum precibus exaudita gratias agit in offerenda Dextera dñi. Et docet in communione Domine quis &c. quales se debeant exhibere qui volunt oleum misericordie: scilicet qui volunt requiescere in monte ingrediantur sine macula: et operentur iustitiam.

Diabolus dicit exactor q̃ immũdiciam a nobis exigit cũ vsuris.

¶ De quarta feria. Rubrica.



A quarta feria agitur de impletione mandatorum: per quã dñs etiã saluat sed quia per gratiam est impletio mãdatorum: ideo est introitus Ego autem in dño sperabo. Et est primi toni: ad ostendendum q̃ spem debem⁹ ponere in solo deo. epistola vero Honora patrem tuum &c. est de Exo. xx. c. in qua sunt instituta vel distincta precepta domini. Honora patrem & matrem &c. In responsorio vero petitur gratia: in quo ostendit homo infirmitatem suam dicens Miserere mei dẽ quoniaz infirmus sum sana me dñe: quasi diceret non possum per me adimplere mandata. In euãgelio Accesserũt ad iesum &c. Matth[illegible]c. redarguit dñs tactantiam iudeorum: qui mandatis inniteb[illegible] traditionibus hominum q̃ dei: et reprehendebant discipulos dñi de traditionibus legis vel seniorum: quib⁹ dñs dixit Hypocrite &c. nõ lotis manib⁹ mãducare nõ coinq̃nat hominẽ: & ostẽdit per que saluamur & iustificamur. In hac quarta feria fit primo scrutinium: prout in proxima quarta feria dicetur.

¶ De quinta feria. Rubrica.



A quinta feria ostẽdit ecclesia nõ esse salutẽ nisi a dño: & maxime per virtutes. Cũ introitus est. Salus ppli ego sum &c. & est quarti toni propter quatuor cardinales virtutes: epistola ꝙ Factum est verbũ &c. est de Hiere. vij. c. vbi dr: bonas facite vias vestras & studia vestra & hoc propter bona opa virtutũ: & reprehendunt iudei: qui credebant se nõ posse dãnari: q̃ habebant dñi tẽplum: et oẽs alios dãnatos esse dicebãt. Unde sequitur responsorium Oculi omnium. ostendẽs q̃ in solo deo sperandũ est. Euangeliũ vero Surgẽs iesus. Luc. iiij. ca. est de sanatione socrus petri: per quod ostendit q̃ in solo deo sperandũ est: quia ab ipso & ꝑ ipsum salus mẽtis & corporis est. In alijs vero ecclesijs legitur euãgeliũ sequẽtis dominice Abijt iesus. & aliter incipit operamini. in quo in-

properat dñs turbe q magis curabant de salute corporis q̄ mentis: quoniam voluerunt eū facere regem post miraculū factū de saturatione quinq̄ milliū hominū de duobus piscibus ⁊ quinq̄ panibus: ⁊ hortatur eos dicens. Operamini non cibū qui perit: sed qui permanet in vitā eternā. Cui cōgrue premittit premissa lectio Hieremie: vbi dñs promittit se habitaturū cum eis: ⁊ sic quasi regez futurū eorum qui talem cibum fuerint operati: vt calūmā nō faciāt innocentē ⁊c. Sanguinē non effundāt ⁊c. Rursus introitus: scilicet. Salus populi. vox est dñi populū cōsolantis. Graduale offertorium ⁊ cōmunio voces sunt populi de regis gratia cōfidētis. In hac aūt q̄nta feria in qua agit̄ de salute fit statio ad sanctos Cosmā ⁊ Damianū q̄ medici fuerūt: ⁊ homines corporaliter ⁊ spūaliter sanabāt: ideo de ipsis fit mentio in collecta.

¶ De sexta feria. Rubrica.

Sexta feria que est dies crucis ostēditur q per crucē est sal⁹. Unde introitus est. Fac mecū signū in bonum: id est crucē. ℣ Maiorē charitatē nemo h̄z id est maius signum charitatis: q̄ vt animā suā ponat quis pro amicis suis. Epistola vero Cōuenerūt ⁊c. que est Nu. x. c. est de Moyse: qui bis percussit petrā: ⁊ fluxerūt aque: vt biberēt hoies ⁊ iumēta. Per binā percussionē duo ligna crucis intellige: petra xp̄s est: ⁊ fluxerunt aq̄ doctrinarū ⁊ gratiarū: vt possit bibere totū gen⁹ hūanū Respōsoriū est. In deo speravit cor meū ⁊ adiutus sum: q̄ in sola cruce perfecta est humani generis saluatio. In euāgelio vero. Venit iesus i ciuitatē ⁊c. Jo. iiij. c. ostēdit dñs q̄ nō solū pro nobis crucē sustinuit: sed ⁊ mītos alios labores. Ūñ sequit ibi iesus ergo fatigatus ab itinere ⁊c. ⁊ dicunt ibi puteo in quib⁹ instruxit dñs samaritanā: q̄ patēt in euāgelio: ⁊ ī respōsoriū est octaui tont. Cōmunio est. Qui biberit. Jo. iiij. capitulo.

In sola cruce perfecta est human generis salvatio

¶ De sabbato. Rubrica.

A sabbato vero ostenditur q dñs saluat per iustitiā ⁊ misericordiā. Unde epistola. Erat vir. Danielis. xiij. c. loquitur de Susanna que saluata est p iusticiā. Euangeliū est de muliere deprehensa in adulterio: quā dñs liberauit per misericordiā. Ecce quomodo euangeliū ⁊ epistola cōcordāt. Quia ergo adultera in euangelio saluata est per misericordiā: ideo videns ecclesia infirmitatem filiorū suorū petit se liberari per misericordiā in introitu dicens. Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum: ⁊ est quinti tont: propter quinq̄ que ponunt in collecta: que est talis. Presta q̄sumus omnipotēs deus: vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent: sectādo iusticiā a culpa ieiunēt: id est a delectatione q̄nq̄ sensuū sicut Daniel Susanna ⁊ Joachim. ℣ Misericordiā dei nō cōsequent qui sic nō ieiunāt. Sequitur versus introitus semiplenus: scz. Rex me⁹ ⁊ deus meus. Et ideo notandū est q in introitib⁹ aliq̄n duplex versus ponitur: aliquādo dimidius frequentius vnus: duplex vt in introitu defunctoz. Requiē: versus. Te decet ⁊c. ⁊ alius. Exaudi oratione meā ⁊c. q̄ oramus pro defunctis ꝓpter sollā corporis ⁊ alie quas rogamus eis dari. Dicitur etiā secundus versus: q̄ succedit in locū illius versus Gloria patri. qui in officio defunctoz̄ tacetur pro eo q̄ mortui trinitatem vlterius laudare nequeunt. Ad cuius laudē pertinet iste ℣sus. Sepe vero vnus dr: quia ad vnum tm̄. s. ad deum vertere nos debemus. Dimidius aūt hic ponitur: quia qui miam dei impetrat: suam debet imperfectionē in operib⁹ confiteri: psalmus tm̄ opus significat. Post epistolam sequitur trisoriū Si ambulē ⁊c. q̄ sic ei rñdet: quem dñs liberat nullus ei nocere potest: igitur si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala ⁊c. vmbra mortis est mors tēporalis. q. d. ⁊ si transeam per mortē temporalē: non est timendū: ex quo deus adiuuat: ⁊ equit̄ versus Virga tua ⁊ baculus tuus ipsa me consolata sunt quia tribulationes dñi consolantur hominē bonum. Est autem primi toni: quia in solo deo ponēda est spes. In euangelio ℣o Perrexit iesus Jo. viij. ostendit se dñs auctorem mīe: cum dicit mulieri adultere Vade nolī amplius peccare. Ite mīa fuit quando dixit. Qui sine pcō est vestrum primus mittat in eā lapidem. iij. q. viij. qui sine. In offertorio petit similiter per misericordiā liberari cū dicit Gressus meos dirige. et pertinet ad octauam resurrectionis: postcōmunio vero ad beatitudinem que est Nemo te. Joan. viij. ca. Illud autem notādū est q̄ in huius sabbati completorio antiphona Media vita cātatur: eo q̄ nunc mediana quadragesime incipiat hebdomada: qui ℣o eā in p̄cedenti sexta feria cantant: numerū dierū ieiunijs afflictorū attēdunt. Hanc itaq̄ sub breuitoquio duximus exponēdā. Media vita xp̄s est. ipse enī mediator est dei ⁊ hoim. x. dist. qm̄. Ipse est via veritas ⁊ vita. viij. dist. qui contenta. Ipse quidem sanctus ipse deus: ipse fortis: ipse misericors ⁊ saluator. Ad xp̄m ergo sermo dirigitur. O media vita i. o ihuste. Vel media vita sancta trinitas est q̄ in se vita. ⁊ nobis vita media. i. sufficiens ⁊ cōmunis ad quem sermo dirigitur. O media vita. i. o sancta trinitas: ideoq̄ subdistinguitur sancte de⁹: sancte fortis: sancte misericors saluator. i. pater ⁊ filius et spūsctūs: a quo ⁊ per quem ⁊ in quo saluamur et ideo saluator etiā trinitas appellatur. Ad quē cūq̄ tamen sermonem dirigimus: adiutoriū querim⁹: q̄ in morte sumus in miserijs presentis vite petimusq̄ ne tradat nos amaritudini mortis eterne vel supple o dñe existentes in vita media sum⁹ in morte. Prima vita fuit iustitie ⁊ innocētie: in q̄ creatus est homo. Scda est vita peccati ⁊ miserie in qua lapsus est hō. Tertia erit vita immortalitatis ⁊ glorie ad quam reparabitur homo. Nos igit̄ dū sumus in media vita: sumus in morte: quia vita peri mors est vite iustitie: ⁊ tō querimus adiutorem. Alie ecclesie dicunt medio vite: q̄ cūm nūc est medium quadragesime que vitā presentem: que sine peccatis non ducī representat: merito dicitur antiphona ipsa In morte. i. in peccatis que ducūt ad mortem. Et quia in epistola fit mentio de Su-

Dominus salvat p iustitiā et misericordiā.

Et quez dominꝰ liberat nullus nocere potest.

salutis: ideo propter equiuocationem vocabuli fit hodie statio apud sanctam Susannam.

¶ De quarta dñica quadragesime. Rubrica.



Equitur dñica quarta: in qua agitur de superna hierusalē: z qz in terrā illā venit eo duce quo filij israel venerūt in terrā promissionis: put sub septuagesima dictū est: ideo nūc legit. Exo. vbi dicit dns. Videns vidi afflictionē populi mei qui est in egypto: z descendi vt liberarem eos de manu pharaonis: sicut aūt dñs liberauit populum per plagas missas cōtra pharaonē: similiter z per plagas liberat de manu diaboli: qui nō vult dimittere nos nisi in manu forti: vt ibi habeā. Prima plaga est cōuersio aquarū in sanguinem per quaz peccatū infidelitatis significatur. Per alias plagas significaī qz homo p multas tribulatiōes z penas quas hz dū moratur in peccato cogitur redire ad dñm: sicut de filio ꝓdigo legitur. Legit ergo Exo. qz per fidem est exitus a seruitute diaboli: z per baptismū qui significatur per mare rubrum: z per implectionē mandatorū. Quando vero homo talis est facit seipsuz tabernaculū dño: q̄ vero nō facit ei hoc tabernaculū: nec ipse faciet in futuro. Post Exo. sequit liber Leuitici: q̄ est tertius in pēthateuco: qui ptinet ad leuitas qui debebāt dño offerre sacrificia: vnde liber est oblationū ex quo essi homo iplet mādata z facit tabernaculū dño: nō restat nisi oblationes deo offerre. Debet tñ sal apponere in omni sacrificio suo: qz cū discretione debet oia facere. Quia ergo tales debēt esse mūdi ab omni peccato: z offerre dño hostiā mundam sanctam z immaculatā: ideo sequitur in leuitico de mūdatiōe lepre: z vbi ibi multoties. Sācti estote: quoniā ego sanctus sum. Et qz hoc fit i solennitate cordis: z debent omnia fieri cū gaudio: iō postea in eodē libro agit de solēnitatib⁹. Rursum qz nullus ita perfect⁹ est q̄n peccet aliqſi saltem venialiter: iō ibi habeā de dubitatione moysi ad aquas cōtradictionis: qui nec ꝓpter hoc dimisit opus spirituale facere: vt ad vocem suā fluerēt aque: cū dixit. Ascēdat puteus: id est doctrina sacra. Ceterū sicut mulier ostendit ex vna parte pomū filio suo: z ex alia inimicū vt veniat ad se: sic z dñs. iuxta illud Osee. xj. ca. In funiculis adā traā eos in vinculis charitatis. Unde in officio nocturnali ostēdit inimicū: qui nō vult dimittere populū nisi in manu forti z in manu diuina: scz p predicatores: z ideo primū respōsorium est. Locutus est dñs ad moysen ꝛc. Siquidē moyses ex aquis assumpt⁹ est xp̄s per quē liberamur ab hutusmodi inimico: vel quilibet ꝑdicator q̄ ex aq̄s scripture dz assumi: z est q̄rti toni: qz q̄ttuor modis nos affligit diabol⁹. s. interficēdo mares. i. bona opera: vel virtuosos quos submergit i flumine delitiarū hui⁹ mūdi: z cogit seruire in luto luxurie: z latere auaritie: z palea inanis glie. Porro q̄dē: qz ppls in illa septuagenaria captiuitate fleuit super flumina babylonis: z in fine. Cyro permittente letabundus exiuit z gratulans hierusalem introiuit: ideo cuz in prima dominica populus captiuatus fleuerit dicēs Circūdederūt. z i scōa orauerit dicēs Exurge. in tertia quoq; orauerit dicens Esto mihi. in quarta cōsolationē acceperit dicente dño Jnuocauit me z ego exaudiā eum. in quinta etiā rursus orationi insteterit dicēs Reminiscere miserationū tuarū. in sexta vero Dario licentiā tribuē te cōsolationē de reuersione percepit: ideoq; dixit Oculi mei. In hac septimana tāq; in fine septuagesime ingrediēs hierusalē gratulabūdus exultat dicēs Letare hierusalē. de hoc etiā dictū est sub prima dñica. Septenariū quoq; presentis vite q̄ septē dierū circulo siue curriculo voluitur vel potius septē etatibus quibus mūdus ipse distingui tur sicut per dies septuaginta: sic per septē dominicas facta repītat ecclia. Prima eīm etas est ab Adā vsq; ad Noe. Scōa ꝺo a noe vsq; ad abrahā vel ꝺm quosdā ad Moysen. Tertia a moyse vsq; ad Dauid. Quarta a Dauid vsq; ad trāsmigrationē babylonis. Quinta a trāsmigratione babylonis vsq; ad aduentū dñi. Sexta ab aduētu dñi vsq; ad finē seculi. Septima silr vsq; ad cūdē finē. simul eīm cōcurrūt: sed illa in vigilantib⁹ z laborātibus: ista in dormiētibus z quiescentibus vbi requiscūt electorū aīe iter verba lacrā is matris sue superne hierusalē. In prima dñica velut in infantia mūdi homo a felici delectatiōe deiect⁹ clamat Circūdederūt me. in secūda velut in pueritia mūdi concipiēs hō spem sue recōciliatiōis voce noe quasi precētoris implorat acceptilationē recōciliationis dicēs Exurge quare obdormis dñe? In tertia velut in mūdi adolescētia concipiēs homo suā liberationē de egyptiaca seruitute fue protectiōis et liberatiōis accelerationē voce moysi orat dicēs Esto mihi in deum ꝓtectorem. Quarta designat iuuentutē ecclesie: in qua regū dyademate coronatur: z sapiētia prophetarū ornatur. vñ illud officiū voce Dauid quasi precētoris in cantib⁹ celebrat: Quinta senectutē ecclesie in qua calor naturalis incipit deficere. Nam ppter in babylone captiuato ecclesia captiua nec altare habuit nec tēplum: immo organa sua suspendit: ideoq; in quinta dñica vacat officio. Sexta senū ecclesie. s. fines seculoz cū filius dei venit in mundū z de diaboli potestate liberauit gen⁹ humanū: ne igitur sit immemor accepti beneficij z ingratū gratulatur: z ait. Oculi mei semp ad dñm. Hec autem septima z vltima significat sabbatum mūdi in quo sanctoz aīe requiescūt. illic hierusalē q̄ sursum est q̄ libera est: q̄ mater nostra est letat: vñ ꝺr dominica letitie. Est enim septima septuagesima z per septenarium significat septima etas eoz qui sunt in requie. Representat eīm dñica libertatē cōcessam filijs hierusalē redeūdi a babylone anno sexagesimo: quā habuerūt plenariā in anno septuagesimo. vñ totum hui⁹ diei officiū de letitia est ad repsentādū illoz letitiā z etiā nostrā qñ finitis sex etatib⁹ erim⁹ in septima a mūdi exilio liberati cū celestē paradisuz q̄ est patria nostra intrabim⁹. Cantatur ergo hodie introitus Letare hierusalē. Ad ostendendum q̄ sicut illi qui cū ingenti letitia a babylone venerūt in hierusalē: ita z nos ab hoc mūdo letātes in

Homo p multas tribulationes z penas quas hz dū moratur in pctō cogitur ad dominū redire.

Populo in babylone captiuato ecclesia captiua nec altare habuit nec tēplum.

celestē hierusalē ventem⁹.babylō ēm interpretat cōfusio.vñ significat mūdū vel ifernū:qz i hoc mūdo est confusio vitioꝝ:z i inferno tormētoꝝ. Dicitur etiā hec dñica refectionis:qz in ea dñs refecit z satiauit quīq milia hoīm:vel qz in ea ostenditur celestis hierlm:ex qua oīs refectio est. Qz ergo ecclia letatur p hac refectione:iō cātat Letare hierlm.i. ecclia:tibi ēm eterna reqes ꝓmittitur. In nocturnali ēm officio cātatur rñsoriū Audi israel ꝓcepta dñi:z ea in corde tuo quasi in libro scribe:et dabo tibi terrā fluentē lac z mel. Postea sequitur in introitu Ab vberib⁹ cōsolationis ei⁹. Hec ꝟba sunt duo testā:de quib⁹ sūmūtur ꝓmissiones dulces in quib⁹ est cōsolatio nostra:z sunt in ea tria ꝟba letitie.s.letare:gaudere z exultare. Ratio quare posita est sub titulo de septuagesima in principio z sumitur iste introit⁹ de Esa.vj.c.sz de antiqua trāslatione:qz in Esa.sic nō iacēt ꝟba hec. versus ꝟo de psalmo q̄ loqtur de hierlm supna.s. Letat⁹ sum z c. est quinti toni:ꝓpter q̄nq milia hoīm quos refecit:vel iō qz illi q̄ cohibēt z refrenāt z bñ ordinant q̄nq sensus corporis illi habebūt hmōi refectionē z cōsolationē:de qua in introitu habetur:z que petitur in collecta. Cōcede q̄s oīps de⁹ vt q̄ ex meritis nostre actionis a flagimur:tue gre cōsolatione respirem⁹. Scripserūt tñ q̄dā q qz albert⁹ papa q̄ tñ in chronica nō inuenitur celebrauit tali die rome in tali ecclia q̄ vocatur hierlm: iō cātatur Letare hierusalē. Et nota q in q̄busdaz ecclesijs hac die z in festo ānūciatiōis dñi due collecte dicūt:vt quasi duplex festū exoluere videātur:qđ nō fit in aliis precipuis festiuitatib⁹ etiā natiuitatis dñi et si mulib⁹:qz ille p octauas pducūtur:nec vni⁹ diei dūtaxat obseruātia sicut ista coangustātur. Sequitur epla. Scriptum est q̄m abrahā duos filios habuit z c. ad Gal.iiij.c. Ubi sequitur. q̄ ursum est hierusalē libera est q̄ est mater nra. Hoc aūt dicit vt nō timore seruili seruatam⁹ dñm:sz amore. Rñsoriū est de eodē Letat⁹ sum i his q̄ dicta sunt mihi z c. et est septimi toni:ꝓpter septimā etatē in qua erimus in qete. Sz qz adhuc sum⁹ in labore:iō sequitur tractus:sz suauissim⁹. Qui cōfidūt in dño sicut mōs syō z c. i quo ostēditur q q̄ in dño solo sperāt habebūt illā resurrectionē. Sequitur euāgelium. Abiit iesus trās mare galilee z c. Jo.vj.c. Quīq aūt panes q̄bus dñs refecit nos:prout ibi legitur sunt q̄nq libri moysi. duo ꝟo pisces sunt psalm⁹ z ꝓphetia:vel libri iosue z iudiciū:qz de illis septem libris sumūtur orationes i hac dñica:z ita reficit oēs:offertoriū ē Laudate.z est scdi toni:ad ostēdē dū q deū laudare debem⁹ p corporali refectione et spūali. Postcōio ꝟo est Hierusalē q̄ edificatur vt ciuitas z c.z loqtur de illa hierlm q̄ libera est z est quarti toni ꝓpter quatuoꝝ q̄ dicūtur.primū est qz oīa sunt cōia. ibi ēm de⁹ est oīa z in oīb⁹. scdm est q eternaliter participātur ea q̄ ibi sunt. vñ dicit.cuius participatio in idipsum.tertiū est q nullus de filijs diaboli pōt ibi ascendere. Unde dicit Illuc ēm ascēderūt trib⁹ trib⁹ dñi. Quartū qz ibi est cōtinua laus dei.vñ sequitur.ad cōfitēdū nomini tuo dñe.z inde ist⁹ istud. Beati q̄ habitāt in domo tua dñe: i secula seculoꝝ laudabūt te. In hac dñica romanus pōtifex celebraturus ad ecclesiam pergēs z rediēs ab eade aureā in manu sub aspectu ppli fert rosam. Circa qđ duplex surgit ratio: vna ꝟm literā:altera ꝟm spūm. Sane ꝟm literam ne fidelis ppl⁹ ꝓpter quadragesimalis obseruantie asperitatē sub ꝯtinuo labore deficiat: qz qđ caret alterna requie durabile nō est:iō in hac mediana quadragesime quōddam recreationis solatium interponit:vt austeritas temperata lenius sufferatur.iucta illud. Interpone tuis interdū gaudia curis. Hodiernū nāq officiū fota letitia plenū est.et in oī ꝟboꝝ clausula iocūditas exuberat: gaudiū resonat:hylaritas inculcatur. Tria itaq representat dies ista.s.charitatem post odiū. vñ dr Letare hierusalē z cōuentū facite oēs q̄ diligitis cā:gaudiū post tristitiā. Uñ Gaudete i letitia:qz i tristitia fuistis:z satietatē post famē. vñ.vt satiemini ab vberib⁹ cōsolationis vestre. Que tria pariter designātur in trib⁹ ꝓphetarib⁹ hui⁹ floris:charitas i colore:iocunditas in odore:z sacietas in sapore. Rosa quippe pre ceteris floribus colore delectat:odore recreat:z sapore cōfortat:delectat in visu:recreat in olfactu.z confortat in gustu. Hēpe rosa in manu romani pōtificis gaudiū israelitici ppli designat: qñ per gratiā xp̄i data est illi de babylonica captiuitate licētia redeūdi. Deinde illā donat nobilitatis et potētie:q tūc i curia reperitur:i quo nobilitas et excellētia illius peculiaris ppli dñi designatur. Demū ille cū multo eōtatu z letitia ingēti ciuitatē cū rosa circuit figurās gaudiū illius ppli in ciuitatē hierusalē reuersi atq cōiones totius fidelis ppli z ecclie letitiā de premissis. Spūaliter autem flos iste florē illū significat:qui de se dicit in canticis. Ego flos cāpi z lilium cōuallium.z de quo ꝓpheta Egredietur virga de radice iesse:z flos de ra.e.a. Qui vere est flos florum.i.sanctus sctoꝝ:qz pre ceteris floribus.i.sanctis colore delectat in visu. Nā speciosus forma pre filijs hoīm in quē desiderant angeli prospicere. Qui odore recreat in olfactu:qz sicut legitur in canticis.j.ca. Melliora sunt vbera tua vino fragrātia vnguētis optimis. Qui sapore confortat in gustu:quia panis quem ipse dat caro sua est p mūdi vita omne delectamentū habēs et oīs saporis suauitatē. Hic est ēm q̄ dē quīq panibus z duob⁹ piscib⁹ quīq milia hoīm saturauit. Triplex autem est in hoc flore materia aurum vez muscus z balsamum:qz triplex est in xp̄o substātia:deitas'corpus z aia. Sed balsamo mediante muscus auro ꝯiungitur:qz mediante aia corp⁹ cōiungitur deitati. Diuina ēm natura tāte subtilitatis:est vt corpori de limo terre formato non conueniret vniri nisi rationabili spū mediāte. ¶ Rursus flos ipse aureus est:qz rex regū z dñs dominātium:cuius rubor apparuit in insignijs passionis et odor in gloria resurrectionis. Hui⁹ floris baiul⁹ est vicarius saluatoris. Romanus ꝟo pōtifex successor vtiq petri:z vicarius iesu xp̄i q̄ hūc florē fidelib⁹ populis demōstrat nō oī tpe:sz in hac dñica tñ que septima est ab illa q̄ septuagesima nūpatur:qz xp̄s non in qualibet hora:sed in septima

Rosa in manu romani pōtificis gaudiū israelitici designat: qñ per gratiā xp̄i data est illi de babylonica captiuitate licētia redeūdi.

Triplex est i xp̄o substantia.

tñ etate videtur ab illis qui beata requie consolabũtur. ¶ Rursus in vibe ostenditur non alibi q̃s apud basilicã q̃ sancte crucis in hierusalẽ appellatur: que superne hierusalẽ typũ obtinet: ⁊ spem rep̃sentat de qua dr in epla hodierna. Illa que sursum est hierusalẽ libera est: que est mater nostra: in qua rp̃m angelu sancti ⁊ beate aie cõtẽplantur ad quã merito dr Letare hierusalem ⁊ conuẽtum facite oẽs qui diligitis eã. q. d. vos catholici non heretici. Differt autem hodierna statio ab illa que fit ibidem in scõa dñica aduẽt⁹: q⁹ illa future beatitudinis est annũciatio hec quasi presentis contẽplatio. Unde ⁊ festiuius agitur: quia spei nostre festuitas est. Hac etiã die christianus coronatur imperator: vt semper corone superne hierusalẽ mediteturDauid ter in regem unctus est: vt dicẽt sub dominica post ascensionẽ. Hec ergo dñica pulle giata est: quia representat licentiã redeũdi de seruitute ad libertatem populo israelitico concessam etlettitiam et hoc habitam.

Dominica hec q̃ re pullegiata est.

¶ De scõa feria. Rubrica.

Secũda feria est de iudicio. Unde i epla. Venerũt due ⁊c. iij. Regũ. iij. c. agit de iudicio Salomonis duab⁹ mulierib⁹ de puero otẽdẽb⁹. extra de presum. c. s. Mulier vna q̃ dixit q⁹ diuidatur puer est synagoga: que diuidi conata est puerum Jesum: alia mulier dicit detur ei infans viuus est ecclesia. Unde in rñsorio petit hic mulier puerũ. Esto mihi in deũ protectorẽ. i. petit sibi dari rp̃m. Euãgelium prope erat ⁊c. Jo. ij. c. Similiter est de electione vendentiũ: ⁊ de iudicio ibi habet q⁹ nõ credebat se ihesus eis: quia nisi sunt eum interficere: postea sequitur de passione sua. Soluite. i. solue tis tẽplũ hoc: ⁊ in triduo erexitabo illũ. sciebat eñ quid facturi erant. Quia ẽo et passione dñi est oẽ gaudiũ: ideo in offertorio cãtat ecclesia Jubilate.

Et passione domini est oẽ gaudium.

In introitu aũt petit iudicari: sz punis petit. mia. Deus in noie tuo saluum me fac. s. per miam: et in virtute tua iudica me: ⁊ est quarti toni: q⁹ ibi habetur. Ab insurgentibus in me libera me. i. ab inimicis: qui quatuor modis sicut dictũ est sub dñica insurgunt cõtra nos: ⁊ ideo sicut dñica fuit de mia: ita secũda feria est de iustitia.

¶ De tertia feria. Rubrica.

Tertia feria est de oratione. i. de efficacia orationis: que. s. fit salua iustitia: q̃ ostẽditur in epla locutus est ⁊c. q̃ est Exod. xxxij. capit. vbi sequitur: dimitte mihi deleã eũ: ⁊ moyses orauit p populo: ⁊ dñs dimisit peccatũ salua tñ iustitia: q⁹ reseruauit sibi vindictã. Unde ⁊ si ppter illud peccatũ q̃ cõmiserũt in rp̃m ꝑcipue puniantur: tñ ⁊ ppter illud q̃ cõmiserũt tũc. s. adorando vitulũ. Unde dicit dñs in euã gelio. Implete mẽsurã patrũ vestroz: q⁹ ẽo tã efficax est oratio: ideo i introitu dicit ecclia. Exaudi orationẽ meã ⁊c. versus. Contristatus sum in exercitatione mea. Cõtristat⁹ eñ fuit pro dilatione patrie ⁊ incolatu miserie. Quia vero exercitatio christiani est in coheretione a petulãtia ⁊ lasciuia quinq̃ sensuũ: idcirco quinto tono resonat hunc introitum ecclesia: ⁊ sequitur epla. Locutus est ⁊c. in qua sicut dictũ est impetrauit moyses dimissionem peccati salua iustitia: ⁊ vt filij eoz̃ mererentur intrare terrã p̃missionis: ideo in rñsorio orat ecclesia vt mereatur ipsam impetrare filijs suis: vt intrẽt terrã promissionis: licet adorauerũt vitulũ conflatilẽ. i. venerati sunt lasciuiam et pompã mundi dicẽs Exurge dñe feropem nobis. ⁊ versus. Deus auribus nostris audiuimus: q̃m tu liberasti eos ⁊ condonasti eis: sic ⁊ fac nos spũaliter. Postmodũ sequitur euangelium Jam die festo Jo. vij. c. de obstinatione iudeoꝝ: qui dicebant. Quomodo hic literas scit cũ nõ didicerit eas: ⁊ dicit dñs Moyses dedit vobis legem ⁊ vos vultis me interficere. q. d. contra legẽ vestraz vultis facere ⁊ facitis: ⁊ dixerunt. Demonium habes. ecce quõ obstinati fuerũt: ⁊ hoc est q̃d in epla habetur. Recesserũt cito a via quã ostendisti eis. ecclesia vero ostendens se nõ cõsentire peccatis: dixit in offertorio Expectãs expectaui dñm: ostẽdẽs se expectare rp̃m vsq̃ ad finẽ: ⁊ q⁹ bene expectat q̃ a lasciuia quinq̃ sensuũ abstinet: ideo quinti toni est. Per hanc autez spem reducitur nouus populus in terrã promissionis: vñ sequit postcõio Letabimur in salutari tuo: et est primi toni: q⁹ ois letitia a deo est. ¶ De. iiij. feria. Rubrica.

Sequitur quarta feria: que est catheczandoz: q⁹ ea die ducunt ad ecclesiã catheczumini ⁊ catheczizant. i. instruũtur: ⁊ hoc est tertiũ scrutiniũ: vt tã dicet. Ut aũt scrutam⁹ ꝑsnetudini ecclie Italie q̃ scrutiniũ solẽnitatẽ obseruat ⁊ iuribus de illo loquẽtibus: ⁊ q⁹ etiã quedã de his que de illo fiunt vsq̃ in baptizando seruanꝫ: ideo aliqua de illo dicamus vez quid sit scrutiniũ ⁊ vnde dicat: ⁊ vnde originem traxit quando ⁊ quoties: ⁊ quare in tẽporibus statutis: quid in eo fiat vsq̃ ad exorcismũ: ⁊ q̃d ab exorcismo vsq̃ ad ecclesie ingressum et quid ab ipso ingressu vsq̃ ad finẽ: et quare hec oĩa fiant: subsequenter vero de officio misse huj⁹ diei dicemus. Scrutinium nihil aliud est q̃s fidei et religionis christiane inquisitio. Est enim quasi quoddã iter seu preparatio ad baptismũ: et dicit a scrutando. i. inquirendo: quia fidei religionis inquisitio fit in eo: vnde originem traxit iam dicet. Incipit autẽ fieri scrutiniũ: in quarta feria tertie hebdomade quadragesime sz in hac quarta fit solẽne. Fiebãt eñ in primitiua ecclia septẽ scrutinia: duo sz in quarta feria ⁊ sabbato tertie hebdomade: ⁊ duo in hac quarta feria ⁊ sabbato hui⁹ quarte hebdomade: ⁊ duo in q̃rta feria. ⁊ sabbato q̃nte hebdomade: ⁊ vnũ in quarta feria vltime hebdomade: in quib⁹ adulti q̃ venturi erãt ad baptismuz docebãtur orationẽ dñicã ⁊ symbolũ: vt in sequẽti tunc sabbato in quo baptizãdi erant vtrũq̃ ante baptismũ scirent: ⁊ adhuc hodie in quibusdam ecclesijs septem fiunt scrutinia propter septiformẽ gratiam spiritussancti. Sed tertium vez hac die solẽnissimum: ⁊ in omnibus ecclesijs ordinem romanũ sequẽtib⁹: in quolibet scrutinio dicit missa scrutinij: videlicet Dum sanctificat⁹ fuero: de qua

Scrutinij quid sit et vnde dicatur.

dicetur. Dicūtur etiam propie collecte pro cathecumunis: vt omnipotēs sempiterne deus ecclesiaz tuā. Iter remedij ⁊c. Sed queritur quare tertium scrutinium fit solēne ⁊ nō primū nec secūm: Respō detur ad notādū q̄ nec prima etas. i. infantia: nec secūda. i. pueritia ita apta est seruitio dei sicut illa in qua maxime discretio boni ⁊ mali haberi incipit: ⁊ in qua contra carnē pugnatur. Vnde est etiā q̄ non prima tribus. i. tribus iude: nec secūda. i. tribus symeon: sed tertia. i. leuitica sacrificijs dūt est deputata: sed nec in primo libro pentateuci: nec in secundo agitur de sacrificijs: sed in tertio: prout dictum est in precedenti dūica. Fit autē scrutiniū in hac septima hebdomada a septuagesima: quia dum iudei fuerūt in babylonica captiuitate mixti fuerūt inter eos quidā de gentibus. Vñ post coꝛ reditum ignoꝛabatur de plurib⁹ vtrū essent iudei vel non: quidā etiā dicebant se fore de leuitica tribu qui nō erant: ⁊ se sacerdotes q̄ nō erāt. Vnde oꝛ Esdras et alij sapientes genealogias diligenter scrutati sunt: ⁊ iudeos a gētibus: ⁊ leuitas a non leuitis segregauerunt: ita et nos in hac septima hebdomada que finē illius septuagesime babylonice captiuitatis significat: scrutiniū facim⁹ vt credētes ab incredulis segregem⁹ quos in sacrosancta solēnitate redēptionis nostre ex aqua ⁊ spiritu sancto renouam⁹. Nō em̄ in primitiua ecclesia alio tpe bapti'ma celebꝛatur: nisi forte mortis periculo imminente. Oēs igitur ecclesie prolis quā p anni circulū: verbi pabulo generabāt hac die noia sua dabāt in quib⁹ perscrutandum erat: ne qua radix amaritudinis ineſſet: vt in hereticis ne prius illis sancta darentur q̄ christiana fides radices in eoꝛ mētibus fixisset. j. q. vij. quotiēs. de cōse. di. iij. ego Vnde nominibus datis quolibet eoꝛ per dies se quētes vsq̄ ad pascha fidei regulā audiebat: ⁊ sic lactatus ⁊ grandescens in plenilunio. i. i baptismo plena fide symbolū reddēs xp̄o i baptismo cōuoꝛiebat ⁊ resurgebat. Petro i hac. iiij. feria fit scrutiniuz ꝓpter multa. Primo q̄ ipsa prefigurata est a quarta seculi etate: que fuit a dauid vsq̄ ad trās migrationē babylonis: in qua nō solū iudee gētis inchoatū est imperiū verūetiā xp̄i ⁊ christianoꝛuz regnum ex promissione sumpsit exoꝛdium iurāte dño Dauid. De Fructu ventris tui ponā super se dē tuā: ideoq̄ merito in hac feria cathecumini ad xp̄i nomen accedunt ⁊ christiana religio in ea initium capit. Secūdo quia sicut quarta feria stelle create sunt: ⁊ i celo soli et lune cōiuncte: ita ⁊ fideles hodie concipiuntur qui xp̄o soli ⁊ ecclesie lune coniunguntur ⁊ in celo. i. in patris regno tam splendent in spe: ⁊ in futuro splendebūt in re. Tertio q̄ sicut in quarta etate edificatum est templuz dñi per Salomonē: sic ⁊ in hac quarta feria prepaꝛamus baptizandos: vt sint templū dño. Quarto quia in quarta feria cepit nostra redēptio in quo proditus est dñs a iuda: vt pro redimēda ecclesia moꝛeretur: ideo ⁊ in quarta feria isti preparantur: vt effectū percipiant redemptionis. Quinto quia agnus vigintiquatuoꝛ diebus obseruabatur ⁊ preparabatur: et luna quindecima immolabatur decet vt ecclesie noua soboles que ad cōmoꝛtēdum xp̄o in baptismo preparaꝛ: die⁹ quindecim anteriori ieiunio spūaliter signata etati lune q̄ illā significat exequetur. Sexto q̄ quarta hoꝛis etas. s. iuuentus per quartā feriā significata apta est preliis ⁊ gubernaculo imperij: ⁊ ō cathecumini preparantur in quarta feria ad prelium cōtra diabolū ⁊ ad regnū ⁊ imperium regni dei. Hoc autē oꝛdine scrutinia celebꝛant: q̄m a principio vsq̄ ad exoꝛcismū hec fiūt. Primo quidē fit nominū baptizādoꝛ per accolitū descriptio: ⁊ eoꝛū per nomina in ecclesia vocatio. Secūdo masculoꝛū ad dextrā feminarū ad sinistrā ad tanuā ecclesie vbi fidē petūt reductio. Tertio per exoꝛcistā gemina interrogatio vna de renūciatiōe diaboli: alia de fide christi. Quarto demōis exufflatio. Quinto crucis frō te expressio. Sexto dicit oratio. Septimo fit i oꝛe salis impositio. Q̄ō igit noia per accolitū scribuntur: ex quo ipe etiā notari⁹ dictus est: significat q̄ noia fidelium in libro vite scripta sunt. Q̄ō nominatim vocant significat vocationē fideliū ad vitā eternā. Ceterū tanua xp̄s est. Ducunt igitur credituri ad tanuā: id est ad christū q̄ de seipso dicit. Ego sum ostiū per me: siquis introierit saluabit. Q̄ō vero masculi ponūtur a dextra ⁊ femine a sinistra designat q̄ virtutē agētes a dextris: ⁊ effeminati a sinistris i iudicio stabunt. Q̄ō abrenūciāt diabolo p hoc se a iugo ei⁹ cui ex originali fūt obnoxij subtrahūt p hoc q̄ fidē xp̄i p̄fitent iugo xp̄i se subijcūt. Demonis exufflatio est potestatis ei⁹ debilitatio. Crux que impꝛimit frōti est veritatis nostrū quo diabolū vincimus: nō fit aliud signū nisi crux: vt in hoc solo signo diabol⁹ scīes se esse victū ꝓtremiscat et fugiat. Fit aūt i sede pudoꝛis: id est in fronte ne eruberet fidelis cōfiteri dominū suū esse crucifixū. Oratio cōtra diabolū est munitio. Sal in oꝛe positū est sapientie condimentū. Hec plenius dicta sunt in parte pria sub tit. de vnctionibus: ⁊ dicet sub sabbato sancto. Hunc dicenda sunt q̄ ab exoꝛcismo vsq̄ ad ingressum ecclesie fiūt. Primo diabolus exoꝛcizaꝛ: ⁊ ter repetūtur verba illa. Audi maledicte diabole ⁊c. Secūdo masculi seoꝛsum ponunt. Tertio ad monitionem diaconi capita inclinant cathecumini: ⁊ super eos oꝛo dominica: ⁊ symbolū dicitur. Quarto a sacerdote aures ⁊ nares illoꝛū saliua tangūtur. Quinto ab acolito illuminant. Sexto a diacono euangelium super eos dicitur. Septimo per ostiarū in ecclesiaz introducunt. Primo ergo exoꝛcizatur diabolus: id est adiuraꝛ: vt a fidelibus recedat. Ter repetūtur verba illa. Audi maledicte diabole ⁊c. q̄ i cōfessione trinitaꝛ diabolo resistit. Sursum masculis: ⁊ deoꝛsum feminis fit exoꝛcismus: q̄ maioꝛib⁹ maioꝛa: minoꝛibus minoꝛa sunt preponēda. Q̄ō ad admonitionē diaconi capita iclināt significat q̄ cum deo cōmunicaturi acclamāte diacono capita inclinabūt: et hec ratio pro cōmunione habetur. Quod symbolum ⁊ dominicā oratione facerdos super capita eoꝛū dicit: notat q̄ tēplum domini cōtra diabolū munit. Aures ⁊ nares saliua tangit: vt doctrinā de oꝛe pessatoꝛis procedētem

Scrutinium in hac q̄rta feria ꝓpter multa.

Nostra redemptio celebꝛat in q̄rta feria.

Scrutiniorū celebrandoꝛum oꝛdo.

fideles libenter audiant: ⁊ ipsa eis bene redoleat quoadusq; spm habent in naribꝫ. i. quādiu viuūt. Ipsoꝫ illuminatio est tenebrarū ignorātie: ⁊ peccati per lumē intelligenie effugatio euangeliuꝫ qđ super eos ōr est doctrina saluatoris qua istruūtur. Deinde p ostiariū introducunt qz post ipletionem euangelij per ostiarium. i. per spiritum sanctū in celestem patriam introducuntur. Post hec dicē da sunt ea que ab ingressu ecclesie vsq; ad missam fiunt. primo masculi ad austrum statuunt: femine ad aquilonē: inde quatuor lectiones super eos leguntur: ⁊ quatuor initia euāgeliorū deinde duo: vnus masculus: ⁊ vna femina in sanctuarium ab accolitis portant. Post symbolū grece sup masculos latine super feminas dicitur. His peractis ecclesiam ingrediuntur: ⁊ sic missa cantatur. Qđ autem masculi ad austrū: ⁊ femine ad aquilonē statuuntur: significat q; fortiores hostiꝫ tentationū obiciendi sūt ⁊ debiliores hūiliter sunt erudiendi. Qđ quatuor lectiones super quꝫ leguntur significat doctrinā quatuor euangeliorū qua instruunt. Vñ statim quatuor initia euāgeliorꝫ leguntur super eos quasi cōgreget eos a quatuor ptibus orbis. Qđ vnus masculus ⁊ vna femina portātur in sacrariū significat q; de vtroq; sexu fideles ascēdent in celū. Sed nō ascēdunt nisi vnus. i. in vnitate ecclesie cōstituꝫ: sicut ⁊ in pbatica piscina nō sanabatur nisi vnus. Qđ symbolū legit sup masculos grece ⁊ sup feminas latine: p duas liguas quibꝫ symbolū legitur oēm linguā intelligimus. Nā in grecis viguit sapiēna. in latinis. s. romanis potentia: ⁊ ita p has duas tāq; excellētiores oēm linguā intelligimus: quasi cum apl̄o ad Philip. ij. c. dicamus. omnis lingua cōfiteatur qz dūs noster ihesus xp̄s in gloria est dei patris. Expositionē oratiōis dūice. ⁊ symboli in quarta parte in suis locis exposuimus. et attende q; ante hāc quartaꝫ ferā dūicave in secūda feria huius ferie scrutiniū populis annūciandū his verbis. Scrutinij diē dilectissimi fratres quo electi nostri diuinitus istruātur imminere cognoscite: ideoq; sollicita deuotione sequēti quarta feria circa horā nonā cōuenire dignemini: vt celeste mysterium quo diabolus cū sua pōpa destruitur: ⁊ tanua celestis regni aperiet inculpabili ministerio peragere valeam⁹. In hac vero feria quarta finitis missarū solēnijs presbyter annūciat vt sabbato primo ad scrutiniū reuertātur: ⁊ sic iterū atq; iterū annūciat: donec septem scrutinia celebrātur. Sane expleto scrutinio dicit missa: vt premissum est. in qua legit lectio et epla: quia baptizādus in duobus est cathecizādus. i. instruendus. s. nouo ⁊ veteri testō maxime in illis que pertinēt ad baptismū. Rursus qz instruēdus est in fide: et in moribus: ideo due lectiones leguntur: de quibus in eis cū suis respōsoriis disputat. Legitur em̄ de Philippo q; eunucho euangelizauit Jesum: et ām Augustinum euangelizare iesuꝫ est non tantum docere credenda: sed etiā que sunt post baptismum seruanda: in prima ergo lectione scilicet Sanctificabo ꝛc. que sumpta est de Ezechie. xxxvj. ca. de fide agitur. vbi dicitur. Tollam quippe vos de gentibus ⁊ cōgregabo vos de vniuersis terris: ⁊ effundam super vos aquā mūdā: ⁊ mūdabimini ab omnibꝫ inquinamētis vestris: ⁊ dabo vobis cor nouum. Fideles enim de variis terris cōgregati sunt in ecclesia ⁊ aqua salutaris baptismi sup eos effusa est: qua ab vniuersis peccatis ⁊ erroribus sunt mundati: ⁊ datū est eis cor nouum vt credant in christū. De hac lectione sumitur introitus. Dum sanctificatus fuero ꝛc. vel baptizatus dicitur cor nouū. Inuersu autem Benedicā dominū ꝛc. sunt gratiarū actiones de hac sanctificatione: ⁊ est tertij toni: qz sanctificatio pertinet ad trinitatem. Verū qz per talē sanctificationem fiunt homines filij dei: ideo subsequit in graduali. Venite filij audite me timorem dñi docebo vos: quod est septimi toni: propter septē dona spiritus sancti que dant in baptismo: vel qz ad hoc q; quis vere credat in christum necesse est vt timeat deū: ideo sequitur ipsum graduale vbi sequit de timore. Initiū sapientie timor dñi est. Qui ergo radicē imponit crudelitatis eū a timore inchoare oportet: iuxta illud. A timore tuo dñe concepimꝰ ⁊ peperimus spiritū sanctū. In secunda lectione: scilicet in epistola. Lauamini ꝛc. que sumitur de Esa. j. cap. agitur abundāter de moribꝫ vbi dicit. Quiescite agere peruerse: discite benefacere ꝛc. et postea pcluditur: venite ⁊ arguite me dicit dūs: quasi dicat. Si hoc feceritis ⁊ vos nō remunerauero iure me tāq; iustū redarguere potestis. Itē ibi. Lauamini scz per baptismū: ⁊ estote. i. manete mūdi scz per penitentiā: ⁊ q; possint ostendit dicens. Auferte malū cogitationum vestrarū: ⁊ si fuerint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabuntur ꝛc. Verū qz illi qui fidem verā ⁊ bonos mores seruant ad hereditatem dñi pertinere probant: idcirco sequit graduale. Beata gens cuius est dūs deus eius populus quē elegit dūs in hereditatem sibi. Hi efficiuntur celi qui verbo: id est filio dei firmant: vnde sequitur versus. Verbo domini celi firmati sunt ꝛc. Item qz in talibus locuꝫ habet beatitudo: ideo graduale illud est primi toni: qz beatitudo a solo deo est. Ab his quoq; non discrepat euāgeliū precedēs: scz. Preteriens Jesus ꝛc. Jo. ix. c. qđ est de illuminatione ceci: qz ceci illuminantur in baptismo. Unde dicitur ibi. Lutū fecit dūs ex sputo: ⁊ precepit ceco vt lauaret se in natatorio syloe. i. xp̄i q; missus fuit a patre. i. in baptismo vel in doctrina christi: de quo dicit Gene. xlix. ca. Non auferetur sceptrū de iuda ⁊ dux de femore eius: donec veniat qui mittēdus est: hebre⁹ hz. Donec veniat syloa: id est missus. Postmodum in gratiarū actione sequit offertorium secūdi toni: ppter illuminationē ⁊ cōfirmationē. Dicto autez offertorio archidiaconus ascēdit pulpitū clamās alta voce. Si quis est cathecuminus exeat foras: sicut dictū est in prohemio quarte partis. Et tunc omnes cathecumini exeunt foras: ⁊ sic fit septies priusq; baptizentur: videlicet in quolibet scrutinio: quia qui non regenerati sunt: nec inter dei filios computari: nec christi mysteriis conuenit interesse. Quidam tamen cathecuminos ante euā-

gelium

Hostibꝫ tentationum fortiores obiciendi ⁊ debiliores humiliter erudiendi sunt.

Baptizādus i duobus ē cathecizādus

Ad hoc q; quis vere credat in Christum necesse est vt timeat deum.

gelium de ecclesia efficiunt: quod non laudamus: cum eis sit euangelium predicandum: sicut t apostoli primis gentium euangelium predicauerũt sed sacrificio interesse nõ debent: tum qr sacerdos orat pro circunstantibus: quorum fides deo cognita est: t nota deuotio: at isti nondũ fideles vocantur: tum quia quod conficitur fidelibus porrigit. In postcõmunione vero agit gratias cecus de illuminatione sua dicens: Lutum fecit dñs ex sputo. Jo.ix. t est primi toni. qr ad locũ vnde exeunt flumina reuertunt: vt iterũ fluant: sic aũt recognoscendo bona: debem⁹ agere deo gratias. Hec aũt quarta feria in hoc priuilegiata est: qr in ea leguntur due lectiones: pro eo q in sequẽti sabbato ordines celebrantur. Item quia hac die ordinandi examinãtur. Item quia hac die fit scrutinium baptizandorũ in sabbato paschali: vt premissum est.

¶ De quinta feria. Rubrica.

Quinta feria ostendit q non est sanctificatio nisi a deo. Unde introitus est Letetur cor querẽtium dominũ: t post. Querite faciem eius semper: t est secundi toni: quia queritur vt habeatur: t postea vt amplius habeatur: quãto eñ magis habetur: tanto magis queritur. Epistola .iiij^o. Uenit mulier ꝛc. Regũ. iiij. capi. t est de resuscitatione filij mulieris sunamitis quẽ resuscitauit Helyseus: t incuruauit se super puerum: t pueri qualitati se conformauit. Puer vero septem oscitationes emisit: t est resuscitatus. Nempe sunamitis interpretatur captiua filius eius genus humanũ: quod dicitur puer propter paruitatem sensus baculus de quo ibi dicitur lex est que percutit: dicens. Oculum pro oculo ꝛc. que neminem ad perfectionem ducit. Helyseus vero. i. christus inclinauit se super hunc puerũ. i. exinaniens se factus est et similis t resuscitatus est. Sed oportet vt septez excitationes emittat. Prima est fidei: qr sine fide nõ est introitus. Primo enim veritati dz quis credere: t oia possibilia sunt credenti. Dñe inquit leprosus: si vis potes me mũdare: t dixit: volo mũdare. Secũda oscitatio est timor. Tertia est doloꝛ de peccatis qr misericordia non fit sine iustitia. Quarta ꝓpositũ cõfitẽdi quinta est propositũ satisfaciẽdi. Sexta propositũ de cetero nõ peccandi: q scilicet non offendat deum creatorem suum: t oia ista debẽt fieri in spe vite t glorie vñ spes est septima oscitatio. Respõsorium est. Respice in testamentum tuum t post. Exurge id est fac nos exurgere: t est quinti toni: propter quinq; sensuũ reparationẽ siue innouationẽ: euangelium vero. Ibat iesus ꝛc. Luce. vij. ca. est de resurrectione filij vidue: cui dixit dñs. Adolescens tibi dico surge. In quibusdã tamen ecclesijs dicitur illud euangelium. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat ꝛc. Sequitur offertorium. Domine ad adiuuandum ꝛc. septimi toni: propter septem excitationes in gratiarũ actiones. Postcommunio vero est de eterna beatitudine scilicet. Domine memorabor iusticie: cui competit dare eternam beatitudinẽ que erit octaua resurrectionis.

¶ De sexta feria. Rubrica.

Exta feria prorsus idẽ dicit quod ꝙnta: t est introitus. Meditabor ꝛc. versus. Celi enarrãt: id est sancti: t est primi toni: quia i solo deo ponit spẽ. In epistola. Egrotauit ꝛc. iij. Regum xvij. cap. ponitur resuscitatio filij vidue ab helya. Responsorium est Bonum est sperare in domino supple: quia resuscitat: t est quinti toni: cuius ratio in precedenti feria etiã dicta est. Sequitur euãgelium. Erat quidam. Joan. xj. capitulo. de resurrectione lazari: qui hac die resuscitat⁹ est. Et offertorium in gratiarum exhibitionem. Populũ humilẽ saluũ facies domine ꝛc. primi toni: eadẽ ratione: quia scilicet in solo deo sperã dñi est. In postcõmunione vero habetur q ad preces earum: scilz marie t marthe suscitatus fuit Lazarus. Videns dominus flentes sorores lazari ꝛc. Joã. xj. capitulo per qõ significatur q ad preces sanctorũ suscitat deus mortuos spiritualiter: dans eis primam gratiã: t ideo est primi toni propter primã resurrectionem scz anime. Et attẽde q semper hac die que est quintadecima a passione dñi legitur predictum euãgeliũ: qr cõstat hac die Lazarũ suscitatũ esse: de quo euangelio sumitur respõsorium Occurrerunt iudei ꝛc. qõ hodie in quibusdã ecclesijs cãtatur: cui hodie cõgrue in euangelio premittit⁹ dicta lectio de filio sareptane mortuo quẽ suscitauit Helias ponens eum super lectum t expãdens se tribus vicibus super eum. Nempe hec mulier est ecclesia que fide suscipit christũ in hospitio cordis. Filius est quilibet fidelis qui moritur: cũ morte dignũ peccatum cõmittit. Lectus helye catholicam designat ecclesiã in quam sole anime reuiuiscunt: dum per fidẽ trinitatis a morte resurgunt.

Ad preces sanctorum deus suscitat mortuos spiritualiter.

¶ Cetera laudes confessiones et consolationes sunt: cuiuslibet hominis a peccatis resuscitati.

¶ De sabbato. Rubrica.

Abbatum ꝛo de largitate saluatoris est: vnde introitus est Sitiẽtes venite ad aquas doctrine sc licet t baptismi. Sequitur t bibite cũ letitia: t hec ad sabbatum mentis pertinẽt: t ostẽditur largitas dei: qui paratus est large dare cuilibet t benignitas eius: vnde dicit Uenite bibere aquas scilicet que mũdificãt t sanctificãt gratis. Sequitur versus. Attende populo meus: in quo ostenditur q etiã hoc de aquis doctrine intelligitur secundi toni propter mundationẽ aie t corporis. Et sumitur de Esa. Epistola est In tempore placita exaudiui ꝛc. Esaie. xlix. cap. t post. Nunquid potest mulier obliuisci infantẽ suum? Ecce ostẽditur largitas vel charitas dei erga nos. Postea sequitur respõsorium. Tibi derelict⁹ est pauper in gratiarũ actiones: quarti toni: propter quatuor virtutes per quas sanctificat. In euangelio ꝛo qõ est Joãnis. viij. capitu. de eadẽ largitate agitur. Ego sum lux mundi ꝛc. Nõ dicit hui⁹ hominis vel illi⁹: sicut flos campi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Ostẽdit ergo q paratus est illuminare omnẽ hominẽ qui sequitur ipsum. Ceterũ qui vi-

De⁹ paratus est large dare cuilibet petenti.

r

det currit: q̄ currit pernenit: excepto superbis. Añ sequit̄. Tu de teipso testimoniū phibes: testimoniū tuū nō est verū. Respōdit eis. s. iudeis iesus. Nōne scriptū est in lege vestra q̄ duoꝝ hoim testimoniū verū est. Videbant eñ miracula: z ita pferat testis eis. Et relinq̄t eos dñs q̄si superbos diSolibu milesil luminā tur. sputatores nō curātes illuminari. Soli eñ humiles illuminant. Añ sequit̄ offertorium Factus est dñs. primi toni: qz sol⁹ deus potest illuminare. Qz igitur in hoc sabbato ostēdit ecclesia largitatē dominī dātis gratiā in baptismo z i doctrina: quib⁹ ex largitate dei abūdāter datur gratia: ideo fiunt ordines in illo die: z etiā qz imminet tēpus passionis dñi: i qua arcet⁹ se tenet eccl'ia: ad significādū q̄ ordinati arcer⁹ se tenere debēt: vt q̄ prius ebrij erant aminodo sobrij sint: z uerū se debēt immolare deo hostiam sanctam deo placentē. Hoc etiam Cathecumini ad requiē eternā sabbato fit scrutiniū baptisandoꝝ: qz cathecumini ad requiē eternā que per sabbatum intelligit̄ veniunt per baptismum. Unde in quibusdā ecclesijs hodie due lectiones leguntur in missa ex eadē causa: qua in quar: a feria precedenti. venit̄. ¶ De dñica quinta in passione dñi. Rubrica.

Sequitur dñica de passiōe dñi scz de cruce. incipit autē hui⁹ celebritas passionis a fine sabbati: id est a vespa lucem hui⁹ dñice precedente: quia lazaro in precedēti sexta feria suscitato q̄dam de bethania abierūt ad pharisēos narrātes eis miraculum: z cum in illa sexta feria fuerit neomenia. i. prima dies mēsis ad sanctificationē: multi iudei pontifices z pharisei cōuenerant ibi q̄ audiētes signū: mox vt ait Joānes hoc est in sabbato: collegerunt cōcilium aduersus iesum: z ex illa die cogitauerūt vt interficerent eū: ac deinceps iesus nō palā ambulabat apud eos: qz nondum venerat hora ei⁹: ideoq̄ in vespa sabbati quasi post horam eiusdē cōcilij publicū luctū incipit ecclesia suo cōpatiens dñe: vt capiti membra z ex tunc lugēdo recitat vexillū regis mysterū crucis: acetū fel z arundinē clauos z lanceā pforari corporis dies passionis ratiōes patientis illusiones inimicoꝝ z insidias eoꝝ: hec z his silia i vesperis z nocturnis plāgit officijs q̄ de autēticis veteris z noui testamētoꝝ sunt cōgesta scripturis. Preterea. post precedentiū septē dñicarū ordinatissimā dispositionem quibus vt premissum est septē mundi etates figurant: q̄ oēs fūt dñi passiōe redēpte: merito ipsius dominice passionis celebratio inchoatur: z quasi lōga funeris pompa premissa: demū sequit̄ ipsa salutis nostre victima ingerens oculis ea que pro nobis ptulit vulnera z mortis insignia. ¶ Rursus ideo ecclesia cātat. Vexilla regis pdeūt ꝛc. vt si forte aliqui sunt lapsi veniāt ad vexillū: qđ omnes amaritudies facit esse dulces: qđ significatū est per lignū proiectum in aquas marath. Sēper eñ z maxime isto tēpore debem⁹ habere in memoria dominicam passionē. Añ in canticis Fasciculus myrrhe dilect⁹ meus mihi inter vbera mea cōmorabit̄: qz memoria passionis dñice secū nō patitur amaritudinē peccati. Ideo autez specialiter duabus septimanis añ pascha passio dñi recolit̄. Primo qz ipse a duob⁹ z pro duob⁹ pplis passus est. Scdo qz duo testamenta per duas hebdomadas exprimim⁹: vetus qđ predixit dñm passurū: z nouū qđ oñdit ipm passum. Tertio qz i duob⁹ huius scli tēporib⁹. s. añ legē: z sub lege eadē passio vaticinata. est. Quarto vt vel due septimane reducant nobis ad memoriā murmurationē eoꝝ q̄ añ legē z sub lege in iferno fuerūt vsq̄ ad tēpus gre qđ in tertia hebdomada. s. paschali significatur. Ab hac nāq̄ die q̄ Filius dñi. dimittit̄: due sūt hebdomade vsq̄ ad pasca. Tūc ꝑo tertia ē: i q̄ restauratur omnis dimissa glorificatio. In tertio eñ tēpore qđ fuit sub gratia ofa beneficia q̄ patres nostri expectauerūt in ecclesia reddūtur. Ideo autē Gloria patri dimittit̄: qz ille versus ad laudē pertinet trinitatis: q̄ fuit in passiōe dñi quā ab hac die representat dehonestata. Cōstat eñ q̄ xps qui est scd̄a in trinitate persona fuit dehonestatus. Sed in resurrectione Gloria patri resumitur: qz per resurrectionē fuit gloria immortalitatis glorificat⁹: sed certe hec protestatio fuit specialiter in crucifixione. Unde potest dici q̄ Gloria patri pro nunc tacetur: propter humilitatē: per quā ad xpi passionem perueniendū est: z quia dominꝰ se abscondit Et est aduertendū q̄ tacetur in introitib⁹ z respōsorijs: quia illa sunt de passione: z in Venite exultemus domino. In psalmis vero z hymnis nō. qz psalmus significat operationē. Ipsum eñ nō persequebāt̄ nisi linguis tractando de nece ipsius: nec ipse bonū desijt operari. Nō ergo tacet̄ in totū qz remissior debet esse luctus: eo q̄ nō statim post habitū cōciliū de nece eius tradit⁹ est agn⁹ i manibus delationū: sed in triduo añ pascha oīno tacetur: qñ tūc maxime sancta trinitas dehonestata est: iz eñ añ dies illos de nece dñi ageret̄: tunc tñ vapulat: spuit̄: alapat̄: z crucifigit̄. Añ. Esaias. Et vidim⁹ cū nō habentē speciē neq̄ decorē: vel qz tunc sepulturā dñi celebriam⁹: que maxime fuit ei⁹ hūiliatio. Hb hac etiā dñica i q̄busdā ecclesijs tacet̄ ad primā. Christe filij dei viui: tū qz extunc ecclesia ei⁹ morte z passione representat: tum quia fm iudeoꝝ reputationē nō poterat alij misereri: q̄ seipsum saluū facere nō poterat. De hoc dictum est in q̄nta parte sub ti. de prima. Nō fiūt etiā speciales cōmemoratiōes de sanctis neq̄ de pace ab hac dñica vsq̄ ad sabbatū post pēthecosten q̄us post laudes dicat̄ Preciosa i cōspectu dñi ꝛc. ad primā oratio Dñe deus oīpotēs ꝛc. i q̄bus cōmemoratio generalis fit de sanctis. Circa qđ sciēdū est q̄ cōmemoratio sctōrū duplici ex causa fieri cō Commemoratio sanctorum duplici ex causa fieri consueuit. sueuit: videlz ad recolendū eoꝝ sanctitatis meritū z impetrādū patrocinū nobis salutare: q̄ duo excellētissime in xpo nostro capite passiōis z resurrectiōis sue tpe nobis artēdēda mōstrant: qz passiōis sue tēpore ꝑbuit eximiū humilitatis z scitatis exēplū. Post resurrectionē ꝑo suā apō pfem sicut testat Joā. noster aduocat⁹ factus est singularis. Ut igit̄ intētio illo q̄cipuo tēpore ferat in sue sanctitatis exēplū: z in illo spes nostra eleuet̄: solū ad vnicū ei⁹ z singulare refugiū z patrocinū: idcir-

stie sine verbis posse cōsecrari: qr si gutta aque be
nedicte in stagnum vel puteū funderetur aqua il
la benedicta ꝓpetuo remaneret ꝛ alia plura. Pre
terea si vinū tactu dīci corporis ꝓsecraretur esset
cōtra decretū de cōse. di. iij. sabbato. qō prohibet
die hac fieri cōsecrationē. De quo dictū est ī quar
ta parte sub septima particula secrete super ꝫba.
Hic est calix. ¶ Illud quoq; pretereundū nō est:
qr romanus pontifex hodie remota tabula late-
rali. altaris: de qua dictum est in prima parte sub
titulo de altaris dedicatiōe: ꝛ in secūda parte sub
titulo de diacono: infra ipsum altare conficit eu-
charistiam ꝛ sanguinē: ꝛ cum thuribulo incensat
illud: ꝛ in hoc facto representans: qr summus pō-
tifex legalis semel in anno ingrediebaꝝ in sancta
sancto ꝙ cū sanguine secū portās thuribulū vinis
carbonib⁹ plenū: prout dictū est in quarta parte:
ꝛ sub tertia parte canonis: sic ꝛ ꝫm Apostolum ad
Hebreos. ix. cap. Christus per proprium sanguinē
introiuit semel in sancta eterna redēptione inuēta
Peracto misse officio statim inter cenādū. i. dū sa-
cerdos cōcat cantatur vespertinū officiū: ad osten
dēdū ꝙ hoc sacramētū. s. eucharistie institutū fuit
in vespera: qr ergo redēptio nostra in vespera mū
di. i. in sexta etate seculi facta est: tō vesptina sina
xis. i. psalmodia siue solennitas psalmorū nume
ro misse cōtinuaꝝ ꝛ sub vnica oratione vtrūq; offi
ciū terminaꝝ. s. per Ite missa est. si episcop⁹ adest:
vel per Benedicamus. ꝓpter vespertinā cōclusio
nē. Et qr ecclesie datus est calix: ideō est prima anti
phona. Calicē salutaris accipiam. quē dedit dñs
apostolis dicēs. Hic est calix noui testamēti ī san
guine meo. Scūda antiphona est. Cū his q̄ ode-
rūt pacē erā pacificus. Patiētiā enim quā habet
ille qui paratus est bibere calicē domini pacē cuz
oibus operatur. In alijs tribus rogat se liberari:
qr habita pace peccatoris nō mouetur homo pro
pter tribulatiōes: ꝛ hoc etiā habet a deo vnde pe
tit liberari. Antiphona ad magnificat Cenantī-
bus ꝛc. est de cena domini.

¶ De nudatione altarium. Rubrica.



Uarto loco notandū est: ꝙ statim ve-
spertino finito officio denudaꝝ alta
ria vsq; in sabbatū: que postmodū in
tertia die cooperiūtur. Siquidē hec
denudatio significat primo recessum
discipulorū domini seu apostolorum. Unde Qui
iuxta me erant delonge steterunt: ꝛ in euangelio
Relicto eo omnes fugerunt. Altare namq; chri-
stū seu corpus eius significat: vnde. De terra alta
re facietis mhi. Altare de terra facere est incarna
tionē eī⁹ credere vel sperare. Altaris ꝙo vestimē-
ta apostolos seu sanctos dei designāt: quorū pre-
dicatione christ⁹ quasi quibusdā vestimētis ador
natur: ꝛ per illos magnificatū est nomen eius. Al
tare igitur vestimētis denudaꝝ. Quia fugientib⁹
apostolis christ⁹ solus remānsit. Tertia die coope
ritur: qr post eius resurrectionem discipuli ad euz
redierunt. Secūdo denudatio altaris designat ꝙ
christus fuit nudatus in cruce. Cū vidq; nudatū
altare cōspicimus: illud prophetic̄ ad memoriā
reuocamus. Ecce vidimus eū: ꝛ non est ei species
neq; decor: ꝛ consideraūimus eū despectum ꝛ no
uissimū virorum: quod accidit in passione. Nam
antea speciosus pre filijs hominū extitit. Fuit qui
dem denudatus ad colūnam ꝛ ad crucem: cū diui
serūt sibi milites vestimēta sua. Tertio altaris de
nudatio significat christū diuinitatis gloria nuda
tū. Unde ps. Deus deus meus quare dereliquisti
me. Quarto designat: ꝙ velū templi scissum est: ꝛ
liber qui signatus erat apert⁹ est. Vñ in ꝓuerbijs
Aperta sunt prata ꝛ apparuerūt herbe virētes: id
est exēpla actionum christi que sunt ab eternitate
ꝛ ducūt ad eternitatem: ꝛ bene dicit. Aperta sunt
prata: ꝛ apparuerūt herbe virentes: quia ea que

Altarū nuda-
tio quid
signifi-
cat.

magis occulta erāt in lege: sicut passio: resurrectio ⁊ ascensio patefacta sunt. In plerisq; locis lauantur altaria vino ⁊ aqua: ⁊ ramis fricantur: presertim cum ramis de sauina. Lauantur ergo aqua ⁊ vino: ad notādū q; co: p⁹ xp̄i quod est verū altare sanguine ⁊ aqua in cruce aspersum est. nā de ipsi⁹ latere exiuit sanguis ⁊ aqua: per que genus humanū lotū est. Uel vino ⁊ aqua lauantur: ad ostēdendū q; nō Joānis: sed suo baptismo fuit baptizatus: scilicet ex aqua ⁊ spiritusancto: ⁊ lauantur cū psalmo penitentialī: vel cum cātu ad passionē pertinēte. Plus autem ibi est de vino q̄z de aqua ponendū: quoniā aque multe populi multi: sicut in Apocalypsi habetur: per quod significatur q; sanguis christi sufficit ad redimendū plures in infinitū q̄z sint redempti vel vnq̄z redimēdi. ¶ Rami vero aspersi quibus altare fricatur significant spinēā coronā qua xp̄s coronatus est: vel flagella amara ⁊ dolores ⁊ ictus: quos in morte sustinuit. Uel lauatio altaris: id est corporis christi: cū aqua significat lachrymas Marie: vinū vnguētū: rami etus capillos. Et scias q; quidā hac feria quinta hora tā aduesperascēte denudāt altaria ⁊ lauant Alij vero solū denudant: sed in parascene lauant: quod magis congruit rationi. In quibusdā etiā locis pauimētū etiā ecclesie mundatur: per quod pauperes christi significantur: prout in prima parte sub titulo de ecclesia dictū est. Pauimētū ergo ecclesie mundat qui pauperibus vel fratrib⁹ propter deum pedes lauat: ⁊ illis cetera misericordie opera exibet. Inde est q; parietes domus quāuis vocabulū ecclesie habēt: pro eo q; cōtinēt ipsam: nō tū ipsi sed homines sunt ecclesia: ⁊ pauimentū est quasi homm pedes. Pauimētū quoq; mundat: ad notandū q; a vitijs mūdari debemus. Statutum est in canonibus de consecra. dist. iiij. non licet. et capitulo sequenti. ne hac quinta feria ieiuniū soluatur: q; enim dñs surgens de cena lauit discipulorū pedes: ⁊ iterū rediit ad cenā: ideo quidaz ad instar ipsius volebāt post prandium pedes alijs abluere: ⁊ iterū post ablutionē cenare: quod fieri nō dz. Hec dies in plerisq; locis capitulauū vocatur: q; tūc capita infantiū qui vngēdi sunt lauantur: ne obseruatione quadragesime sordida advnctionē accedāt. ¶ Rursus hac die symbolū cōpetentib⁹ tradit̄ ꝓpter cōfinem dominice paschalis solennitatē: vt qui iā ad dei gratiā percipiendā festinant: fidē quā ꝓfitent agnoscāt. Hec ergo quinta feria in quattuor principaliter priuilegiata est. Primo q; tunc penitentes recipiūtur. Secūdo in ea nāz nouū testamētū incepit: ⁊ vetus terminatum fuit. Tertio q; in ea fit olei cōsecratio. Quarto q; in ea sacramētū sacramentoū institutū est.

In quattuor ꝓn cipaliter hec dn̄a feria priuilegiata ē.

¶ De die parascues. Rubrica.

Sequitur de parascene: q̄ quare sic dicatur in prohemio septime partis dicetur. ¶ Sane hac die ecclesia artissimū ieiuniū ⁊ silentiū agit: nullū tū officiū solēniter celebrat: sed hora nona conuenit ad adorādū crucem: nō ad misse officiū: quo hec dies caret: sed quasi ad funeris obsequiū dicēdū: ⁊ hoc iō q; hora nona mortuo dño centurio factus est preco fidei nostre: ⁊ perfidis recedētibus licuit Joseph ⁊ Nichodemo disponere de funere: ⁊ mulieribus accedere propius. Dicitur aūt officiū tacita ⁊ humili voce ⁊ absq; principio: ꝓut in precedenti titulo dictū est. Super altare vnica dūtaxat toballia disponit̄: per quā syndō qua corpus xp̄i inuolutū fuit significat̄. ¶ In quibusdā ecclesijs in hora sexta ignis extinguit̄: ⁊ i nona accendit̄: ⁊ q; tūc sol in sexta lumen abscōdit: ⁊ in nona reddidit. ¶ Incipit hoc officiū a lectionib⁹: q; in primitiua ecclesia omnis missa a lectionib⁹ inchoabat̄. Sed hoc hac die specialiter fit: pro eo q; passio dñi hodie celebrata est: in cuius memoriā omnis missa cātat̄: ⁊ legunt̄ lectiones sine titulis: qm̄ tūc amisimus xp̄m caput qui nos illuminat: sicut tituli illuminat libros. Legūt aūt due lectiones: q; p duob⁹ populis xp̄s passus est: gētili vcz ⁊ hebreo: vel pro salute carnis ⁊ anime. Una sumpta est ex lege: alia ex pphetis: q; xp̄i passio a pphetis fuit prenūciata: ⁊ a lege ⁊ patriarchis prefigurata. Abraā em̄ carnē xp̄i figuratiue immolauit: qm̄ arietē immolauit. Sim̄ ⁊ Abel: qm̄ agnū sacrificauit. Unde dñs. Assimilatus sum inquit pphetis. Rursus ideo due lectiones dicūtur: q; sicut in quarta feria mortē nostrā duplicem manifestauimus: pro qua xp̄s pativenerat: ita ad memoriā in parascene reductimus suā passionē ⁊ nostrā imitationē: quedā aūt ecclesie primo legūt lectionē. Osee. vj. ca. scz. In tribulatiōe: ⁊ secūdo legūt Exo. xij. ca. s. Dixit dñs ad moysen. ⁊ illi naturalē ordinē seruāt: q; passio dñi primo prenūciata est a lege: secūdo a pphetis. In prima q̄dē est ꝑconiū resurrectionis: vbi dz. Post duos dies viuificabis nos: ⁊ in die tertia suscitabis nos. In scōa mod⁹ exprimit̄ passionis: vbi dicit̄. Immolabitq; eū vniuersa multitudo ad vesperā. Quedā ꝥo eōuersofaciūt: ⁊ mouent̄ ex eo: q; passionē lectioni ex lege q̄si ꝓtinuare volūt: q; in passione q̄dā ꝥba ponūtur q̄ ex illa lectione sumpta sunt scz. Os nō cōminuetis ex eo. cōtinuāt ergo passionē lectioni: quia eius est expositio: ⁊ agit̄ de duobus specialiter in officio hodierno: scz de passione christi: et de passione ecclesie: que est illius imitatio: sicut dicit ꝑetrus. Christ⁹ passus est pro nobis ⁊c. Hec siquidē duo in lectione. Exo. cōmemorātur vbi dicit̄. Erit aūt agnus sine macula masculus agniculus iuxta hūeritū tolletis ⁊ hedū. Agnus est corpus xp̄i immaculatum. Hedus est ecclesia que nos sumus: qui peccatores sum⁹. Passio christi celebrata est in eius immolatione: nostra celebratur in vitioū mortificatiōe. In lectiōe Osee manifeste agitur de passiōe xp̄i ⁊ eius affectu: vbi dicitur. Eamus ⁊ reuertamur ad dñm: quia ipse cepit ⁊ saluabit nos: percutiet: ⁊ curabit nos. Uiuificabit nos post duos dies: ⁊ in die tertia suscitabit nos: ⁊ viuemus in cōspectu ei⁹. Osee. vj. ca. qō hieronym⁹ sic exponit. Percutiet dñs ⁊ sanabit nos: q; quē diligit corripit ⁊ castigat. v. q. v. nō osculat̄. Uiuificabit nos post. d. d. ⁊ i. d. t. s. n. q; tertia die resurgēs a mortuis oē gen⁹ humanū suscitauit: ⁊ cū nos vi-

Omnis missa in ꝓmitiua ecclesia a lectionibus inchoabatur.

Christ⁹ passus est pro duobus populis

ascenderit: & fulcitauerit: in cōspectu eī⁹ viuemus ibi ergo loqtur ꝓpheta de trib⁹ diebꝫ: q̄bus dñs fuit i sepulchro: cū dicit Viuificabit nos post.d. d. i.t.d.f.n. id est post duos dies sepulture veniet nobis q̄si iber tēporane⁹ & serotin⁹ terre: & dabit gr̄am sapiētē: & subsequētē. ¶ Seq̄t tract⁹ Die sudiui auditionē. Abac.viti.c. & q̄ dicit versus In medio duoꝝ aīalīū cognoscēris: ad litterā itel ligit. s.i. presepe bouis & asini: vñ Esa. Cognouit bos possessorē suū & asin⁹ p̄sepe dñi sui: vel i medio duoꝝ latronū: vel in medio duoꝝ ppl̄oꝝ. Se cū da lectio est de Exo. vt ibi habet. Os nō cōfringetis ex eo: hoc cōpletū est q̄n fregerunt duoꝝ latronū crura: venientes autē ad Jesum inuenerunt eū mortuū: & nō fregerūt eī⁹ crura. Allegorice ꝓ in eo nō sunt fracta crura. i. ꝓtutes & maxime patientia. vñ Esa. Dedi faciē meā sicut petrā durissimā: & scio q̄ nō cōfundar. Per crura em̄ intelligunt itinera: de q̄bus in cantico Abacuh. In curuari sunt colles mūdi: id est hoies excelsi per itelligētiā ab itinerib⁹ eternitatis eī⁹. i. ex ēplo actionū ipsi⁹ q̄ ducūt ad eternitatē tā q̄ colūne immobiles. i. argētee ꝓp eloquētiā q̄ fundate sunt sup bases argēteas vel aureas: id est rōnes immobiles eterne sapiētie. ¶ Sequunt tract⁹ de passiōe dñi q̄ tūc luget eccl̄ia valde: & sunt duo tract⁹ ad intētionē maioris luct⁹. s. ꝓ pctis q̄ cōmittim⁹: & ꝓ penis quas patimur: & ꝓ incolatu q̄ plongatur. Nec cātat graduale cū tractu: sed solū tract⁹: prout dictū est in quarta feria: & in quarta parte subtit. de tractu. Duo ergo tract⁹ dicunt. Primus scz Die audiui: & est in q̄busdā ecclesiis quatuor versuū: alter plurū. Tract⁹ quatuor ꝓsuū significat q̄ per xp̄i passionē redimit hō q̄ ex q̄tuor elemētis cōstat. Cū xp̄s nec i celo nec in terra crucifix⁹ est: sed in medio. i. in aere. Fecit ei pacem iter celestia & terrestria: q̄n erat inimicitia inter hoiem & hominē: sed maior inter angelū & hoiem: & maxima inter deū & hoiem. Ipse em̄ xp̄s ola pacificauit, in cruce: q̄n fecit vtraq; vnū cū sit lapis angularis. Adhuc per q̄tuor versus tract⁹ significant q̄tuor partes crucis. Scōs ꝓ. tract⁹. s. Exipe me plurior est: & representat magnū bellū dauid cū Golia: & xp̄s noster dauid hodie magnū Goliā. i. diabolū debellauit. ¶ Rursus iō tract⁹ est lōg⁹: q̄ hoc nobis ꝓmissus est in lectiōe Osee vbi dr. Post duos dies suscitabit: nos debem⁹ retinere in spe. Itē in scō tractu ponit. Obūbrasti caput meū i die belli: q̄ nō tm̄ i alio tēpore: sed etiā i die passiōis diuinitas a passiōe permānsit immunis: immo i passione xp̄s homo ita ꝓtect⁹ est gr̄a diuinitatis vt hostes superaret q̄ superari videbat. Quedā autē eccl̄ie cātāt ꝓ tractū. Qui habitat i adiutorio altissimi. q̄ xp̄s a diabolo primū latēter tentat⁹ est: velut a draconē latitāte in petra: postea in passiōe tā q̄ a leone fortī acriter veratus est: q̄ notat per illū versum. Super aspidē & basiliscū. ¶ Sequit euangelīū siue passio. Egressus est. Joā. xviij. ca. q̄ dicit hac die: q̄ ipe iterfuit crucifixiōi: & iuxta crucē stetit secur⁹ aliis fugientib⁹. q̄ not⁹ erat pōtifici. Qui igit hac die passio dñi oculis nostris representat: merito eī⁹ testimoniū phibuit. Et scim⁹ q̄ testimoniū eī⁹ verū est. Preterea ipse postea scripsit euāgelīū: quare merito posteri⁹ legit: & ora ibi manifesti⁹ sunt sacramēta: vñ ibi dr. Os nō cōminuetis ex eo. Itē illud. Vnus militū lācea lat⁹ eius aperuit: & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Legitur autē hac die passio sup nudū pulpitū. Primo ad memorādū q̄ sup nudū crucis patibulum nud⁹ fuit positus ipse xp̄s. Scdo ad notandū q̄ Joānes ꝑm quē passio legitur relicta syndone nudus ꝓfugit a iudeis. Tertio ad representādū q̄ sicut xp̄o in cruce pendēte ipsius secreta nō tā cordis q̄ corporis nuda oībus affātib⁹ apparuerūt: ita & velo tēpli per medīū scisso ola tēpli ītima nuda remanserunt. Legit etiā nudis pedib⁹: vt cum afflicto pro nobis nos affligi debere mōstremus. In q̄busdā ꝓo ecclesiis syndō seu tersoria vel vestes altari nudato supponunt vsq; dū passio legatur: cui ꝓo peruenit ad locū illū. Diuulserūt sibi vestimēta mea &c. tunc subdiaconi syndonē illā vel tersoria tollūt representātes hystoriā: q̄ quatuor milites christū crucifigentes vestem christi fustulerunt: & subdiaconi quasi furtiue pannos subtrahunt: ad notādū q̄ Joānes qui cum dño vsq; ad crucē pseuerauit: postea mōre furis se occultauit & nud⁹ effugit. In q̄busdā tamē locis vna vestis sublata altera sup altare remanet: ad significādū q̄ vestis dñi inconsutilis nō fuit scissa vel partita sed sorte super eā missa cōtigit integra vni militi: ad significādū q̄ eccl̄ie vnitas nūq; potuit a schismaticis vel hereticis scindi: q̄ non est sapientia cōtra dñm. xvj. q. vij. sicut. Qd ꝓo dr in passiōe Extuit in eum qui dicit calvarie locū: nota q̄ sicut legit in hystoriis: calvarie est proprie os capitis humani nudū. Inde dict⁹ est locus ille mons calvarie siue calvarii vbi rei decollabātur: & vbi multa capita & ossa erant dispersa. Qui vero xp̄s in cruce pendēs prolixe orauit decantās decem psalmos: scz Deus deus meus respice in me: vsq; ad In te dñe speraui cum peruenisset ad locū illū. In manus tuas dñe. illo dicto emisit spīm: ō & nos postq; recitata est passio eius oīones dicim⁹: ad notādū q̄ q̄n ab inimicis persequimur: semper ad orationē est recurrendū: iste tamen est insolitus mos orandi. Nā in aliis diebus ante euāgelīū orationes dicūtur: & in earū principiis dicit. Dñs vobiscum que est proprie vox & sacerdotis officiū: qd nō fit in istis: quia sacerdos & dñs noster occidit. Orauit autē xp̄s pro trib⁹. Primo ꝓ se dicēs. Pater clarifica filiū tuū. Scdo pro iuis dicēs. Pater quos dedisti mihi pro eis rogo. Tertio pro illis q̄ in eū crediturī erant dicēs. Pater nō tm̄ pro illis rogo sed pro illis qui crediturī sunt in me. Et ex hoc videt q̄ nō debem⁹ rogare pro eis quos scimus nō esse saluādos: nec pro illis qui in inferno remānserūt: nec pro iuda qui se desperauit: sed oramus pro nobis in omni gradu ecclesie: & pro neophitis: & pro gentib⁹: pro iudeis: pro hereticis et schismatis: vt xp̄s gr̄am suā eis infundat & ad fidē cōuertat. Cuius em̄ orauit pro inimicis & amicis: ideo ecclesia stat in silē orat pro oībus. Sane

Duos tractus dicit ecclesia ad intētionem maioris luctus.

Tract⁹ quatuor versuū q̄d significat.

Mons calvarie quare ita dictus.

Semp ad oronem est recurrēdum q̄n ab inimicis p̄seq̄mur.

ecclesia pro his orans flectit genua in orationib⁹ vt per habitū corporis deuotionē ⁊ mentis humilitatē ostēdat: insinuans etiā q̄ in nōie iesu omne genu flectēdū est: q̄m oēs natiōes sibi genua curuant: nisi q̄ pro iudeis oratur: qr eīm ipi illuserūt dño flexis genib⁹ dicētes. Prophetiza nobis xpe q̄s est q̄ te pcussit: ideo i detestationē hui⁹ illusionis ecclesia pro eis orans genua non flectit: vt vitet opera simulata. Preterea qr eorū cecitas nulla poterat oratiōe depelli donec plenitudo gētiū subintrauerit: ideo nō est pro ipsis vehemēter orādum nec genua flectēda. Est tn vtcūq; orandū: qr futurū est vt q̄ est exaltat⁹ in cruce oīa trahat ad se. Sed ⁊ in orationib⁹ pro iudeis ⁊ paganis nō respondet. Amen vt quidā dixerūt: ⁊ hoc ideo: qr cum illi sint extra collegiū siue corp⁹ ecclesie fidelium popul⁹ nō oīdit affectū suū ad eos. Juxta illud apostoli ad Corin. j. Quid mihi de his qui foris sunt iudicare. extra de sac. vnc. ca. j. per amē autē affect⁹ exprimit. Preterea licet pro illis oret: vt eorū duritia cōuertat: qr tn hoc implert nō potent: vsq; circa finē seculi apostolo testāte q̄ dicit. Donec plenitudo gentiū introierit: ⁊ ois israel saluus fiat: ideo ad orationes pro illis nō respondet Amē. Verūtamen recte inuēti nihil interest quo ad hoc inter illas: ⁊ alias orationes: immo ita respōdet da illas Amē sicut ⁊ ad alias oīones pro aliis statibus: qō sic ostendit. pro quolibet statu bis profert orem⁹: sed qō sub primo oremus ante flectam⁹ genua dicit nō est oratio sed adhortatio vt orem⁹ siue prefatio seu monitio exprimens qd siue pro quo sit in sequēti oratiōe orandū: vñ sub tono prefationis nō oratiōis dicit: ideoq; pro nullo statu post prefationē respondet Amē: sicut nūq; fit post aliquā prefationē: licet etiā ibi ponatur per xp̄m dīm nostrū: sicut patet in quotidiana misse prefatione. Qō autē scdo orem⁹ dicitur oratio est: ⁊ respōderi debet Amen pro iudeis ⁊ paganis sicut pro aliis. Consequēter sacerdos post oratiōes crucē velatā baiulat ad dextrū cornu altaris: ibiq; crucē super humeros tenēs in persona xpi: iudeis improperat bñficia dñi dicens. Popule meus quid feci tibi: In q̄busdā tamē ecclesijs duo presbyteri baiulāt illam: ad notādū q̄ in christi persona due fuerūt nature: diuinitatis vcz ⁊ humanitatis. Qō dicit Popule meus quid feci tibi: aut in quo cōtristaui te respōde mihi: quia eduxi te de terra egypti ⁊c. ad diuinitatē refertur qō vero sequit Parasti saluatori tuo crucē ad humanitatē: ⁊ sic de aliis sequentib⁹ verbis. Cātat autē sacerdos quasi hebraice in persona saluatoris: accoliti cantāt grece Agyos otheos: quasi in persona grecorū: chor⁹ respōdet Sctūs sctūs: in persona latinorum. Sicq; trib⁹ linguis laudatur deus scz hebraica: q̄pp legē oīm linguarū est mater: greca q̄ doctrix est: ⁊ latina q̄ imperatrix est p̄pter romanū dñiuz imperij ⁊ papat⁹: qr eīm hebraicas nūc silet a laude dei: ponit p illa. Popule me⁹ qō qr cātat in persona dñi loquētis hebreis: ideo intelligit dictū hebraice. Et nota q̄ cōtra tres illusiones xp̄i tres premittunt adoratiōes: vt infra dicetur. Tres vero antiphone scz Popule meus. qr eduxi te: ⁊ quid vltra ⁊c. parū aut nihil sensib⁹ differētes verbis ⁊ modulatiōe cōsimiles triplicē titulī scripturā significāt: q̄ script⁹ fuit tribus linguis scz hebraice: grece: ⁊ latine. Jesus nazarenus rex iudeorū: vtrū principiū titulī scriptū fuit trib⁹ linguis ignorat: sed de hac clausula rex iudeorū cōstat qō qr negauerunt iudei dicētes. Noli scribere rex iudeorū: sed qr ipse dixit rex sum iudeorū ideo illud in istis antiphonis astruit ab effectu. s. qr tanq̄ rex eorum eduxit eos de egypto: ⁊ duxit eos per desertū: ⁊ introduxit in terrā bonā. Item qō in titulo scriptū fuit Jesus in singlis antiphonis cōcludit saluator: q̄ ibi nazarenus ad singula respondet agyos: sctūs: ⁊ qr titul⁹ tribus linguis scriptus fuit: ideo duabus linguis respōdet: scilz greca ⁊ latina q̄ xp̄m adorant. Hebraica vo ptra dicit: ⁊ adhuc blasphemat p̄dictas. Et nota q̄ antiphona Popule meus. est Michee. vj. ca. principium antiphone. Qr eduxi te. Hume. xiiij. cap. ⁊ mediū scilz manna ⁊c. est Esa. xvj. ⁊ Josue. vj. ca. vbi etiā est finis ipsius. s. introduxit. Notandū q̄ iudei tres accusationes cōtra xp̄m proposuerunt scz q̄ tributū negasset: q̄ se regē fecisset: ⁊ q̄ se filium dei dixisset: cōtra tres i eius personā accusationes dicunt. s. Popule meus. vbi eīs exprobat tria beneficia sua. s. liberationē de egypto: regimē in deserto: ⁊ introductionē in terrā optimā: quasi dicat. Tu accusas me de negatiōe tributi: potius deberes gr̄as agere qr te liberaui a tributo: siue a seruitute egypti. Tu accusas me qr me regē dixi: potius deberes gr̄as agere: qr te erexi in deserto: ⁊ regaliter paui. Itē accusas me qr filiū dei me dixi: potius deberes gratias agere: qr terrā lactē ⁊ melle manantē cōtuli tibi. Deinde crux denudatur: in signū q̄ peruersi iudei saluatorē denudauerunt: ⁊ fit denudatio inter tres vices: ad notandū q̄ illi ter xp̄o in passione illuserūt. Primo quādo in atrio principis velata facie eius colaphis eum cedebant. Ad qō designandū in principio reuelationis ipsius crucis nō ostēditur facies crucifixi. Scdo ante pretoriū qñ eo tradito ad crucifigēdū milites plectētes coronā spineā illudebant ei flexis genib⁹ adorādo eū dicentes Aue rex iudeorū: ad qō representandū in scda reuelatione discooperitur caput ⁊ facies crucifixi: ⁊ scias q̄ corona fuit de iuncis marinis sicut eā vidim⁹ i thesauris regis Francorū: quorū acies nō min⁹ spinis dure sunt ⁊ acute. Tertio quādo ei i cruce pendēti trāseuntes dicebant: vah qui destruis tēplum dei: et quia quādo hec illusio fiebat christus totus nudatus in cruce pēdebat: ideo in tertia reuelatiōe totus nudus ostēditur crucifixus: ⁊ etiā ad significādū q̄ oia que in lege ⁊ prophetis obscura fuerant in passione aperta ⁊ manifesta sunt. Reuelat ergo crux post orationes: ad notandū q̄ oratio a christi passione quā in cruce sustinuit habet effectum ⁊ exēplar. Ipse enim in cruce pendens pro amicis ⁊ inimicis orauit. Sane a dextera parte crux incipit reuelari: quia christus crucifix⁹ vera fide adoratus extitit ab aplis ⁊ discipulis iudeis

Ecclia pro iudeis orans q̄ re nō flectit genua.

Deus laudat trib⁹ linguis.

Judei tres accusationes contra xp̄m proposuerūt.

Judei xp̄o ter in passione illuserūt.

qui tñc in hertera erãt. Et qñ hec fides p illos de uote publicata ⁊ in medio gentiũ perducta est: ĩo ad hoc significãdũ ante mediũ altaris p sacerdo tẽ deducit. Rursus qz xp̃s nũc super ecclesiã quie scat: ⁊ vsq; in finẽ seculi quiescet: ĩo ad hoc significã dũ subsequẽter crux sup altare ponit: p qõ hec ec clesia gẽtiũ designat. Denicq; qz i fine seculi fides in cordib⁹ gẽtiũ refrigescet: ⁊ teste Esa. a reliquis israel q̃ salus fiẽt suscipiet: ⁊ cõmunis iudeis ⁊ gẽ tilibus habebitur: merito ad hoc significãdũ in fi ne misse crux de altari depo nit: ⁊ in cõi loco collo catur. Crux quoq; reuelata ⁊ etiã vexilla ecclesie in quibusdã locis dirigunt in altũ ad christi victo riã designãdã. Adhuc crucẽ baiulãtes antipho nã canẽtes crucẽ illo deferũt: vt grece ⁊ latine ñ deatur ⁊ deuote adoretur: qz dñs crucifixus trãsi uit a phãsia iudeorũ ad cõfessionẽ ⁊ deuotionẽ gẽ tiũ: ⁊ significat apl̃os canẽtes: id est totis viribꝰ crucis opprobriũ cõfitẽtes ⁊ predicãtes. Itẽ cru cẽ baiulando nũc eũt: nũc ⁊ fessi subsistũt: qz ⁊ illi persecutionẽ põdere fessi aliquãtulũ quieuerunt. Subsequenter ipsa crux denudata salutat: ⁊ ado ratur: qz eũ cui iudei perfidi illuserũt christiani re uerẽter salutãdo ⁊ deuote osculãdo venerant. Et dũ adoratur canitur in quibusdã ecclesijs respon sorũ. Ecce quomodo moritꝰ. Esa. lvij. c. ⁊ antipho na. Sicut moyses. Jo. iij. ca. Et est sciendũ q cõ tra premissas tres illusiones ter illũ adoramus di cẽtes. Agyos quasi ter honorãtes ter illusum p pter nos: ⁊ qz illudendo genua flectebant: ideo et nos illũ adorãdo genua flectimus. ¶ Ad tertiam etiã ante illã prosternimus: vt quod illi superbe il ludẽdo fecerũt: nos humiliter ⁊ vere faciamus: ⁊ mẽtis humilitatẽ per habitũ corporis ostẽdam⁹: ⁊ qz sicut xp̃s humiliatus est pati pro nobis vsq; ad mortẽ mortem autẽ crucis: sic ⁊ nos eius mor tis imitatores humiliari oportet. De modo pstra tionis: ait Aug. Quisquis sic humiliat̃ vt genua figat: adhuc hꝫ vt amplius humiliet: quisq; vero sic humiliat̃: vt hereat in terra vẽter etus vltra qõ humiliet nõ hꝫ. Nudis etiã pedibus adoratur: vt oẽs propitas affectiones sibi nudas ac notas esse mõstremus: ⁊ vt cũ afflicto pro nobis nos affligi ostendamus: salutatur autem crux: qz per eã sa lus hominibus reformat̃: postea adorat̃. i. osculatur. Solus eñ deus adorandus est: ceteraꝫ crux causa illiꝰ venerãda sunt. ¶ Ceterũ expositio illo rũ verborũ agyos ⁊c. ibidẽ sequitur. Hanc agyos grece dicitur sanctus latine: ab a qõ est sine et ge qõ est terra quasi celestis sine terra. Jn canone tñ Jsido. xxiiij. q. iij. quidã. ver. sed tangis: habẽt q agyos grece dicitur vas latine. Otheos vero gre ce dicit̃ deus latine. yschiros grece fortis latine. Athanatos grece imortalis latine: ab a quod est sine: ⁊ thanatos quod est mortale. Eleyson: id est miserere: ymas. i. nobis. ¶ De pfundo crucis my sterio dictũ est in phemio quinte partis: ⁊ hic ali qua perstringamus. Fuerũt aũt in dñica cruce li gna quattuor. s. stipes sine lignũ erectũ: lignũ trã suersum: truncus suppositus: ⁊ titulus superscri ptus: fuerũt ⁊ claui quattuor quibus ⁊ manus ⁊ pedes confixi sunt: fuit ⁊ lancea qua latus apertũ est: ⁊ corona spinea capiti circũposita: que omnia possunt in spũali cruce significari. Quattuor eñ crucis ligna sunt quattuor mentis virtutes: scz fi des: spes: patiẽtia ⁊ perseuerantia de quibus ait apostolus. Ut cõprehendatis cum omnibus san ctis que sit lõgitudo ⁊ latitudo sublimitas ⁊ pro fundum. Longitudo crucis est perseuerantia: de qua dominus inquit. Qui perseuerauerit vsq; in finez hic saluus erit. Latitudo crucis est patiẽtia: de qua veritas ait. Jn patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. Profunditas eiꝰ est fides: de qua apostolus: fides est substantia sperandarũ rerum argumẽtũ non apparentiũ. Sublimitas vero est spes: de qua psal. Jn verbo tuo superspera ui. Habuit ergo crux christi vnũ lignũ erectũ in lõgitudi nem: alterũ trãsuersum in latitudinẽ: quasi in mo dũ potẽtie seu martelli. Que duo significata sunt per illa duo ligna q̃ paupercula mulier in sarepta collegit. Stipes vero erectus habuit truncũ sup positũ: ⁊ titulũ superscriptũ: qz perseuerãtia de fi de pcedit ad spẽ quasi stipes erectꝰ de trũco sup posito ad titulũ superscriptũ: quod beatꝰ Job in telligẽs ait. Credo q redẽptor meus viuit. ⁊ in no uissimo ⁊c. reposita est hec spes mea in sinu meo. Nisi eñ crux habeat fũdamẽtũ fidei ⁊ titulũ spei: profecto supplicũ est solũmodo ⁊ non meritum. Quod autẽ patiẽtia spectet ad crucem: et eo ap paret q patiẽter i aduersis tribulationis sustinet cruciatũ. Unde iacobus. Tribulatio patiẽtiã ope ratur. De perseuerantia quoq; legit. Esto fidelis vsq; ad mortẽ: ⁊ dabo tibi coronã vite. Etiã secũ dũ apostolũ nõ coronatur nisi qui legitime certa uerit: perseuerantia igit̃ que coronatur certamen hꝫ vt merito spectet ad crucẽ. Jn his ergo duobꝰ lignis duos pedes ⁊ duas manus quattuor cla uis dꝫ affigere christianus. Quattuor claui sunt quattuor principales virtutes scilicet iustitia: for titudo: tẽperãtia: ⁊ prudẽtia: pedes sunt mẽtis af fectus: de quibus sponsus in cãticis. Laui pedes meos quomodo inquinabo illos. Et dñs inquit apostolis. Qui lotus est nõ indiget nisi vt pedes lauet ⁊ est mũdus totus: ⁊ iterũ. Excutite pulue rem de pedibꝰ vestris. Duo ergo pedes sunt duo mẽtis affectus: scilicet timor ⁊ amor. pes timoris clauo fortitudinis debet cõfigi: ne timidus ꝓpter aduersa succũbat. Unde psal. Cõfige timore tuo. c. m. a. i. e. t. timui. Dum enim in petro metus clau o fortitudinis affixus non extitit ad votem an cille xp̃m negauit, cũ vero confixus extitit ante re ges ⁊ presides nomẽ dñi predicauit. Pes amoris siue appetitus clauo iustitie debet cõfigi. i. ne cu pidus ad illicita desideria euagetur: si eñ appeti tus fuerit cõfixus: tũc spũs concupiscit aduersus carnẽ: si vero nõ fuerit cõfixus: tũc caro aduersus spm̃ cõcupiscit: sic itaq; christianꝰ pedes suos cru ci dꝫ affigere: ne vel timidus succũbat vel cupidꝰ euageť. Alij eñ dicũt q xp̃s tribꝰ dũtaxat fuit cla uis affixus significãtibꝰ tres cruciatibꝰ ꝙs in cru ce sustinuit: vcz passionẽ in corpore: passionem in mente: ⁊ passionẽ in corde. Ambo eñ pedes vnꝰ

Crux ni si ha beat fun damẽtũ fidei ⁊ ti tulũ spei suppli cium so lũmodo est ⁊ nõ meritũ.

Solus deꝰ ado randus est: ceteꝛa vt crux cau sa illius venerãda sunt.

clauo affixi sunt: ita q̄ verter fuit sup sinistrū: ad significādū q̄ spālēs affectiōes per pedē dextrū significate superesse ⁊ vsiari debēt terrenis p sinistrū significatis. Lancea vero qua latus est vulnerat̄ charitas est: de qua spōsa in cāticis. Vulnerata sum in charitate. Lateri quidē cor cōtiguū est: cuius beneficia diligimus: qō ideo vulnerādū est vr affectus exeat nō solū ad amicos: verūetiā ad inimicos. Unde dns ait. Diligite inimicos vestros ⁊ benefacite his qui vos oderūt: ⁊ orate p persequentib⁹ ⁊ calūniātibus vos. Corona vero spinea est penitētia circūponēda capiti: id est menti: de q̄ psal. Conuersus sum in erū. mea: dū cōfi. spi. Hec corona de trib⁹ spinis cōplectitur. s. cōtritione: cōfessione: ⁊ satisfactione. Prima pungit cor per dolorem: propter vanā cogitationem. Secunda pungit os per dolorem: propter vanā locutionē. Tertia manū per laborem: propter iniquam operationem. Manus enim opera sunt. vnde psal. Benedictus dns deus meus q̄ do. ma. me. ad preliū ⁊c. ⁊ Salomon in proverbijs. Dedit et linū ⁊ lanā: et operata est cōsilio manuū suarū. Sunt igitur due manus: duo operū genera: videlicet opus volūtatis ⁊ necessitatis. Manus operis volūtarij cōfigi dz clauo prudētie: ne curua faciat opera tenebrarū: dū em in Saulo clauo prudētie cōfixa nō fuit. Saulus ecclesiā dei persequebat. Cū vero in paulo cōfixa fuit ipse p ecclesia passus est. Manus vo opis necessarij clauo tēperātie cōfigi debet: ne lapsa nimio ad superflua extēdat. Necessaria opera sunt naturalia: vt dormire: comedere: ⁊ similia. Et nota versus de cruce. Pes cedrus est: trūcus cypressus: oliua supremū. Palmaq̄ trāsuersum xpi sunt in cruce lignū. ¶ Osculata ⁊ adorata cruce duo pbyteri deferūt ad altare corp⁹ dñi qō pridie fuerat cōsecratū ⁊ reconditū. Sacerdos vero induta casula illud super corporale disponit iuxta lat⁹ calicis: in quo sit vinū ⁊ aqua mixtū nō sanctificatū quasi ipso facto dicat. Hoc est illud corp⁹ de quo sanguis ⁊ aqua fluxerūt. Utrū aūt ex cōtactu hostie vinū cōsecretur dictū est in titulo precedenti. Quo facto incipit hor. Diem⁹ p̄ceptis salutarib⁹ perficiens dominicā orationē: ⁊ illaz. Libera nos q̄sum⁹. in quo repsentat antiqua apostoloz celebrādi missaz ysuetudo. Prius em lectione p̄missa dicebant solūmodo verba illa. Hoc est corp⁹ ⁊c. Hic est sanguis me⁹ ⁊c. Sed ipsi postmodū dñicam orationē addiderunt: ⁊ ita illo modo hac die celebrat: de quo dictū est in principio quarte partis. Et quibus colligitur q̄ sola dñica oratio non sufficit ad eucharistiā consecrandam. Siquidem sacerdos alio tēpore dicens. Per omnia secula seculoū eleuat calicem cū corpore dñi: ⁊ postea dicens. Preceptis ⁊c. calicē depositū iterū cooperit in quo illud nobis significat q̄ de cruce depositū corp⁹ dñi sepelitur. Duo aūt pbyteri qui hodie corp⁹ ad altare deferūt: repsentāt Joseph ⁊ Nichodemū: qui corpus dñi tulerūt ad sepulchrum. Tres p̄missi canonis articuli: scz Preceptis. Pax nr. ⁊ Libera nos q̄sum⁹. super depositū calicē pferunt: qr trib⁹ diebus sepult⁹ dñs occultat: ⁊ oratio ipsa Libera nos. alta voce sicut ⁊ dñica'oso pfert put dictū est in quarta parte sub ti. de silēcio post orationē dñicā: nec est ptereūdū q̄ hac die q̄ dam particula hostie in calicē mittit: nō dicunt verba illa. Fiat cōmixtio: qr ibi de sanguine mētio fit: sed in calice sanguis non est: nec hodie consecrat: ⁊ fracta hostia nō dicit. Pax dñi ⁊c. eo q̄ oscula circūstātiū nō sequunt. Oro quoq̄ illa Dñe iesu christe fili dei ⁊c. ⁊ illa Corpus tuū dñe. omittunt: qr ibi mētio de sanguine fit. Omittunt etiā illi versus Quid retribuā dño ⁊c. Illa quoq̄ Placeat tibi etiā omittit: qr ibi ptinet Presta vt hoc sacrificiū qō oculis tue ⁊c. Hac etiā die sacrificiū nō offert sacramētaliter: sed sumit altera die oblatū. Agn⁹ dei nō dr: qr nō videtur esse inuocādus q̄ cernit in agone deficere: ⁊ cū silētio sacerdos cōcat: vnde postcōio nō cātat: qr nobis sumētib⁹ sanguis ille quē sumim⁹ de ore nostro pro nobis ad dñm clamat. Nos em sumus terra illa que aperuit os suū ⁊ bibit sanguinē abel: id est xpi quē effudit cayn. i. populus iudaicus. vnde factus est vagus ⁊ p̄fugus super terrā. iuxta illud. Disperde illos i virtute tua: ⁊ factus est maledict⁹ illa maledictione sanguis eius super nos ⁊ super filios nostros. Et rursus postcōmunio que iubilū ⁊ letitiā significat dñi nō dicitur: qr ecclesia illa die ploraz. ¶ Sed quer quare xp̄s voluit pati sexta feria? Respondeo vt dies qua crucifixus est coaptaretur sexte ferie prime creationis: ⁊ sexte etati huius mūdi. Siquidē in sexta feria primus homo scz Adā creat⁹ est ad imaginē dei: ⁊ ex latere ei⁹ dormientis sumpta costa femina fabricata: ⁊ in sexta etate filius dei vt hominē ad imaginē dei creatū redimeret ⁊ in carne apparuit: q̄ in sexta feria dormiēs in cruce sanguinē ⁊ aquā de latere suo vnde sanctā ecclesiaz cōsecraret emisit. Ideo ergo in sexta feria pati voluit: qr cū tali die Adā peccauerit: illa etiā die hominē redimere voluit: de hoc dictū est sub titu. de natali. Et nota q̄ xp̄s cōpletis trigintaduob⁹ annis ⁊ mensib⁹ trib⁹: vel sm Chrysо. trigintatrib⁹ ⁊ dimidio crucifixus est eadē die qua conceptus est de virgine: scz in sexta feria que fuit. viij. kalē. aprilis: de quo dicet in septima parte sub festo annūciationis. Queritur etiā cū de morte sanctoū cū gaudio festa in ecclesia celebrētur: qr preciosa in cōspectu dñi mors sanctoū ei⁹: quare ecclesia hodie de morte domini cū gaudio similiter nō solēnizat? Videtur em q̄ multomagis deberet letari ⁊ festū de illa celebrare: cū mors ipsius sit preciosissima: ⁊ mors mortis: ⁊ est nostra redēptio: ⁊ qr apostolus gloriandum ait in cruce dñi nostri iesu christi. Respōdeo qr ipse pro peccatis nostris mortuus est: sicut dicit dns per Esa. ppter scelus populi mei percussi eū: ⁊ ideo deberet homo erubescere nō gaudere: cū sol insensibilis erubescens radios suos retroverterit: qr obscuratus est: ⁊ petre scisse sunt. Merito ergo omnis homo in hac die tristitiam pretēdit: ne esse durior lapidibus videatur. Preterea ipse dominus tristis fuit. Unde Tristis est anima mea vsq̄ ad mortē. ⁊ etiā beata virgo. Unde. Et tuam ipsius animā pertransibit gla-

Quot sunt opera.

Duo sūt operum genera.

Versus de cruce domini.

Christ⁹ nō dicitur quare pati sexta feria.

Quot cōpletis annis ⁊ mēsib⁹ crucifixus est Christ⁹.

alias. ⁊ apls de cõse. dist. iij. sabbato. Merito igit in hac die ecclesia in arctissimo est ieunio ⁊ silẽcio et tristicia cõpassionis: de hoc dictum est sub festo circũcisionis. Rursus hũc diẽ celebramus cũ meroze. tristicia: ⁊ abstinẽcia: passionẽs ⁊ sanctorum cum gaudio: qz sancti post martyriũ statim celos ascenderunt: xp̃s vero ad infernum descẽdit. Sed qm̃ tartara cõfregit: ⁊ inde sanctorum alias eduxit et tertia die resurrexit: ideo tunc. s. die resurrectionis maxime letamur. Hinc est q passiones patrũ ve. testa. qz ad inferos descẽderũt nõ celebramus pterq̃ innocentiũ: ex eo q in ipsis singulis xp̃us occisus est. Nach habeoz: prout in septima parte sub eoz festo dicẽ de hoc etiã dictum est in prima parte sub tit. de picturis. Et est notandũ q xp̃s in passione sua redemit nõ tm̃ illos q tũc erãt in lymbo inferni: q locus dicebaf sinus abrahe vbi lazarus erat: ꝫ etiã oẽs futuros qui fcã morte vitam erãt finituri. Vñ Osee xiii. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero inferne: sed nec oẽs q̃ in inferno erãt inde extraxit. Itẽ quer̃t quare eccl̃ia nõ cõse crat hac die corpus dñi cũ dns dixit Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Et in gabilon. cõct. de cõse. di. j. vtsum. vñ. Nulla dies excipit q̃ nõ p viuẽtib⁹ deprecẽt. Preterea cũ xp̃o imolat⁹ hac die sabbato quieuit in sepulchro: ⁊ discipuli totã noctem sequentẽ vsq̃ diluculo in tristitia trãsegerint: rõnabiliter videretur: vt in hac die corpus dñi cõficeretur: ⁊ inde vsq̃ ad primã sabbati iugi silẽcio cõsopita sacri altaris mysterio vacaret. Rñdeo. Ad hoc multiplex ratio reddi potest. Prima est Dns noster pridie q̃ pateretur: accipiens panẽ ⁊ calicẽ benedixit: deditq̃ discipulis dicens Hoc est corpus meum Hic est calix meus: ⁊ tunc immolatus est in manibus suis: de qua immolatione subiũxit Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Illa igit die. s. feria quinta nõ est omittẽda cũ sit firmiter inſucta: sexta vero feria est dies scõa qua velut in monumẽto quieuit: sabbatũ tertia qua velut a morte resurgit: resurrexit em̃ ante diẽ. Triduũ ergo dñice mortis qd̃ perfici nequit: eo respectu q ipse a iudeis est trucidatus: eo trãsponitur: q ipse suis manibus immolatur. Cuius quoq; rei illud magnũ est indicium: q in nocte cene luminaribus extinctis vigilias celebramus. Sicq; vt in quinta feria quasi sexta in duplũ mãna colligat: qm̃ in hac die quasi in sabbato non inuenitur. Scõa rõ est: quia ecclesia corpus illud qd̃ flagellis ⁊ spinis ⁊ cõtumeliis ista die reuera affectũ est nõ dz cũ missaruz solẽnitatib⁹ celebrare: qm̃ venietẽ veritate dz cessare figura. Tertia qz oblata est hostia de manibus xp̃i ⁊ nostris. Nõ ergo sacrificẽt amici dñi trucidãt inimici: sed tñ quia semper indigemus cõtione: et semper est tps cõicandi sacerdos ipsum corpus recipit in hostia a die antecedẽti reseruata ⁊ custodita. Quarta ratio est: qm̃ hac die velũ tẽpli scissum et cornua altaris trãsuersata sunt: ⁊ ita non habemus vbi corpus xp̃i cõficiatur. Quinta est qz sacerdos ⁊ sublegis est verus sacerdos. i. xp̃s sponsus ecclesie descendit em̃ ad inferos. Sextã rationem ponit Inno. papa. de cõse. distin. v. sabbato: dicens q in die parasceue: ⁊ in sabbato sancto sacramentum nõ celebratur: quia cõstat apl̃os istis duob⁹ diebus in meroze ⁊ tristitia fuisse: ⁊ se ꝓpter meruz iudeoz occultauisse. Missa em̃ que in ipso sabbato celebratur: nõ ad ipsum sabbatũ ꝫ ad diẽ pertinet subsequentem: vt infra dicetur. Septima quia moyses ait vos tacebitis: ⁊ alius. s. xp̃us pugnabit pro vobis: torcular em̃ calcauit solus. Cũ igitur hac die non sit corpus dñi conficiendum ad hanc diem reseruandum est. Hec sexta feria: et ab ista omnes alie sexte ferie priuilegiate sunt ꝓpter xp̃i passionem: sicut ⁊ a sequenti dominica omnes alie dñice propter eius resurrectionem. Sunt aũt huiusmodi sexte ferie sex priuilegia. s. christi immolatio: inferni spoliatio: mortis conculcatio: humani gn̄is redẽptio: paradisi apertio: scripturaz manifestatio. In parasceue vno solo cibo vescimur: quia xp̃s ea die vnũ. s. latronẽ sibi incorporauit dicens hodie mecũ eris in paradiso, vnde ipse dicit Singulariter sum ego donec transeam.

Mita

Huius ferie sexte priuilegia sũt sex.

Latronem

¶ De sabbato sancto pasche. Rubrica.

Sequitur videre de sabbato sancto pasche. Sane sicut deus operib⁹ creationis mundi. s. in sex diebus completis in septima requieuit ab omni opere quod patrarat sic ⁊ in sexta etate creationis operibus: consummatis: iuxta qd̃ dñs i cruce pendens dixit Consummatũ est. in septima etate requieuit. Cum enim anima eius passibilitatez corporis exiuit: quodãmodo requieuit: ⁊ preterea in sepulchro dormiuit: idcoq; dies ista sabbatum appellatur: qd̃ requies interpretatur: vt dictũ est in prohemio secũde partis: qd̃ antonomatice sabbatum sanctum dr: eo q vt premissum est: significat requiem xp̃i ab opere recreationis in fine sexte etatis: vel propter requiẽ xp̃i: in cuius morte sanctificati sumus. Dicit etiam sanctum propter baptismũ qd̃ fit in die ista: in qua noua ecclesie ꝓles sanctificatur. Hec aũt dies sicut precedẽs nullum habet officium diuinũ: in quo cõstat apl̃os fugisse et in meroze fuisse de cõse. dist. iij. sabbato. Nã officiũ qd̃ cãtatur est noctis diei dñice. de cõse. di. j. in ieuniis. lxxv. di. q a patrib⁹. s. de resurrectione nõ de sabbato: sicut ⁊ cõtingit in sabbatis quatuor tẽporũ: qd̃ apparet: qz dr in cerei benedictione. Hec est nox. ⁊ in collecta misse Deus qui hãc sacratissimã noctẽ: vnde antiquitus totum officium de nocte dicebatur: ⁊ adhuc in plerisq; locis fit. Primo ad notandũ qd̃ cathecumini quoq; est ipsum officium sepulti cũ xp̃o per baptismum resurgunt cũ ipso. Scõo ꝓpter visitationẽ mulierũ ad sepulchrum dñi mane venientium. Tertio quia dñs de nocte resurrexit ꝫm hieroñ. ⁊ Gregoꝝ. ⁊ Ambro. et ideo qz nox illa tãto lumine illustrata est de domini resurrectione merito tunc vigilare ⁊ deo laudes canere debemus. Traditio quoq; iudeoz est xp̃z media nocte vẽturũ: i cuiꝰ figura angelus trãsiuit media nocte percutiendo primogenita egyptiorũ et dñs trãsiuit ptegendo pplm suum. ⁊ ille. Ecce inquit traditionẽ aplicam permansisse: vt in diebus vigiliarum pasche ante noctis mediũ dimittere non

Sabbatum sanctũ qua re sic dicatur.

lem

ientem veritas debet ffare figura.

Hec dies trib⁹ de causis dicitur illuminata.

Nota q̃ christus resurrexit quare celebratur quando dies incipiunt crescere ⁊ eē maiores noctibus.

ceat populos expectantes xp̃i aduentū: vt resurgenti saluatori occurrāt: ⁊ postq̃ tp̃s illud trāsierit securitate pre sumpta festū cūctos agere diem. Sed quia q̃ pro deuotione fuerat institutū: i min⁹ honestas actiones quibus nox facultatem prebet cōuersum est: institutū fuit vt officiū ipsius noctis de die celebraretur. De hoc tactū est in prohemio quarte partis ⁊ in quinta parte sub titu. de noctur nis. Aug. cū dicit dñm in diluculo surrexisse: ⁊ ip̃z per quadraginta horas mortuū siue in sepulchro extitisse: cui ecclesia consentire videtur: que pro resurrectione matutinum eadē celebrat hora. Silet ergo ecclesia vsq; in horā decimā: ⁊ tunc cōgregatur ad officium celebrādum q̃ resurrectio appropinquat: vez circa vesperam noctis que lucescit in prima sabbati: ⁊ quā per totā noctem vsq; ad diei claritatē cōtinuat. vt illud impleatur Nox illuminatio mea in deliciis meis: ⁊ nox sicut dies illuminabitur. Tribus aūt de causis ō hec dies illuminata. Primo q̃ refulget in deliciis nostris propter redēptionē seu resurrectionē aiarū: que licet fit in die parasceue morte dñi recuperata: eius tñ gaudiū ⁊ letitia est ad hanc noctem translata propter rationem positam sub quinta feria cene dñi: vbi agitur de olei consecratione. Scō ꝓpter resurrectionē corporū que dño resurgente prima sabbati sperātur figura: ideoq; vigilamus ⁊ resurgēti vigilando cōcinimus. Tertio propter baptismi sacm̃ q̃ hodie celebratur: q̃m ab illis causis sumpsit exordium: ⁊ illarum nobis tribuit fructum. Celebratur eñ hac die cathecuminorū officium: vt ipsi christo consepulti ad baptismū in morte cū eo resurgant. Hec ergo nox pascha ō q̃ transitus interpretatur: quia transiuit dñs de mūdo ad patrē de morte ad vitam transimus ⁊ nos. Pascha eñ nostrum immolatus est xp̃s: de hoste ad patrem: de tenebis ad lucem: de reatu ad gratiam: de pena ad gloriaz: de pugna ad victoriā. Hec nox siue pascha in qua resurrexit dñs fuit. xvij. luna mēsis primi. i. aprilis: qui est primus apud hebreos qui cōputāt mēses ꝑm lune cursum. Ideo quidem in mēse primo resurrexit: q; ipse est principiū. Item ideo in luna. xxvij. vt per obseruationem decalogi perduceret nos ad eternā requiē sabbati sui. Surrexit igitur tunc cū luna alta petit ad designandū q̃ ecclesia petere debet alta virtutum ⁊ scandere: ad templa celorū. Item in tertia hebdomada lune surrexit: per q̃ō tertium tp̃s. s. gratie aduenisse significauit: ⁊ inde est q̃ cū semper in lunatione aprilis ⁊ in plenilunio hanc solēnitatē ex iussu dñi celebremus: quandoq; in nostro aprili: ⁊ quandoq; in martio eā solēnizamus: sed cū post. xiij. lunationes cōstituimus: innuitur q̃ per decē legis ⁊ duo charitatis precepta ad resurrectionis gloriam peruenimus. Si vero eā post. xiij. lunationes obseruamus: innuitur q̃ per decalogū ⁊ trinitatē peruenimus ad gloriam eternitatis. Adhuc ideo hec nox in plenilunio celebratur: quoniam luna lubar luminis a sole mutuat. Luna est ecclesia: sol christus qui dum occidit occiditur: sed dies occasu ecclesia gratie plenitudine illustratur. Item hec nox in qua xp̃s resurrexit equinoctio trāsacto: q̃n scz dies incipiunt crescere ⁊ esse maiores noctibus celebratur. Primo quia post ignorantiam prolongatur de deo scientia ⁊ vbi abundauit iniquitas superabundauit ⁊ gratia. Scō q; virtutes in nobis crescere ⁊ vitia superare debent. Tertio q; per eius resurrectionem tenebre mortis cepere minui: et dies vite incepit augeri. Quarto quia per ipsum qui est lumen de lumine; peruenitur ad diē lucis eterne. Item hec nox celebrat in vere q̃n post hyemis asperitatem flores vernāt: ⁊ volucres iubilāt quia pulso perfidie gelu mūdus floruit pulchritudine virtutum. Et in omnem terram exiuit sonus eorū. Hec nox est vtriusq; diei cōis. s. sabbati precedētis ⁊ dñice sequētis. Nam vsq; nunc dies precedebant noctem: nunc ecōuerso fit. Conditor eñ temporis fecit vt a principio dies naturaliter precederet noctem ꝑm q̃ dicit scriptura. Fiat lux: ⁊ facta est lux: ⁊ ea precedente per superius hemisphe rium ab oriente in occidentem factū est vesperet: et rediēte ea per inferius hemisphertum ab occidente in orientem factū est mane. Precessit ergo dies noctem in signum q̃ homo siue adam trāsiturus erat de luce virtutum in tenebras viciorū: siue q̃ homo a die paradisi descenderet ad noctē inferni sed in resurrectionis nocte artificialiter fecit dominus: vt nox reciprocando precederet diē in signum reparationis secundi Ade: quia nos per resurrectionem de peccatorum tenebris reparauit ad lucem. vnde apls. Nox precessit: dies autem appropinquabit. Seriatim igitur huius diei officiū prosequentes quō primo q̃ quē quomōz ⁊ quare agni de cera hac die fiāt. Secundo de benedictione ceri. Tertio de lectionibus ⁊ tractibus. Quarto de benedictione baptismi siue fontiū vbi; etiā agitur de cereis cathecuminorum. Quinto de baptismo vbi agitur de vestibus quas neophyti octaua die deponūt: ⁊ de patrinis. Sexto de cōfirmatione. Septimo de missa.

¶ Per quem quomodo ⁊ quare agni de cera fiant. Rubrica.



Primis itaq; hac die accoliti ecclesie romane faciunt agnos de cera nova benedicta: vel de cera cerei paschalis anni precedētis admixto chrismate qui in sabbato in albis in ecclesia p̃ dñm papā pp̃lo distribuunt. Agni isti significant agnū illū immaculatum qui tollit peccata mundi. Cera significat eius humanitatē: sicut beat⁹ Gregorius dicit mel in cera diuinitas i humanitate. Apis quidē q̃ operat cerā cū melle nulla resoluit libidine: ⁊ beata virgo eū q̃ est deus ⁊ hō cōcepit sine vitii semine. In cera amiscet oleū seu chrisma: quia dñs noster plenus est mia q̃ per oleū designat: in octaua distribuuntur: q; in octaua resurrectionis dñs suis premia distribuit. Rursus agnus i agno cereo prefiguratus ⁊ in paschā immolatus ad me moriam reducitur: cui beatus Gregoriꝰ oleum infundi instituit quando paschalis agni mysteria referauit. Hi etiam cerei agni figurant agnos nouellos: de quibus ecclesia cantat in sabbato in al-

bis: z ideo qñ in illo sabbato fiũt qđ etiã vsus aplī cus docet: qñ in dominica tũc sequẽti dño papa mẽsam intrãte: z agnos cereos capellanis z familiaribus suis distribuere volente: vnus accolitus portans z presentans sibi agnos ipsos: dicit ter alta voce Dñe dñe dñe: isti sunt agni nouelli: q̃ annũciauerũt alleluya: mõ venerũt ad fontes z c. Hi agni a fulgure z tẽpestate fideles z credẽtes defendũt ꝓpter virtutẽ cõsecrationis z benedictionis. Agnoꝝ virtus z efficacia

Sane ꝑm quarũdã ecclesiarũ cõsuetudinẽ cereus distribuit i octaua paschę ppło ad suffumigãdas domos: ad significandũ ꝙ in vltima resurrectione xp̃s fidelibus i primo tribuetur: ad qđ expressius significandum Romana ecclesia agnos fecit supradictos.

De benedictione cerei. Rubrica.

Scũdo loco paschalis cereus benedicitur. Circa q̃ sciendum est ꝙ in principio officij totus dz in ecclesia ignis extingui: z nouus de lapide percusso cum calibe: vel cristallo soli obiecta dz elicꝛ et de sarmẽto foueri. Ignis vet⁹ veterã significat legẽ: cuius figure in morte xp̃i cõplete fuere: z ideo velut extincte cessare debuerunt: sed de lapide. i. de xp̃o qui est lapis angularis qui verbere crucis percussus spm̃sctm̃ nobis effudit. vel de cristallo inter solẽ z lunã meditãte. i. de xp̃o q̃ fuit mediator inter deũ z hoiem q̃ sicut ipse testat ignẽ in terrã mittere venit: nouus ignis elicitur dũ ꝙ eius passionẽ vel resurrectionẽ spũsctũs nobis effunditur cui prebet alimentũ sacrm. i. xp̃s qui est vitis vera. Cristallus quoq̃ perlucida est xp̃i humanitas resurrectione splendidissima. Ad hoc nouus ignis ideo benedicitur: vt sicut ille qui est lumẽ indeficiẽs illuminans oẽm hoiem venientẽ i hũc mũdũ igne illuminauit moysen: ita illuminet sensus z corda nostra: vt ex his tenebris ad lumẽ z vitã eternam mereamur puenire. Nec est vana religio solẽni processione ad huius ignis benedictionẽ exire: in quo meminisse debem⁹ exeũdũ nobis esse ad illum quẽ iudei extra castra eiecerũt. Exeamus inquit aplꝰ ad eũ extra castra improperiũ eius portantes: z benedicim⁹ illũ cũ cruce z aqua: vt nos in passione eius ꝙ quẽ spm̃sctm̃ accipimus lotos esse significemus. Ignis nouus quare benedicitur.

Bursus extinctis ecclesie luminaribus z igne de petra cũ calibe excusso ignis aq̃ aspergitur benedicta: q̃ extinctis aplis qui lumẽ mundi a xp̃o dicti sunt de xp̃o petra excussus est ignis charitatis cũ calibe lãcee vulnerãtis dũ sanguis z aqua de eius corpore sacro emanauerũt: a quib⁹ habẽt efficaciã sacra: quib⁹ mediantibus in amore dñi inflãmamur aqua gratie pfusi. Et attẽde q̃ sicut i his singulis dieb⁹. s. cena dñi: parasceue z sabbato sancto ignis extinguit: sicut volunt quidã: z etiã ex his nouus ignis i memoriã passionis: vt pdicti m⁹ accẽdat. Subsequẽter benedicitur cereus ex institutione zozimi z Theodori ꝑmi pape: sed beatus Ambro. bñdictionem dictauit: q̃q̃ Augu. z Petrus diaconus cassinen. monachus alias benedictiones dictauerũt q̃ in vsu nõ sunt. Benedicitur etiã ideo: qñ ex simplici sui natura absq̃ bñdictione nõ põt trãsire ad significationẽ mysterii colũne ignis de qua iã dicẽt. Benedicit etiã ꝓpter gloriã resurrectiõis ei⁹ quẽ z pater benedixit: z q̃ ꝙ ipz ipse xp̃s visibiliter ad memoriã reducit. Benedicitur quidẽ etiã presente episcopo vel sacerdote a diacono qui est minoris ordinis: qꝛ christus resurgens a mortuis primũ Marie magdalene se manifestans voluit per debiliorem sexum gloriã sue resurrectionis apostolis nũciari vt sicut nostre mortis initiũ per mulierem in mundũ intrauerat: ita z reparationis initium per mulierẽ mũdo nunciaretur. Adhuc diaconus benedicens cereũ significat euãgelij predicatorem: qui xp̃m pro nobis passionis violẽtia corporaliter extinctũ: debet laudũ benedictionibus predicando resurrectiõis: luminosa gratia reddere illustratũ qui dalmatica induit: qm̃ debet esse celesti cõuersatione adornatus quã dalmatica ipsa designat: porro cereus super colũnã illuminat⁹ significat primo colũnã ignis que precedebat in nocte ppl̃m israel: extinctus vero significat colũnã nubis q̃ precedebat in die: prima quidẽ de nocte illuminãs: z sc̃da i die refrigerãs: i q̃ spũsctũs significabat. Tenuit quidẽ in nobis colũna nubis figurã humanitatis: z colũna ignis figurã diuinitatis Recte aũt cereus colũnã significat. Nã ille pcessit ppłz ad mare rubrũ in quo baptizati sunt: iste ꝙ precedit neophitos ad baptismũ. Itẽ ille pcessit ppl̃m vsq̃ ad terrã ꝓmissiõis: iste ꝙ pcedit septẽ dieb⁹ neophitos ad fontes: z dñs nos precedit: vt paret nobis viã vsq̃ ad patriã: q̃ post finẽ hui⁹ vite q̃ septenario resoluit nobis ꝓmittit. Et nota ꝙ nec in prima nec i sc̃da mãsione colũna pcessit populũ sed tertia: prima mãsio fuit in ramatha. secũda in segor: tertia in ethã. Ramatha interpretat cõmotio tince: segor tabernaculũ: ethã firmũ vel pfectũ vel signa ei⁹: he tres mãsiones his trib⁹ dieb⁹ dñi coaptant: sc̃z dieb⁹ passionis sepulture z resurrectiõis. Nã in die passiõis fuit dñs q̃si i ramatha id est in cõmotione tince: vez in cõmotione iudeorũ qui ad modũ tinee vestem incõsutilem dominici. id est ecclesie vnitatẽ: immo z ipsum demoliri nixi sunt. Sed de hac mãsione q̃si exiuit cũ obiit: z venit in segor: id est in tabernacula cũ i sepulchro latuit: z tãq̃ fortis miles fortẽ diabolũ ligãdo vasa eius diruput: tabernaculaeꝝ militãtiũ sunt. Sed de hac mãsione exiuit cũ surrexit z intrauit i ethã quod interpretat firmũ vel pfectũ seu signa eius qꝛ ipse resurgẽs a mortuis iã nõ moritꝛ. mors illa vltra nõ dñabitꝛ: tũc signaculũ suis fuit cũ ipse eis gloriosus apparuit: z eos tãq̃ colũna ignis illuminauit. Sc̃do cereus sup colũnã significat xp̃m qui nos in hui⁹ mũdi nocte illuminat z in die a vitioꝝ incẽtiuo refrigerat. vt ꝑmissuꝝ est. Recte qui dẽ cereus xp̃m significat ꝓpter tria q̃ in eo sunt licheme nãq̃ animã: cera corpus z lumẽ diuinitatẽ significat. Tertio cere⁹ renouat⁹ z illuminat⁹ post bñdictionẽ significat nouã xp̃i doctrinã q̃ est i nouo testõ q̃ aut mãdatũ nouũ do vobis: vel gratiã nouã qua nox dominica singulariter illustrata est videlicet xp̃i resurrectionem qui resurgẽs a mor-

Agni cerei benedicentis significatio.

Cereus colũnaꝝ significat.

tus apparuit in carne gloriosus: & splendore diuinitatis illuminatus. Huius esu cereu ceram apes mater sine cōcubitu edurtet xpi carnē p go marta cōcepit & peperit: & in carne deū quasi mel in cera perferēs inuiolata permānsit. Incipit autē cereu benedictio. Exultet iam angelica turba. de hoc esu est exultatio q extrahit suos de inferno & de eius victoria. Ascēdit esu super occasum dūs nomē illi et primo salutat pplm dicēs Dūs vobiscū: vt illū reddat beniuolū & attentū. Ceterū lumē cereu seu eius significatio duplex est: significat esu spūsctū quo xps plenus fuit: & gloriā resurrectionis eius. Scōm primū mysteriū i quibusdā ecclesijs cereus a principio benedictionis accēditur: qr xps ab initio sue conceptionis spiritusancto fuit replet⁹. Et verba benedictionis in hoc cōsonare videtur. Nā statim circa principiū dr Gaudeat se tellus tantis irradiata fulgorib⁹. & post ea subditur Letet mater ecclesia tāti luminis adornata fulgorib⁹: & post ea diaconus rogat circūstātes cū eo miam dūi inuocare ad tā mirā huius luminis claritatē: qō licet de significato intelligatur. s. de xpo. cōuenienter tñ videtur vt & ipsum significās et aliquo mō: put fieri pōt rādeat & eius similitudinē gerat. Quātum ad alterū dico mysteriū vez q lumē gloriā resurrectionis significat i quibusdā ecclesijs illuminatio cereiusq; post appositionē incēsi deferē. insigit esu ipsi cereo diaconus quinq; grana thuris i modū crucis cū dicit Suscipe scte pater huius incēsi sacrificiū vespertinū siquidē passio saluatoris reuera fuit sacrificiū vespertinū legis. Iuxta illud Eleuatio manuū mearum sacrificiū vespertinū: qr fuit in vespera mūdi. i. in sexta etate factum: & in vespera diei: q̄ grana thuris designant: aromata q̄ mulieres emerūt vt vngerēt crucifixū. Emerūt esu ad ipsā aromata vespere sabbati qr sabbato siluerunt ppter festū sabbati: & ostēdit ecclesia se illā deuotionē habere in aromatib⁹ virtutū: vel quiq; grana significāt q̄nq; plagas in cruce receptas. Post hoc aliquātulū inferius fit cerei illuminatio: quia post passionē secuta est resurrectionis gl̄ia: & lucet cathecuminis ante baptismū & post vsq; ad octauas ad notādū q xps lucet ecclie vsq; i diē iudicij. In cereo etiā affigit tabula seu charta scripta q̄ significat tabulā in qua pylat⁹ scripsit Jesus nazarenus rex iudeoz: quā vidim⁹ partius in capella illustris regis frācoz vna cū spinea corona & ferro et hasta lācee & cū purpura qua xpm induerunt: & cū syndone qua corpus fuit inuolutū: & spongia & ligno crucis & vno ex clauis & aliis reliquiis multis. Et cū cereus xpm significet merito in dicta tabula inscribit annus dūi: tūc currēs cū eius incarnatione: qr i cereo notat q xps est ann⁹ antiquus et magnus plenus dierū: de quo in. viij. pte sub ti. de anno solari dicetur. Ideo aūt xps annus dr: qr sicut in anno dierū habet multitudo fructuū: ita et in xpo fuit & est multitudo oim bonoz fructuū. hz esu xps suos mēses, vt sūt. xij. apli: & suos dies vt sunt oēs fideles: & suas horas vt sunt neophiti. Scribit etiā in illa tabula annus ab origine mūdi currēs ad notandū q ipse est alpha & o. Scribitur etiā ibi indictio vel era & epacta: de quib⁹ sub tit. de anno solari dicetur: ad notādū q̄ holm actiones & tēporū successiones p diei dispositionē ordinant. In q̄busdā ecclesijs addit alter cereus minor primus maior cōsecrat in personā xpi dicēs. Ego sum lux mūdi. alter in personā apostoloz quibus ipse dūs inq̄t. Vos estis lux mūdi. vterq; cereus p̄cedit cathecuminos ad baptismuz & apli nos ad terrā promissionis. Item xps q se illuminat ecclesiā: illuminat etiā illā p apostolos: quoz p̄cepta diligēter intuēri & obseruare debem⁹: qō ostēdit ex illuminatiōe alioz cereoz q̄ ab alijs duob⁹ illuminant. In plerisq; vo ecclesijs duo alij parui cerei accēdunt a maiori: & statuit vnus abvna parte cerei bñdicti alius ab alia. q̄ significāt sanctos noui & vete. test. q̄ p xpm illuminati sunt: & per doctrinā aploz & pphetarū: q̄ cū xpo cōcordant. Illi aūt & cetera ecclesie luminaria ex igne maioris cerei accēdunt: ad figurādū q ignis spūssancti a xpo procedit: & q nō solū prophete & apli qui per duos cereos significant: verūetiā oēs ecclie fideles a xpo illuminati sunt: q̄ iō sunt duo: tū qr apli bini ad p̄dicādū missi sunt: tū qr discipuli & alij illuminati a xpo gemina charitate feruēt: & tā vbo q̄ exēplo lucēt: possunt etiā ipsi duo cerei cathecuminos significare qui a lumine maioris cerei accendūtur: q̄m a lumine xpi oz cathecuminos illuminari. Lumē quidē christi est ei⁹ gloria & doctrina q̄ per sequētes lectiones intelligunt seu insinuant.

Tertio loco circa lectiones & circa tractus sciēdū q̄ lectiones q̄ christi gloriā & doctrinā significant: idcirco carent titulo qr cathecumini nondum sūt ciues hierusalē & scripturas ignorant: & nomina ciuiū hierusalem ignorāt. Unde si eis nominarentur nomina doctoz veteris vel noui testamēti forte potius cōtinerent q̄ venerarentur. Carent etiam titulo: qr christus caput nostrū nondū redditū est nobis. Leguntur quoq; sine tono: quoniam in eis insipientes & cathecumini simplices instruuntur. Lectiones autem in quibusdā ecclesijs leguntur quattuor in quibusdam sex: in quibusdam. xij. & in quibusdam. xviij. Aut quattuor legunt: ideo facitūr: qr doctor cathecuminoū debet esse conuiuator eorum: debet enim parare conuiuium in mensa sacre scripture: que per mensam q̄ in tabernaculo dūi fuit significatur. que. viij. pedes habuit: qr sacra scriptura quattuor modis exponitur videlicet hystorice: allegorice: tropologice: & anagogice: qō plenius dictū est in prohemio huius libri. prima lectio. In principio creauit deus celū & terrā. que est Genesis. j. c. hystoriā mōstrat. Ad litterā esu facta sunt que ibi dicūtur de creatione celi & terre & aliarū rerū: de homine qui factus est ad imaginem & similitudinem dei &c. et sic de alijs. Secūda lectio scilicet Factum est in vigilia &c. que est Exo. xviij. c. pertinet ad allegoriā. Tertia scilicet. Apprehendent septē mulieres &c. que est Esa. iiij. c. ad tropologiaz. Quarta scilicet Hec est hereditas seruoz. q̄ est ibidē. iv. c. ad anagogen. put infra patebit. Verū si diligēter attēn-

Luminis cerei duplex significatio.

Christ⁹ quare dicitur annus.

Cereus

Christi lumē & eius gloria & doctrina.

Lectiones

Sacre pture cere q drup expo tio.

dere volumus prima lectio ꝛ scda tã ad primũ ꝙ ad scdm pedẽ pertinẽt: tertia potꝰ ad scdm ꝙ ad tertiũ. Prima primer ad scdm pedẽ sicut ad primã que in ea hystorice dr. ītur: allegorice exponuntur. Verbi gra. Facius est hō ipse ad imaginem ꝛ similitudinẽ dei masculũ. i. xpm ꝛ femĩã. i. ecclesiam creauit eos. Vel etiã partim ad scdm partim ad tertiũ refertur: qr opa sex dierũ coaptant operibus lucis spũalis: qr interius reformamur et illuminamur. Nepe opus primi diei fuit lux qua significatur illuminatio fidei. Opus secũdi diei fuit firmamentũ qđ diuidit aquas superiores ab aquis inferioribus: hoc est fundamentũ sacre scripture qđ diuidit aquas superiores. i. angelos ab aquis inferioꝛib⁹. i. hoibus qui eo nõ indigẽt. Opus tertie diei fuit. segregatio aquarum ab arida. i. segregatio eoꝝ qui dediti sunt fluxui carnaliũ voluptatum: ꝛ qui quẽadmodũ aque se ꝛ alios quatiunt ab his q̃ admodũ aride sitiunt fontẽ aque viue: vt possint fructificare dicẽtes Sitiuit aĩa mea ad deũ fontẽ viuũ ꝛc. Quarte diei opus est luminaria in firmamẽto: hec luminaria sunt doctores qui inherẽtes firmamẽto sacre scripture inferioꝛib⁹ lumine scie lucẽt. Quinte diei opus est creatio piscium ꝛ auiũ ex aqis: p q̃ intelligunt renati ex aqs baptismatis quoꝝ quidã bñficio baptismatis vtunt ad modũ piscium vt paruuli: q̃dã ꝙ alis gemine charitatis ad istar auiũ volãt ad supiora vt boni adulti. Ãñ in prima lectione dr Spũs dñi ferebat sup aquas. s. baptismt. In aqs remanẽt pisces. i. curiosi. aues vero. i. baptizati ad celestia volãt. Sexte diei opus est creatio aĩaliũ de terra. Siquidẽ terra caro nostra est ex qua creãtur aĩalia: cum ex ea procedant opa viua: ꝛ interior hō noster reformat vt in eo imago ꝛ sil̃itudo dei luceat ꝑm qđ dictum est ibi. Factus est hō ad imaginẽ ꝛ sil̃itudinẽ nostrã. ¶ Rursus p primã lectionẽ instruunt baptizãdi ne credãt manicheis: q̃ dicũt oĩa hecvtibilia a rege tenebrarũ fore creata: post istã primã lectionẽ nullũ sequit cãticũ: sunt ei quatuoꝛ cãtica sicut quatuoꝛ lectiones: post duas primas sequit vnũ canticũ. ꝛ post vltimã duo cantica sequunt. Post primã ergo nõ sequit cãticũ: qr in eo agit de ꝓmo hoie q̃ creatus deum nõ laudauit: ꝛ peccauit: et i eo oẽs peccauerũt: ideoꝙ potꝰ deberet seq̃ luctꝰ ꝙ cãticũ qđ est exultatio mẽtis habita de eternis. Quia vero primus homo per oblectamenta peccati a gloria cecidit: ꝛ ad eã redire possumus si ratione cõtra peccatũ steterimus: idcirco orat sacerdos post lectionẽ dicens Deus qui hominẽ mirabiliter collocasti et mirabiliter creasti: ꝛ mirabiliꝰ reformasti: da nobis cõtra oblectamẽta peccati ratione persistere: vt ad eterna gaudia puenire mereamur. Et in eo etiã q ipse dicit: qui hoiem mirabiliter creasti ꝛ mirabilius reformasti: innuit q in precedenti lectione hystorice agit de hois creatione: ꝛ allegorice de eius redẽptione. i. de illo p quẽ est facta redẽptio. In scda quoꝙ lectiõe est hystorica narratio: sed ipsa pertinet ad scdm pedẽ mẽse quia qđ ibi hystorice dr allegorice intelligitur. Nã sicut in mari rubro submersis egyptijs liberati sũt hebrei: ita et in baptismo submersis vitijs ꝛ peccatis liberatur ppl̃s dei. Vnde post illam lectionem sequitur canticum letitie ꝛ exultationis: vꝙ Cantemus dño. Exo. xv. c. in quo exultat ppl̃s christianus qui a spũalibus egyptijs per baptismum est liberatus: sicut iudei a corporalibus: ꝛ ideo sacerdos orat vt dñs salutem gẽtium operetur in aqs baptismatis: mysterio quo ipse pharaonem ppl̃m ab egyptijs liberauit. Per egyptios quidem peccatores: per mare rubrum baptismus intelliguntur: ex quibus egyptijs neq̃ paruus neq̃ magnus remãsit: nec etiam in baptismo magnum vel paruũ peccatũ remanet: qđ in penitẽtia facile non cõtingit. Recte igitur subijcitur canticum illud Cantemus dño: qr licet q̃diu hō in pctō est deum laudare nõ põt: quia nõ est speciosa laus in ore peccatoris: tñ cum liberatus est põt cantare dño primũ cãticũ. s. de liberatione sua. Tertia lectio que est Esa. pertinet ad scdm pedẽ mẽse. s. ad allegoriam: ꝛ ad tertium. s. ad tropologiaꝫ vtrũq̃ valeat coaptari. In ea em̃ continentur sacra xpi ꝛ ecclesie. Sacrm xpi ibi notatur vbi dr Apprehendent septẽ mulieres virũ vnũ. Mulieres septem sunt septem dona spũ sancti in baptismo collata que apprehẽderũt vnum virum. i. xpm vt in eo plene quiescerent: qđ in alio hoie facere nõ poterãt vitijs ꝛ peccatis impedientib⁹. Sequitur ibi. Panẽ nostrum comedemus qđ ad ipsum spiritumsanctum cuius hec dona sunt refertur. Nam spiritumsanctum panẽ suum comedere: ꝛ vestimentis suis cooperiri: nihil aliud est q̃ ipsum equalitatẽ patris ꝛ filij possidẽte nullo indigere. Postea subiungitur. Tantũmodo inuocetur nomẽ tuum super nos. i. illi in quibus erit habitatio tua a noie tuo christiani dicanr. Aufer opprobriũ nostrum. qđ. s. a malis hoibus passi sumus: a quibus sepe per vitia ꝛ pctã expulsi sumꝰ. Hec est ergo allegoria. Moraliter aũt per septem mulieres intelligũtur hoies septiformi gra repleti. i. sapiẽtes: intelligẽtes: cõsulẽtes: fortes: sciẽtes pij: timorẽ dñi habẽtes: qui apprehendãt vnũ virum. i. xpm ei per fidẽ ꝛ charitatem adherẽdo: vt dicant qđ in lectione ipsa sequitur. s. Panẽ nostrũ comedemus. i. corpus tuum qđ est noster panis: qr nobis ad refectionẽ datꝰ: ꝛ vestimẽtis. s. bonoꝝ operũ cõtra frigus pcti cooperiemur. Inuocetur tatummodo nomẽ tuũ super nos: vt vꝙ a te christiani dicantur aufer opprobrium nostrũ. s. ne seruiri diaboli nominemur: in eo vero qđ sequitur. Si abluerit dñs sordes filiarũ syon ꝛ lauerit sanguinem hierusalẽ de domo eiꝰ in spũ iudicij ꝛ spũ ardoris notatur sacrm ecclesie: p sordes notat leuiora peccata. p sanguinẽ grauiora. leuiora em̃ peccata lauat dñs in spũ iudicij. i. leuioris correctionis: grauiora in spũ ardoris. i. grauioris satisfactionis. Notat igit in hoc effectũ baptismi: qr dñs tã grauiora pctã q̃ leuiora tollit p baptismũ. Per hanc lectionẽ sequit cãticũ: qđ est primũ cãticũ synagoge. s. Facta est vinea dilecto dño. Esa. v. c. vinea em̃ ad literã synagoga est: sepes circa eã sunt obseruantie legales: turris in ea est templũ: torcular altare holocaustũ: ꝛ in eis sacra ecclie nihilominus

Opera ser dier. coaptãtur operibus lucis spũalis.

Manicheoꝝ error.

Spiritũ sanctuꝫ panem suũ cõedere et vestibꝰ suis cooperiri quid sit.

intelligunt. Vinea enim est ecclesia que facta est in cornu illo. s. de quo scriptum est. Erexit cornu salutis nobis. hoc cornu est xps: et vinea facta est in loco vbertatis: xps est locus vber de quo dictum est. Vbera dei mea piguis. Circa hāc vineā sepes est diuina protectio. fossa timor dñi. turris est xps de quo dictum est. Esto nobis dñe turris fortitudinis. torcular crux xpi. de quo dictū est. torcular calcaui solus. Et qz in lectione in cāntico expriminunt sacra ecclie et synagoge: idcirco sacerdos orat dicēs. Deus qui nos ad celebrandū paschale sacrm vtriusqz testamēti paginis instruis: vtriusqz testa. dicit vtrumqz testm: et subdit. Da nobis intelligere miam tuam: vt perceptione presentium munerum firma sit expectatio futurorum. Misericordia dñi quā nos intelligere oprat. est remissio peccatorum in baptismo. ppria igitur munera sunt spūalia dona que in psenti percipimus. Quarta lectio est Hec est hereditas seruorum dñi: iustitia eorum apud me dicit dñs: et ptinet ad quartū pedē. s. ad anagogē. Nēpe sicut ex predictis ptz in prima lectione instruit hō de sua formatione. in scda et tertia de reformatione que fit in baptismo per Jesum xpm vnde iam non restat nisi q instruatur cathecuminus de vita beata et de bonis moribus p quos ad eā venit que in hac quarta lectione docent. Siquidē vita eterna est hereditas q̄ seruis domini debet: et iustitia eorum est apud eum. Nā meritis eorum iuste debetur: vt apud eum eternaliter quiescāt: ea vero que sequuntur ad bonos mores ptinēt: vt illud. Audite audientes me et comederis bonum et delectabitur in crassitudine aia vestra: per bona intelligit ipsum xpm vel verbum eius quo ania reficiūtur. Unde notās delitias aie non carnis dixit. Delectabitur in crassitudine aia vestra. Hanc lectionē sequūtur duo cāntica in quibusdam ecclesijs. In ea enim agitur de hereditate eterna que erit in duobus. i. in gloria animez corporis: sed cōuenientior est ratio: quia in ea agitur de duobus. s. de bonis moribus et vita beata: vt dictum est. Primū canticū. s. Attende celum qđ est Deute. xxxij. ad bonos mores pertinet. vñ verba cantici hmōi verbis lectionis in plerisqz rident. In lectione igitur dicitur Feriā vobiscū pactū sempiternū misericordias dauid fideles et in cāntico dr Deus fidelis et absqz vlla iniquitate: et ibi dr Quomodo descendit imber et nix de celo et illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terrā: et germinare eam facit: hic dr Quasi imber super herbam: et nix super fenū etc. Et qz bona opera que facimus sunt ad dei gloriā referenda: idcirco circa finem lectionis dicit Date magnificentiā deo vestro. Attendens vero sacerdos cathecuminorum animos esse deuotos: et ad baptizandum esse paratos: orat q dñs quos aqua baptismatis abluit cōtinua protectione tueatur. Postea sequit canticū in persona cathecuminorum respondentium se affectare baptismū: vt p hoc ad visionē dei perueniāt. Unde cantat. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarū: ita desiderat aia mea ad te deus. Super quo dicit Augustī. q hoc ipsa cathecuminorū vox desiderantium ad fontem baptismi peruenire: sicut cervus desiderat ad fontes aquarū venire: post exponit desiderium suū cathecuminus dicēs. Sitiuit aia mea ad deum fontē vivū qñ veniā et apparebo ante faciem dñi: quasi dicat: si nō in ingressu. si nō in pgressu satiabor in egressu. Hoc desiderium confirmat sacerdos orās et dicēs. Ut desiderijs celestibus accēsi fontē vite sitiamus. Qui aūt sex lectiones legūt hoc faciūt: qz per xpi passionē et resurrectionem mūdus sex diebus perfectus redēptus: et reparat9 est: vel ppter senarium numerū q pfectus est: vel qz cathecumini ad sex opa mie inuocant. Nūc tangamus consuetudinē ecclesiarū duodecim lectiones legentium qđ facit in honorē duodecim apl'orum: a quib9 post xpm ois doctrina christianitatis pcessit: a qua cathecumini illuminant: et hi quādoqz legūt sex grece et sex latine: qz christus a iudeis ad gētes trāslatus est. Greca enim et latina lingua sunt principaliores inter alias: et p eas apte totum genus oim gentium reparatū p xpm intelligim9. Verum et si premissi legant duodecim lectiones nō tñ cantāt nisi quatuor cāntica predicta. Post quartā nāqz lectionem cantāt primū canticū post octauā scōm post vndecimā tertiū: post duodecimā quartum. Prima lectio est. In principio creauit deus celum et terraz: in qua hō ad imaginē dei factus docet. sz hec imago pene amissa per peccatum: restaurat p baptismum. Unde sequit scda lectio. Hoe vero cum esset etc. que est Gen. v. in fine. v. vj. vij. x. viij. c. in qua ostenditur q oēs perierūt in diluuio: exceptis illis qui in archa saluari sunt: diluuium est baptismus: archa est ecclesia: oēs enim qui extra ecclesiam baptizantur pereūt: et illi soli q̄ sunt in ecclesia merito saluant: et quia post baptismū debet esse paratus ad tēptationē: idcirco sequitur tertia lectio. Tēptauit deus abraham. q̄ est Gen. xxij. cap. in qua Isaac legitur a patre oblatus: et aries pro eo immolatus: et ita filius dei pro nobis oblatus est: sed nō eius diuinitas: immo eius corpus pro nobis est immolatum. Et quia in passione dñi maiorem efficaciam baptismus recipit: idcirco sequitur quarta lectio: scz Factum est in vigilia matutina. in qua ostenditur q in mari rubro submersi sunt egyptij: et liberati hebrei. Sacerdos cum est Moyses baptismus mare: cereus columna ignis: cathecumini egyptij: baptizati hebrei. Tres prime lectiones sumpte sunt de Gene. quarta de Exod. quam sequitur canticū similiter de exod. sumptum qđ est canticum victorie. Quinta lectio est Hec est hereditas. sumpta de Esa. in qua agitur de baptismo ibi. Sitientes venite ad aquas. vbi inuitantur ad baptismū. Sexta lectio est Audi israel sumpta de Baruch. cap. iij. sed conuenientius dicitur sumi de hieremia: quia quicquid scripsit baruch de ore hieremie sumpsit. In ea agitur de xpi resurrectione q̄ in baptismi immersione significat ibi. Post hec in terra visus est et cū hominibus cōuersatus est. Septima est Facta est super me manus dñi: sumpta de Ezechiele xxxvij. cap. in qua agitur de generali resurrectione: cuius causa pcessit resurrectio xpi ibi. Ossa arida reuiuiscūt. Octaua est Apprehēdēt septē mulieres virū vnū. sumpta est de Esa. i qua xpi et ec-

Misericordia dñi quā nos intelligere optat q̄ fit.

Hereditas eterna i duobus erit

Qui extra ecclesiam baptizatur pereūt.

quicqđ scripsit baruch de ore hieremie sumpsit.

cleſie ſacramētū exprimit: ⁊ etiā baptiſm⁹ ibi. Cū abluerit dñs ſordes ⁊c. Poſt quā ſequit cāticū Eſa. i persona eccleſie videlicet. Vinea facta eſt. Nona eſt Dixit dñs ad moyſen. Exo. xij. c. in qua ſub figura agni immolati: xp̄i paſſio p̄ nobis immolati exprimitur. Decima eſt Factū eſt verbū domini: que eſt Jone. iij. ca. Sub figura eñ Jone in mari protecti ⁊ a cete abſorpti ⁊ tertia die euomiti ſignificant paſſio ſepultura ⁊ reſurrectio xp̄i. Undecima Scripſit Moyſes. ⁊ eſt Deutrono. xxxj. ca. in fine. quā ſequitur ſuū canticū. Ultēde celū. in quo premittunt̄ premia renatis quibus in lectione lex dñi preponit̄. Duodecima eſt Nabuchodonoſor. Dan. iij. c. in qua figurate oſtendit̄ q̄ ſicut angel⁹ in camino ignis flāmā extinxit: ita ſoū ſſectus per baptiſmū flāmā peccati extinguit. Unde cathecumini baptiſmū deſiderantes cāt̄ canticū: ſicut cerui deſiderat ad fontes aquarū. quod ſumptū eſt de pſalmiſta. Ad orationem aūt que poſt hāc lectionē ſequitur: non dicitur flectamus genua in deteſtationem ei⁹ q̄ Nabuchodonoſor rex in cōtemptū dei coegit populū genua flectere ante ſtatuam auream quam erexerat. Romani vero dicunt̄ legere viginti quatuor lectiones: duodecim grece: ⁊ duodecim latine propter cauſam ſcriptam ſub ſabbato quarte hebdomade aduēt⁹: primo legūt duodecim grece: iuxta trāſlationē ſeptuaginta interpretū: q̄ eſt autentica apud grecos: poſtea duodecim latine iuxta noſtrā: ⁊ vt ſignificent cathecuminos inudari ſupra fundamentū apoſtolorū et prophetarū: poſtea deſcēdunt ad baptiſmum cū cantico. Debent enim eſſe fontes in eccleſia ⁊ non alibi: q̄ mater eſt ex qua noua p̄genies generat. Quicūq; ergo numerus fuerit in lectionib⁹ quatuor tantū ſunt cantica. Eſt autem canticum ſanctorū interceſſio facta pro cathecuminis: vt eccleſie iungātur ſicut ⁊ cantus poſt baptiſmū eſt gratiarū actio de coniunctis: ⁊ interceſſio vt perſeuerent. Ideo aūt cantica cantantur. q̄ cathecuminorū quorū eſt huius dici officiū futuri ſunt in proximo decem centū q̄draginta quattuor milium cantantium canticum nouum: cāt̄atur etiā propter futuram renouationem in veram innocentiā: quaſi iam factū ſit quod cito futurū ſit. Ex perſona eñ eorū cantores cantica canunt: que ceteri cantare nequeunt: quaſi immaculati iterū poſt baptiſmū. Uocantur autem cantica que cantantur: vel quia libri vnde excerpta ſunt cantica ſiue carmina vocantur. De primo ſcriptum eſt. Hūc cecinit Moyſes ⁊ filij iſrael carmen hoc dño. De ſecundo ſic. Cāt̄abo dilecto meo cāticū patruelis mei. De tertio ſic. Scripſit Moyſes canticū. De quarto ⁊ de omnib⁹ ita dicit Auguſtinus in prefatione canti ci. Sicut ceruus. iō quattuor cātica dicunt̄: q̄ ſcripture de quibus cathecumini inſtruunt̄ quattuor habent intellectus. Primū canticū habet intellectum hiſtoricum. Secūdū allegoricum. Tertium moralem. Quartū anagogicum. quorū vnūquod q; ſubditur lectioni in eodē dogmate cōſiſtēti: ac iō vtrumis quattuor lectionib⁹ que de bonis moribus ⁊ celeſti patria diſputāt: cōiūgūtur duo cantica que de eadē materia loquūtur: vt premiſſum eſt. Illud quoq; notabile eſt q̄ quotcūq; fuerint lectiones ſemp orationes ſequētes ad lectiones ⁊ tractus reſpicīūt precedētes: ⁊ eſt prepoſterus ordo: alias eñ primo ſacerdos orat: ſcō legit lector: exinde ſuccinit cantor: hic vero primo legit̄ vt neophitis doctrina fidei preponatur: ſcō cāt̄atur in perſona illoꝝ: vt recognoſcatur quāta ſit deuotio et hylaritas baptizandoꝝ: qua cognita ſacerdos orat cōfidenter: vt eoꝝ deuotio nō deficiat: ſed incrementa ſuſcipiat: ⁊ ſicut in lectionibus tituli ſuppmuntur: ſic eadē ratione orationibus dño vobiſcum ſubtrahitur. Et nota q̄ i hoc officio lectiones ſunt quaſi ſpectes magiſtroꝝ: cāt̄ica quaſi benuolentia auditorū. Oratio ſacerdotis et reſponſio populi. ſ. Amen: ſunt quaſi confirmationes benuolentie precedentis. Item hodie in lectionib⁹ et letanijs ſenes precedunt: ⁊ iuuenes ſubſequuntur: vt infra dicetur.

¶ De benedictione baptiſmi ſeu fontiū: vbi etiā agitur de cereis cathecuminorū. Rubrica.

Quarto loco de benedictione fontium ſeu baptiſmi dicturi p̄mittim⁹. Ideo eñ fit hac die baptiſmus: q̄ in eo cōſepulti ſumus xp̄o: ⁊ p̄pter hoc baptiſmus ter immergitur: prout infra dicetur. Secundo ideo quia baptiſm⁹ partim a paſſione: ⁊ partim a reſurrectione vim ſuam accipit: a paſſione ablutionem a peccatis: a reſurrectiōe gratie innouationem. Tertio quia ſicut dominus tūc liberauit antiquos patres a carcere infernali. Uñ Eſaias. Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis: ita ⁊ hac die liberantur a peccato originali. ¶ In fontiū benedictione ⁊ in cathecuminoꝝ p̄ immerſione quidā vtuntur ſimplicibus et lineis indumētis: propter rationē ſcriptam in prima parte ſub titulo de altaris dedicatione. De letania que in benedictione baptiſmi ōr: infra dicet.

¶ In benedictione baptiſmi ſunt ſex. Quoniū ſacerdos orat: aquā manu tangit: vocē mutat: cereū immergitur: ⁊ alij cereī illuminantur: inſufflat ſacerdos ⁊ chriſma miſcet. Primo ergo orat deū patrem vt per ieſum xp̄m imploret ſpiritū ſcīm vt in fontes deſcendat: ideoq; in modū orationis legit: ſed ante oīa ab aſtantibus ſibi captat benuolentiam: ſalutando eos dicens Dominus vobiſcum et illi reſpondent Et cū ſpiritu tuo: quaſi dicāt: dominus ſit tecum in tāto ſacro perficiēdo quia ſine eo nihil potes: poſt ſacerdos alloquit̄ dñm quaſi longe poſitū rogans vt velit adeſſe preſens dicēs Omnipotens ſempiterne deus adeſto magne pietatis tue myſterijs: adeſto ſacramentis ⁊c. Sed quia videtur ſacerdoti q̄ inſufficiens ſit et indignus ad inuocandum tam magnū dñm: ideo iterum circunſtantes monet: et vocem mutans dicit Surſum corda. ⁊ ipſi reſpondēt Habemus ad dominum. Iterum quia dñs dixit adhuc te loquēte ecce aſſum: intelligens iam dominum eſſe preſentem: monet alios ſecum gratias et agere dicens Gratias agamus dño deo noſtro: et ipſi reſpondent Dignū ⁊ iuſtum eſt. Poſtea ſacerdos dom⁹

Spūſ ſanct⁹ p baptiſmū flāmā peccati extinguit.

Baptiſm⁹ partis a paſſiōe: partim a reſurrectione vim ſuā accipit.

Cātica quare vocata.

no tāq̄ presenti familiariter loquēs dicit Vere dignum ⁊ iustū est equū ⁊ salutare nos tibi sem. ⁊c. et postea addit: qui inuisibili potētia tua sacramētoꝝ tuoꝝ mirabiliter operaris effectū ⁊c. Postea ponit duo in quibus significatus est baptismus. Primū in exordio mūdi nascētis. Scōm in purgatione mūdi innocētis. Primum est cū dicit Deus cuius spiritus ferebatur super aquas vt tam tunc inter ipsa primordia mundi virtutē sanctificationis aquarū natura ꝓciperet. Ex cōceptura magnificaretur. Scōm cū subiungit Deus qui nocentis mundi crimina per aquas abluens regenerationis speciem in ipsa diluuij effusione signasti: vt vnius eiusdemq̄ elementi mysterio et finis esset vitijs et origo virtutibus: respice in faciem ecclesie tue ⁊c. ⁊ terminat hanc orationē vt tue maiestatis imperio sumat vnigeniti tui gratiā de spiritu sancto: deide ter tāgit aquā manu. Primo diuidēs aquā i modum crucis: per quā vt premissum est baptismus maximam efficaciā recipit: vt aqua spiritu sancto fecundetur: ⁊ spiritus immundus expellatur. De fecūdatione spūs dicit. Qui hanc aquā regenerādis hoibus preparatam archana sui luminis admixtione fecūdet ⁊c. De expulsione demonis dicit Procul ergo iubente te, dñe ois spūs immundus abscedat ⁊c. vsq̄ ibi. Non inficiendo corrūpat. Secundo aquā manu tangit: vt eam per inuocationē sancte trinitatis muniat ne hostis ab illa expulsus redeūdi habeat ptātem. Unde tāgendo dicit. Sit hec innocēs ⁊ sancta creatura libera ab omni impugnationis cursu ⁊c. qō ex adiectiuis ibi positis cōuincitur: quia fons viuus ad patrem: aqua regenerans ad filium: vnda purificās ad spiritum sanctum refertur. Tertio aquam tangit: cum eam in quatuor proiicit partes: vt iam dicetur. Trinus ḡitur aque tactus: trinam sancte trinitatis operationē figurat. Hac oratione finita benedixit aquā dicens Unde benedico te creature aque per deum viuū ⁊c. vbi tantū vtitur verbo prime persone dicens Benedico te: qui primo vtebatur verbo scōe dirigēs sermonē ad deū: vel tertie loquēs de ipso vel de re benedicenda: vtitur ergo nūc ꝑbo prime ꝑsone: vt ostēdat se hoc facere ministerio qō dñs facit autoritate: ⁊ sicut in baptismo dñi affuit trinitas: ita ⁊ in nostro baptismo tria adesse ostēdit: patrem adesse ostēdit cū dicit Benedico te creaturā per deū ⁊c. et filiū cū dicit Benedico te ꝑ Jesum xp̄m: ⁊ spūs sanctus circa finem: cū dicit Descēdat in hanc plenitudinem fontis virtus spiritus sancti.

¶ Sed nota q̄ in benedictione que est per patrē ponuntur quinq̄ miracula in aqua facta ante aduentum xp̄i: et in benedictione que fit per filium alia q̄nq̄ miracula i aqua facta post aduētū: que licet nō oino eodem ordine facta sunt: quo ponūtur: tñ q̄tum ad ministeriū rōnabiliter ordinant: ⁊ posteriora congrue prioribꝰ coaptant. Priora hoc ordine ponunt: primo q̄ te separauit ꝑbo ab arida secūdo cuius spūs. s. ferebatur super te: tertio qui te de paradiso manare precepit: quarto qui te in deserto amaram suauitate nitida fecit esse potabilē: quinto sitienti populo de petra producit. Posteriora sic ponunt. Primo qui te in chana galilee mutauit de aqua in vinū. Scōo qui pedibꝰ sup te ambulauit. Tertio q̄ in te a Joāne baptizatꝰ est. Quarto q̄ te vna cū sanguine de latere suo ꝓduxit. Quinto qui in te oēs gētes a discipulis baptizari ꝓcepit. In oibus eīm his baptismꝰ exprimit: ⁊ posteriora priorib⁹ per antithosiz respōdēt. Ibi nāq̄ in primo miraculo aqua scz baptismi verbo separata ab arida accedēte verbo terrenitatē pec catoꝝ a nobis separat: ⁊ hoc in primo. Similiter in baptismo aqua mutat in vinū: qz tristitia peccatoꝝ expulsa mens nostra quadā spūali letitia inebriat q̄ ꝑ vinū intelligit. Uñ vinū letificat cor hominis. Aquā in vinū mutari: est timorē de peccatis cōuertu in exultationē mētis. Itē ibi dicit in secūdo miraculo: cuius spiritus ferebatur sup aq̄s ⁊ hic similiter in secūdo dicit qui pedibꝰ super te ambulauit: ⁊ hec duo bene cōueniūt: qz in baptismo sicut in alijs indiuisibilis est operatio ꝑtis ⁊ filij ⁊ spūssancti: ⁊ vtrobiq̄ ōr sup: qz gratia q̄ ꝓfert de superius est: vt notetur q̄ dñs potentiā suā nō alligauit. Itē ibi dicitur in tertio qui te de paradiso ⁊c. hic qui in te a Joanne baptizatus est: qz gratia de paradiso manans aquis in baptismo est infusa. Unde de baptismi gratia ecclesia profluēs in quattuor partes orbis dilatata est. quod quodāmodo factū est q̄n dñs baptizatus est a Joanne qz tūc omnes aque vim regenerativā susceperūt. Rursus ibi dicitur in quarto qui te amaram suauitate nitida fecit potabilez. hic dicitur qui terna cū sanguine de latere suo produxit. qz in gentilitate que prius erat a dño deserta: aqua baptismi reficiendi mentes ⁊ sanādi hz effectum. Dulcorata aūt fuit aqua: qz ꝑ pastorē crucis maxime baptismus plenā recepit efficaciā. vnde in cruce de latere dñi aqua ꝓfluxit. Itē etiā ibi in quinto dicitur Et sitīēti populo de petra ꝓduxit. hic vero, dicit. qui in te omnes gentes per discipulos baptizare precepit: qz baptismus a petra christo originē habens populū eū desiderantē reficit. Nō enim prodest baptismus nisi sitienti eum: id est desiderāti. vel in se vel in alio. Unde discipulis preceptuz est vt baptizarent omnes gentes in nomine patris ⁊ filij ⁊ spūssancti: sicut in vltimo Matth. dicitur.

¶ Hic est notādū q̄ vbi dicitur. qui te de paradiso manare ⁊ in quattuor fluminibus exire ⁊ totaz terrā rigare precepit: ibi sacerdos aquā manu in quattuor partes effundit: vt ostendatur q̄ gratia baptismi in quattuor partes orbis sit dilatata. Ceterum sacerdos ipse sepe vocē mutat. Imprimis enim orat deū vt dignetur mūdare mentē eius ad suscipiēdū spiritū sanctū ⁊ deprecatur eius aduētum: ⁊ ideo voce humili scz in modū orationis legit: que vocis humiliatio est ad spiritussancti aduentum: ⁊ ad eius dignā receptionem mentis ꝑparatio. Postea vero indicans se illum habere legitime in modum prefationis agens gratias: qz tam magnus hospes dignatus est ad tam humilē hospitium descendere: ⁊ recolens miracula ista per aquā facta deinde posi benedictionem que fit per filium que terminatur in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti

Duo in quibus significat⁹ est baptismus.

Tria in baptismo nro adsunt.

Aquā i vinum mutari quid sit.

Baptismus nō ꝓdesset nisi desiderantibus vel in vel in allo.

¶ Cereus quare deponit in aquā.

¶ Sacerdos in quibusdā ecclesijs post immersionē cerei quater insufflat in aquā.

¶ Baptismus latenter purgat animā.

¶ Aqua est aliquo liquore admiscenda ne fiat baptismus dū in aqua pretenuata.

¶ spiritusanctū mutat vocē iterato. Cū enim vsq; tunc in modū prefatiōis cantauerit: postea legit in modū lectionis voce scilicet humiliori: q̄ vocis humiliatio est signū humilitatis: humilitas enī nostra per baptismi regenerationē ad alta polorū reducit. Dicat ergo sacerdos hec nobis seruātib⁹ ꝛc. quasi diceret nō audere tantā ꝛ tam altā rem scz spiritūsanctum vt in creaturā aque descendat inuocare: nisi q̄ tu p̄cepisti nobis baptisma exercere: ꝛ addit sacerdos. Cū deus oipotēs clemens adesto tu benign⁹ aspira ꝛc. vbi illō orat vt sicut i p̄dictis miraculose in aqua operat⁹ est. ita modo faciat videlz preter naturalē emundationē quam possunt aque adhibere corpoīb⁹ sint etiā purificandis mētib⁹ efficaces. Post hoc alta voce clamat sacerdos. Descēdat in hāc plenitudinē fontis virtus spūs tui. ideo alta voce vt altū mētis desiderium designet: ꝛ tunc deponitur cer⁹ in aquā: q̄ cerei immersio est spūssancti aduent⁹ seu missio q̄ in aqua baptismi in specie colūbe descēdit. Secundo ideo cereus in aquā deponitur: qm̄ corp⁹ xp̄i per ceram significatū in baptismo aquas sanctificauit: ꝛ vim regeneratiuā illis cōtulit. Tertio baptism⁹ cerei remissionē pcōz sign quā per xp̄i mortē cōsecuti sumus. Habēt quoq; neophiti cereos suos extictos q̄ ꝛ si plures sint pro uno reputā tur. Et in q̄busdā ecclesijs statim cū cathecumini baptizati sunt illuminant. In q̄busdā vero differt eorū illuminatio vsq; ad agnus dei: qō cātat in letania: ꝛ in q̄busdā etiā vsq; ad missam qm̄ videlz alij cerei illuminant. Sane cerei q̄ statim post baptismū accēdunt significāt q̄ pturbationē peccatoz comitat illuminatio gr̄arū. Qui differūt vsq; ad agn⁹ dei: significant q̄ per agnū q̄ tollit pcā et tenebras mundi renati ꝛ fideles illuminant. Qui p̄o differūt vsq; ad missam: iō faciūt q̄ missa illa ad noctē pinet resurrectiōis dñice: vt sicut nox illa irradiata fuit splēdore dñice resurrectionis: ita ꝛ a lumie nostro irradiet: ꝛ vt neophitos nostros xp̄o cōsurrexisse significemus. Et propter eandē causam alij cerei ecclesie ad missam illuminant: et scōm hoc cerei cathecuminoz sunt sine lumine vsq; dum alij cerei ecclesie illuminant: ad notādū q̄ postq̄ spūssanct⁹ purgauerit corda eorū: ꝛ eos introduxerit in societatē ꝛ vnitatē ecclesie: tunc illuminabit corda eorū. De cereis etiā neophitorū dicet in titu. de septē diēb⁹ post pascha. Post immersionē cerei in q̄busdā ecclesijs sacerdos insufflat in aquā dicēs. Que totā huius aque substantiā regenerādi fecundet effectu p̄mo. vt sicut i exorcismo cathecumini spirit⁹ immundus insufflat vt ab homine recedat: vt infra dicet: ita ꝛ i exorcismo aque vt ab ea expellatur: ꝛ adimpleatur q̄d dñs inquit. Nunc princeps mundi huius eiciet foras Scdo vt intelligat sathanas quantus habeat q̄d tam leuiter videlicet per suauem exsufflationem pōt expelli. Tertio vt sacerdos oñdat quali ignominia diabol⁹ dign⁹ sit ab aq̄s expelli. Insufflat autē sacerdos ter: q̄ spūssanct⁹ tria in baptismo operatur: a vitijs purgat: virtutib⁹ ornat: ꝛ tandē premio eterno coronat eos in q̄bus fit hec insufflatio: vt dicet vbi de immūdi spirit⁹ expulsione agetur. Post exsufflationē munitur aqua iterato crucis signaculo per inuocationē sancte trinitatis nē habeat potestatē diabol⁹ ad eam ampli⁹ redeundi. Postremo fit admixtio chrismatis i aqua sicut dictum est: vnde dicitur in burcardo lib. iij. Bñdicimus fontes baptismatis oleo vnctiōis. ꝛ Aug. eisdē verbis verens subiicat q̄ hoc magis tacite ī ne scriptura hac mystica ratione introductū est q̄ per aliquā scripturā. Per hmōi ergo admixtionē vnio christi ꝛ ecclesie significatur. Nam chrisma est christus: aqua populus: ꝛ dicitur Sanctificet fons iste. ex quibus verbis ad quid fiat admixtio satis datur intelligi. ¶ Et nota quatuor esse genera sacre aque bñdicte: prout in quarta parte dictum est vbi agitur de aque benedicte aspersiōe.

¶ De baptismo vbi etiā agit de vestib⁹ quas neophiti quarto die deponūt: ꝛ de patrinis. Rubrica.



Uinto hoc loco est de baptismo dicēdum De scrutinijs p̄o q̄ precedūt baptismū solennē ꝛ de multis ad baptismum peruenientib⁹ dictū est sub quarta feria tertie hebdomade quadragesime. ¶ Primo notādū est q̄ baptismus grece interpretatur vnctio latine vel lotio: baptism⁹ q̄dē per aquā cōfertur: vt res inuisibilis per illud visibile elementū cōferatur super quo spūssanctus in principio ferebat. Sicut em̄ aqua corp⁹ visibiliter purgat exteri⁹: ita baptismus latenter animā. Aū Aug. j. q. j. detrahe Aqua corp⁹ tāgit ꝛ mentē abluit. ¶ Et est notandū q̄ pagani siue gētiles circa fontes tēpla sua facere solebāt vel saltē ibi sem per aquā habebāt: p cui⁹ aspersionē purificari credebāt ꝛ inde delubra vocabant quasi purificātia ꝛ ita quodāmodo figuraliter ad baptismū tendebant. Nos vero ab eorū p̄suetudine baptisma nō sumpsim⁹: immo a trib⁹ q̄ in veteri testō fuerūt scilicet cathaclismo. i. diluuio: ꝛ a mari rubro ꝛ a iordane q̄ baptismi figura fuerūt Baptisma dñs instituit cū de latere suo sanguinē ꝛ aquā produxit qō postea quasi lege edictali sanxit dicēs. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua ꝛ spiritusancto nō intrabit in regnū celoꝝ: ꝛ ipse dñs baptizat⁹ est in sua passiōe. Aū inquit Baptismo habeo baptizari quo coarto⁹ vsq; dum perficiar. Fieri dz baptismus in aqua: q̄ illa copiosi⁹ inuenit: ꝛ hāc spirit⁹ in principio legit fouisse: ꝛ q̄ sordes abluit: sitim compuit: imaginē reddit: sicut cantat de narciso: ignē extinguit: sic in baptismo a peccatoꝝ sorde lauamur: a fonte vite potamur: imaginē p̄ditā restauramus. vñ ignis penarū extinguitur Debet autē aqua esse viua ꝛ pura: posset tñ fieri etiā i resoluta siue a niue: siue a glacie: siue a lachrymis terre: siue etiā ex institutiōe Victoris pape. i. in mari: siue in flumine: siue in lacu: siue in fontib⁹. Nō autē licet baptizari in aqua cōdita: vt in cerussa vel medone: nec etiā in aliquo liquore: vt i vino vel oleo sz si aliq̄s liquor aque admisceat dū fit baptism⁹ dum tñ aqua prevaleat. Quotidie em̄ mari nou⁹ liquor vel sputū vel vrina addit: ꝛ tñ ibi baptizat. Aliqui tamen contradicunt. hoc notatur de cōse.

dist.iiij.c.j.z.j.q.j. de trahe. Porro scdm canonicā traditionem de conse. dist.iiij. duo z.c. sequē. Solenne baptisma in duobus dūtaxat sabbatis celebratur: videlz in isto z pēthecostes. Quare in isto premissum est. in scdo qz spiritussanctus in die pēthecostes donatur nobis: per quē facta est remissio peccatorū: vt dicetur ibi. Alio vero tēpore nō licet baptizare nisi necessitatis causa: que est quadruplex de cō se. di. iiij. hi qui z.c. sequē. Prima est causa munitionis: vt si rex obsidet aliquā ciuitatem vel oppidū tunc ēm pueri illius loci baptizari debēt: ne imbaptizati decedant. Scda est gentilium ꝓsecutio. Tertia naufragiū. Quarta egritudo. Potest tamē egritudo hic large accipi pro infirmitate nature: q facile dissolui potest: ita q nescimus diem nec ꝯ horā: z ob hanc causam singulis diebus z horis fit baptism⁹ nō solēnis. quinta distinctio. baptizari. Solēnitas tñ baptismi saltē in paucis ad premissos duos dies: propter similitudinē z memoriā reseruatur. Grecia ꝙo baptismū celebrare solēt i epyphania: pro eo q tūc fuit dns baptizat⁹: prout sub ipso festo dictū est. Celebrari etiā debet baptismus solēnis hora nona: vt dicet sub sabbato pēthecostes. ¶ Sciendū autē est q baptizand⁹ cum primo ad ecclesiā venit priusꝯ immergat interrogat vtrū abrenūciet diabolo z.c. qō pot⁹ per vsum quā per aliquā scripturā introductū est ꝑm Augu. z ecclesia rñdet Abrenuncio Et iterū vtrū credat in patrē z filiū z spiritumsanctum: z ipsa rñdet Credo In his autē duob⁹ devita z fide instruit de vita cū docet abrenūciare diabolo z oībus pōpis siue operib⁹ eius De fide cū docetur credere in trinitatē: z ꝓpter hoc due fiūt ei ꝓsequēter vnctiones. s. in scapulis z in pectore. Ideo autē fit hmōi interrogatio z responsio: vt vacua dom⁹ a pulsu habitatore deserta fide ornetur: z dei habitatio ꝓparetur. Aug. dicit q etiā hec fiant iuxta saluatoris imperiū: qui ad patrem in cēlū ascensur⁹ discipulis suis: id est aplis dixit. Euntes docete oēs gentes baptizātes eos in nomine patris z filij z spiritussancti. Interrogatur etiā si credit in sanctā ecclesiā: remissionē peccatorum z carnis resurrectionē. Non tamē ꝑm ipsum Augustinū eodē modo interrogam⁹: vt quomodo in deū credimus sic: z in sanctā ecclesiā catholicam credam⁹: sed propterea sancta z catholica est: q ꝛecte creditur in deum. Nō ergo diximus vt in ecclesiā quasi in deum crederitis: sed vt in ecclesia sancta z catholica ꝙuersantes in deū credētes credatis etiā resurrectionē carnis que futura est. Innuit ergo Augusti. ex premissis verbis q prepositio in repetitur dum dicit in sanctā ecclesiā: z sensus mutatur: de quo dictū est sub quarta parte sub titulo de symbolo. Planior tñ intellectus est vt prepositio ipsa pretermittatur nec repetatur vt sit sensus. Credo ecclesiam sanctam catholicam id est fidem catholicā tenentē esse sanctā. i. iustam z bonā vel ecclesiam sanctā. i. sanctificatam z firmatam z semper perseueraturā ita q nunꝯ deficiet Vel credo sanctam z catholicā ecclesiam esse vnam z in vnitate consistere. Patrinus autē pro baptizando interrogatur: vt iam dicetur. Post interrogationem z responsionem sacerdos ter in faciem baptizandi exufflat: ad notādum q seua potestas: id est malignus spiritus ab eo exufflat. id est exufflando expellitur seu in proximo expellenda significatur: vt per pium sacerdotis mysteriuꝫ spiritui sancto cedat fugiēs spiritꝰ malignꝰ. Hinc autē ait Aug. ergo paruuli exufflantur z exorcizā tur id est increpantur seu adiurant: vt expellatur ab eis diaboli potestas inimica que decipit hominē vt possideat homines. Hec autē exufflatio siue exorcizatio z si nō prosit aliquid ad vitam: q adhuc in eis mors manet: prodest tamē vt inimicus minus ei nocere possit Adest ēm spūssanctus nō solū verbis que dicuntur in nomine suo: verū etiā significationib⁹ que fiūt in honore suo. ¶ Et est notandū q exorcismus grece latine dicit adiuratio: vt est illud. Exi ab eo immunde spiritꝰ. Cathecismus autē z exorcismus neophitorū sunt: pcedunt ēm baptismū z magis debēt dici sacramē talia qꝫ sacramēta: id est ad sacramentū baptismi pertinētia vel preludia noui baptismi: sine eis tñ potest esse baptismus. Cathecism⁹ vero grece latine dicitur instructio inde cathecisare. i. instruere in symbolo z fidei rudimētis. Inde etiā dicitur cathecuminus grece qō est latine audiēs vel instructus: q adhuc doctrinā fidei audit: nondū tamē baptizatus est: licet sit in fide instructus. Qui et cōpetens vocatur ea. distin. symbolū. xxxiij. di. audire palea est: quia post fidei instructionē z post acceptam penitentiā cōpetit gratie christi recipiēdum. Neophitus vero grece latine nouellus z rudis vel nuper renatus interpretatur. ¶ Hoc quoꝫ sciendū est q sicut sunt septē dona spiritussancti: ita etiam sunt septem dona baptismi. xxx. q. j. ¶ Primū est salis collatio. Datur ēm ꝑm Rabanum z Bedā de cō se. dist. iiij. ex hinc z ca. sequē. sal benedictū in os baptizandi: vt per sal typicuꝫ ideſt figuratiuū sapiētie sale cōditus iniquitatis fetore careat. i. carere significetur: ne a vermibus peccatorū vltra putrescat: sed magis illesus seruetur ad maiorē gratiā percipiendam. Sal quoꝫ si gnificat prima fidei documēta: sine quorum condimento insulsus est omnis hō. De quo et de sale dictum est in prima parte sub titu. de cōsecratione altaris z ecclesie. Scdm est aurū z narium cum sputo linitio: qō fit primo exēplo chusto qui lutum cum sputo faciens mutū z surdum sanauit z oculos ceci nati liniuit: z expuēs linguā eius tetigit: z digitos in eius auribus imponens dixit. Effeta qō est adaperire. xxxiij. q. sto. iij. §. his ita. Scdo ꝑm Rabanū. e. distin. ante baptismum z.c. postea tangunt z. ca. j. z. ca. propter sacramētum ideo agitur: vt per salinā typicā ideſt figuratiuaꝫ sapientie dñi: z per sacerdotis tactū sapiētia: z virtus diuina salutem eiusdem cathecumini operet: vt aperiantur ei nares ad capiēdum odorem noticie dei vt aperiantur ei aures ad audiendum mādata dei: vt aperiantur ei sensus in intimo corde ad respondendum sacerdoti: de articulis fidei interroganti. Digiti ergo qui in aures mittuntur.

Sacerdos ad qđ post interrogationē z responsionem in faciem baptizandi exufflat.

Sal bñ dictum ad quid datur in os baptizādi.

pōt vox humana variari: vel sciētiā vocis. i. vocē sciētie habet. i. facit nos habere: vt que ipso inspirante apostoli proferrent cū intelligentia pronunciarent. Et nota q̄ spiritussanctus paraclytus dicitur: quod verbū grece latine sonat aduocatus: quod nomē z filio z spiritussancto ascribitur. Unde dñs in euang. Ro gabo patrē meū z aliū paraclytū dabit vobis. Et Joan. in euang. Aduocatū habem⁹ apud patrē iesum christū iustū. Dicitur etiā paraclytus ꝙ solator: nā paraclysis dicitur latine cōsolatio. Postmodū sequit epistola de actibus apostolo⁹. ij. c. Dum cōplerentur dies pentecostes. dies scilicet quinquagesima a resurrectione. Sicut enim quinquagesima die a pascha fiebat penth. iudeo⁹: ita z nostrū fit: z sicut ppls israel q̄nquagesima die ab immolatione agni paschalis siue a pascha quod celebrauerūt in rama ta venerūt ad montē dei oreb vel choreb vel synai qđ idē est: z tūc legē acceperūt: ita z die quinquagesima a resurrectione dñi datus est spūssctūs discipulis in superiori cenaculo illius aduentū expectātibus. Precipitur enim Leuitici. xxiij. vt in die pēthe. offerātur noui panes: scz propositionis de nouis frugib⁹: per qđ significatur q̄ debem⁹ deo gratias agere ex eo q̄ eadē die dedit nouā legem per spiritū sanctū in qua die data est lex vetus: scz quinquagesima die a pascha: de quo dicēt in p̄hemio septime partis de dono cuius debem⁹ laudare deū: quod est offerre panē nouū: q. etiā lex vet⁹ spiritu aliter intellecta noua est: z attēde qm̄ agnus immolat⁹ est. xiiij. die apti. lex ꝙ data est. xvij. die mēsis tertij: dicitur tū esse data tertia die. Jā em̄ vt inquit scriptura aduenerat tertia dies z mane inclaruerat: z ceperūt audiri tonitrua: die nāq̄ tertia descēdit dñs super mōtē ad dādā legē: z moyses ascendit ad deū: z descēdens narrauit omnia plebi: maneq̄ rursus ascēdēs duas tabulas scriptas accepit: z caue vt in secūdo mense. xxx. dūtaxat: cōputes dies: secūdū lunā ergo. xvj. in mēse primo. xxx. i secūdo z quattuor in tertio faciunt quinquaginta. Rursus in quinquagesimo anno erat iubileus annus qui interpretatur remissionis annus: q. septenis annoū hebdomadib⁹. i. xlix. annis texitur: in quo clāgebāt tube: omnia debita remittebant: serui manumittebant: z libertas cōcessa cōfirmabatur: atq̄ possessiones alienate omnibus restituebant: vt dictū est sub dñica quinquagesime. Similiter in dieb⁹ penthe. hunc numerū post dñi resurrectionē obseruamus suscipientes aduentē in nos spūssancti gratiā p quē efficimur filij dei z virtutū possessio nobis restituitur: z remissa culpa et totius debiti cyrographo euacuato ab omni seruitutis nexu liberi efficimur lxxxv. di. hūc numerū. preterea iste numerus quinquagesimus resultat ex septenario numero ducto in seipso superaddita vnitate. Septē em̄ sunt hebdomade a pascha vsq̄ ad pēthe. z ita cōpetēter quinquagesimo die a pascha est pēthe. in quo datur spūssctūs cui⁹ dona sunt septē que dant ab vno. Junct em̄ septenarū numerū nō sine figura in omnib⁹ obseruāt: prout dictū est sub quinquagesima. Ascēsio aūt facta sunt quadragesima die qui est numerus penitētie: z hoc cōpetēs fuit: q. per penitētiā homo fit similis deo. z hoc est ascēdere. Sed videt q̄ sicut iudei ab immolatione agni typici quinquaginta dies cōputādo: ibi faciebāt sibi pēthe. ita z nos quinquaginta dies ab immolatione agni deberemus cōputare: z sic debeam⁹ nr̄m pēth. facere in die veneris anteq̄ mō facim⁹ qđ docet cōputatio. Ad hoc dicim⁹ q̄ nō faciebāt cōputationē ab immolatione agni: sed a sequēti dñica. Unde legit Leui. xxij. Numerabitis ab vltima die sabbati. i. a dñica que est altera dies post sabbatū. Numerabitis dico septē hebdomadas vsq̄ ad alterā diē cōpletionis septime hebdomade: hoc dicit spūssanct⁹ per Moysen innuēs per hoc pēthe. christianos q̄ semper est in die dñica. Dixit ergo Lu. de hac die. Dū cōplerent dies pēthe. erāt oēs discipuli pariter in eodē loco. i. in cōsona z cōcordi vnitate z factus est repēte de celo sonus: q. existentib⁹ in penitētia qui est ann⁹ iubileus z cōpleto pēthe. existentibus in vnitate datur spiritussanctus sed repēte: q. nescit tarda habere rerū molimina spūssancti gratia. In igne autē descēdit: q. sicut ignis illuminat z inflāmat ita spiritussctūs illuminat ad cognitionē dei z inflāmat ad amorē dei. Appuit ergo in linguis igneis vt facilē dicti essent in omni genere linguarum. Et q. ipse est lingua que de occulto sue bonitatis ꝙbū protulit in vterū virginis z pfert verbū in corde hominis, Mat. x. Vos nō estis qui loquimini: sz spiritus patris vestri qui loquit in vobis. Ipse em̄ quos replet eloquētes facit. Sequitur. Quasi aduenientis spūs vehemētis: hoc aūt dicit: q. nulli⁹ potuit resistere spiritussancto: nec apostolis. Unde dñs in euāgelio Matt. Ego dabo vobis os z sapiētiā cui nō poterūt resistere z cōtradicere oēs aduersarij vestri. Et de btō Stephano scriptū est in actib⁹ q̄ nō poterāt resistere sapiētie z spūi qui loquebat. Quia ꝙ in epla dicit. Et fact⁹ est repēte de celo sonus tāq̄ aduenientis spūs vehemētis ꝛc. ideo ad hoc representādū in nōnullis ecclesijs clāgūtur tube dū sequentia dicit. Venit enim spūssanctus in spū vehemēti: q. sicut vētus vehemēs proiecit puluerē a facie terre: sic spūssanctus eiecit a corde hominis oēm terrenitatē. Tubis q̄dē vtebant antiqui vt legit in numeris ad multitudinē cōgregā dā: ad dimicādū z ad cōgratulādū i dieb⁹ festiuis: cū diuersitate tū sono⁹: quarū vsus fuit tāte virtutis in iubilo vt ad crepitū siue sonū earū corruerent muri hierico. Hec siquidem sunt duo testamēta vel predicatores quib⁹ ad p̄cinctū fidei ppls euocatur ad penitentiā z lachrimabilē cōpūctionē excitat ad laudes dño exhibēdas inuitatur z ad mōtem syon z ad ciuitatē sanctā hierusalē z multo⁹ miliū angelorū frequētiā z ad futurū dei iudiciū puocat: z vide q. i aduersis z pſperis tubis clāgit: q. omne tps conuenit ꝙbo dei. Unde benedicā dñm in omni tēpore semper laus ei⁹ in ore meo. De organis dictū est in ḡra parte sub tit. de sanctis. Luc etiā ex alto ignis proiecit: q. spūssanctus descendit in discipulos in

Quinquagesima die a pascha fiebat penthecost. iudeo⁹.

Spiritussanctus eiecit a corde hominis omnem terrenitatem.

gnels linguis: etiã flores varij ad notandũ gaudiũ ⁊ diuersitatẽ linguarũ ⁊ virtutum. Columbe etiã per ecclesiã dimittuntur: in quo ipsa spiritus sancti missio designatur. Post epl'az dicit gradual e in quibusdã ecclesijs: q; festũ paschale termina tũ est. Tamẽ in quibusdã alijs dicitur duplex alle luya: q; spũssanctus datus est gemine stole. Euãgeliũ. Si quis diligit me. Jo. xiiij. c. manifeste est de spũsancto. Postcõmunio est. Factus est. Act. ij. ca. Quare hoc festũ celebrãt a iudeis: ⁊ quare a chrisstianis dicẽt in prohemio septime partis.

¶ De secũda feria. Rubrica.

Lex nõ tantum iudeis: ſz etiam gentib⁹ data est

Sequitur secũda feria: in qua ostenditur q; nõ tm̃ modo est data lex iudeis sed etiã gẽtibus. Unde introitus est. Cibauit eos ex adipe frumenti. i. de intelligẽtia spũali ⁊ de petra melle. i. melliflua doctrina xp̃i qui est petra saturauit eos ⁊ hoc habẽt in epistola. Aperiens petrus. Act. x. in qua habẽt q; adhuc loquente petro descendit spiritussanctus. Uel frumentũ est xp̃s cui⁹ adeps est spiritussanctus quo fideles satiantur cum spiritusancto replentur: qui etiã satiantur melle ⁊ de petra. i. doctrina de xp̃o procedente: in quo sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie dei. Hic autẽ propter promissiones que ibi cõtinẽtur cõcinitur quater alleluya sicut in feria tertia ⁊ sabbato exponetur. De hoc dictũ est in. iij. dominica post pascha. Alla est Spũs dñi. Sapiẽ. j. Aliud alla. Loquebant. Act. ij. Euangeliũ vero Joan. iiij. nõ videt cõuenire spiritui sancto: sed cõcordat epistole: ibi enim ostenditur q; nõ tantũ iudeis sed etiã gẽtibus data est lex dicens. Sic deus dilexit mũdũ sup. non tantum iudeos: vt filium suũ vnigenitũ daret: ⁊ postea sequitur. Ut omnis qui credit i illũ nõ pereat. Et nota terribile verbũ q; qui non credit in eũ iã iudicatus est. Preterea per hoc q; de dilectione mentio fit spiritussanctus qui amor est satis exprimitur. Postcõmuniõ est. Spũssanct⁹. Joan. xiiij. Et est sciendũ q; per totã hãc septimanã in missis sunt solemnitates seruande: vt Gloria in excelsis. Credo. Ite missa est. ⁊ Te deũ: ⁊ alleluya: vt baptizatorũ saluti congaudeamus: ⁊ vt future letitie plenitudinẽ figuremus. Postremo notandũ est q; dominus nõ predicauit gentibus per se: ſz per apostolos. Unde. Ite baptizate oẽs gẽtes in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. sicut ysaac iuniorẽ filio suo nihil precepit de offerẽdo sibi cibũ vt benedictionẽ acciperet: sed per operationem Rebecce primatum benedictionis accepit: ⁊ q; hec facta sunt dei occulto iudicio: ideo officiũ huius ferie secunde pertinet ad consilium: quod est donum spiritussancti.

¶ De tertia feria. Rubrica.

Sequitur tertia feria: ⁊ q; spiritussanctus non datur nisi per ministros: tõ in tertia feria dicitur introitus in persona prelatorũ. Accipite gloriam tocunditatis vestre: in quo: q; per geminam dilectionẽ ad fidem pertingimus trinitatis: ideo quinquies cõcinimus alla: ⁊ est sensus. Accipite iocunditatẽ gloríe. i. spiritũsanctum qui vos glorificabit ⁊ clarificabit: vt quisq; de se dicere possit quod dicitur in cõmunione. Spũs qui a patre procedit ille me clarificabit. Sequitur epistola. Cũ audissent apli. Act. viij. vbi sequitur. Tunc imponebãt manus super illos ⁊ accipiebãt spũsanctũ: q; in impositione manus accipiebãt spũsanctũ. Euangeliũ. Joan. x. cõcordat epistole vbi dicitur Qui nõ intrat per ostiũ ⁊c. nõ enim intrat in ecclesiã qui nõ intrat per eos qui sunt ostiũ: scz p xp̃m ⁊ aplos: nã heretici nõ dant spũsctũ nisi inquãtũ cõuenũt cũ ecclesia: ⁊ qm̃ apostoli ⁊ eorũ successores heresiarchas in spiritu fortitudinis sunt aggressi ⁊ aggrediuntur: ideo officium hodiernũ ptinet ad fortitudinẽ que est spiritussancti donũ. Spiritussanct⁹ ostiarius est qui per ostiũ introducit ad patrẽ quod etiã in offertorio canit. Portas celi. i. apostolorũ scripturas aperiet. Postcõmunio est. Spiritus qui a patre. Jo. xv.

Spiritussanct⁹ ostiarius est.

¶ De quarta feria. Rubrica.

Sequitur quarta feria in qua fiunt ieiunia quattuor tẽporũ. Apostoli nãq; nobis exemplũ ieiunandi hoc tempore reliquerũt qui post susceptũ spiritũsanctũ sicut mentes auerterant a ceteris mundi illecebris: sic ⁊ ab epularũ appetitu: licet eñ q̃diu cũ illis fuit xp̃s non ieiunarent: post ablationem tamẽ eius spontaneis se subdidere ieiunijs. Sponso eñ ablato eis ieiunandum erat sicut dñs predixerat. Quãdo sponsus auferetur ab eis tũc ieiunabũt. Unde repleti spiritussancto sponte ieiunare ceperunt: quocirca in precedẽti secunda feria quidã estiualẽ inchoant quadragesimã. Alij vero sanius hodiernũ ieiuniũ autumant esse huius tẽporis quadragesime initiũ cui quidã terminũ statuunt in festiuitate sancti Joã. bapt. siue sex habeat hebdomadas siue nõ. Tertij festiuitatẽ sancti Joan. includũt: ⁊ eousq; ieiunantes sine termino prefixo procedũt donec senariũ cõpleant numerũ. Hanc quadragesimã ꝓbat Ister. o. nõ esse necessitatis: sed volũtatis dicens. Nos vnam facimus quadragesimã illi tres quasi tres passi fuerint saluatores: non q; per totum annũ ieiunare nõ liceat excepto penthe. sed q; aliud est necessitate: aliud voluntate munus offerre. Sed hoc dicit Ister. cõtra Montanũ hereticũ: qui apud suos tribus quadragesimis statuit ieiunãdũ ⁊ dicitur hoc ieiuniũ estatis quod est ieiuniũ exultationis in quo genua non flectimus: immo cantica letitie dicimus vt dictũ est sub quarta feria tertie hebdo. aduentus. Hoc autẽ ieiuniũ statutũ est ab ecclesia in tali tẽpore: q; qui in se sentit gratiã sancti spũs leuiter ⁊ cuz gaudio ieiunat: ⁊ etiã q; super ieiunãtes descẽdit spiritussanctus visibiliter: ⁊ ideo incipit introitus. Deus cũ egredieris in cõspectu populi tui ⁊c. Egreditur aũt dñs qñ aliquo signo visibili venit ad auxiliũ hominũ egressus vero est cum dedit nobis filiũ suũ qui venit pendens ⁊ ante nos: vt dicitur Machee. ij. Tunc egressus est etiã per spũssancti missionẽ qñ visibiliter descendit super apostolos: ⁊ q; per hoc

Montanus hereticus.

dissipati sunt inimici: ideo sequit versicul⁹. Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici eius ⁊c. Sequitur in quibusdã ecclesijs lectio de princi. sapientie: scz Diligite iustitiã qui iudicatis terrã: vbi ostendit qualiter poterit haberi spiritussanctus ibi. Spiritussanctus discipline effugiet fictũ. j. q. iij. saluator. ⁊ in fine dicit. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarum ⁊c. postmodũ sequitur epistola. Stans petrus ⁊c. Act. ij. in qua ostendit q̃ super ieiunãres descendit spiritussanctus: ⁊ ibi sequit. Non enim isti sunt ebrij sicut vos dicitis: cuz sit hora diei tertia: sed hoc est qđ dicit dñs per prophetã Johel. Effundã de spiritu meo super omnẽ carnẽ: ⁊ prophetabunt filij vestri ⁊ filie vestre ⁊c. In aliis ẽo ecclesijs dicit prima lectio. Stans petrus. ⁊ postmodum epistola. Per manus autẽ. Ac. v. c. Due itaq; lectiones legunt: qz duo populi ad fidẽ conuertuntur: vel quia ordinandi virilisq; testamenti pagina imbuũtur. Sequit alleluya: qz est ieiunij exultationis: vt dictũ est. Et dicunt quidam. Pater cum essem Joã. xvij. Sequit euangelij Joã. vj. cap. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum scilz per spiritũsanctum: ⁊ post sequitur Patres vestri comederunt manna ⁊ mortui sunt: qui mãducat ex hoc pane viuet ineternũ: qz egressum est coram xp̃ianis manna spirituale: sicut ante coram iudeis tẽporale: sed mãducantes corporale mortui sunt: qui vero manducauerit spirituale nõ morietꝫ morte. s. incredulitatis seu gehennali. Unde patet q̃ elegantius egressus est dñs coram nouo populo q̃ coram veteri. Cõmunio est. Pacem. ⁊c. ⁊ est Joannis. xiiij. cap. Et attende q̃ officium huius quarte ferie predicat scientiã: que est donum spiritussancti: qui vsq; adeo sanctos illuminat q̃ de quinq; libris mosi pauciss prophetarũ scripturis librorũ copia creuit: quod mystice innuit nobis euangelij de quinq; panib⁹ ⁊ duobus pisc⁹: qđ hodie in qbusdã ecclesijs legitur.

Spiritussanctus descendit super te iunantes.

Egressus est dñs elegãti⁹ coram nouo populo q̃ coram veteri.

¶ De quinta feria. Rubrica.

SEquitur quinta feria que secũdũ aliquas ecclesias non habet introitum proprij sed qz domin⁹ descẽdit die dominica: per missionem spiritussancti ⁊ quinta feria ascendit in celum: ideo diei dominice ⁊ quinte ferie cõmunis est introit⁹ Adñica ergo mutuat: nec habet proprij: vt a sabbato in sabbatũ septẽ sunt dumtaxat officia septẽ donis spiritussancti deputata. Quidam tamen ⁊ huic officio mutuato nõ incongrue donum ascribunt huiusmodi ascriptiones non a sabbato: sed a dominica facere incipientes. In dominica etenim ponunt spiritum sapientie. In secunda feria intellectus. In tertia concilij. In quarta fortitudinis: et in hac q̃nta spiritũ scientie qui dat scrutari profunda sicut cantatur in alleluya. Spiritus omnia ⁊c. In quibusdam vero ecclesijs cantatur introitus qui in sequenti dicitur feria scilz. Replebitur os meum laude tua. Alique vero ecclesie habent proprium officium. s. Deus patrum nostrorũ da nobis spiritum gratie. ⁊c. in quo ecclesia orat filijs suis dari spiritumsanctum ad remissionem peccatorum ⁊ ad facienda miracula: ⁊ quia per spiritumsanctum fiunt miracula: ideo habetur in epla Philippus ⁊c. que est Act. viij. q̃ Philipp⁹ multos claudos sanauit ⁊ spũs immũdos eiecit: ⁊ factũ est gaudiũ magnũ in illa ciuitate. s. samarie: qz p spm̃sctm̃ oia ista fiunt: ideo sequit euãgelij Luc. ix. Cõuocatis iesus duodecim discipulis suis dedit eis potestatẽ sup oia demonia: ⁊ post. Non feretis virgam neq; peram ⁊c. que fieri non possunt nisi spiritussancti abundantia habeatur.

¶ De sexta feria. Rubrica.

EXta feria est introitus. Repleatur os meũ laude: vt possim cantare alla qz qui gaudet ore ⁊ corde: potest ieiunare ieiunio exultatiõis: ⁊ qz est dies veneris in qua passus est dñs: ⁊ dies spiritu sancti: ideo dicit Petrus in epistola Apertens Act. ij. que in quibusdã ecclesijs legitur: q̃ christus suscitat⁹ est a spiritussancto. Unde hꝫ habetur. Suscitauit iesus solutis doloribus inferni sicut scriptum est. Non dabis sanctũ tuum videre corruptionem: in quo significata est illa spiritus sancti operatio: qua synagoga nunc mortua pietate resurget: postq; plenitudo gentiũ eadẽ intrauerit pietate. Predicat ergo hꝫ officiũ pietatẽ. Posset etiam pertinere ad spiritũ timoris pro eo q̃ dicitur in euãgelio. Et repleti sunt timore: ⁊ exrasi ⁊c. In quibusdã ecclesijs legit lectio. Exultate filie syon. que est Joel. ij. ca. ⁊ qz per spiritũsanctũ fiunt miracula: sequitur euangeliũ. Factũ est Luce. v. de paralitico sanato. ⁊ qz propter hoc debet laudari dñs sequitur offertorij Lauda aia mea dñm. Cõmunio Spiritus vbi vult spirat. Joã. iij.

Qui gaudet ore et corde potest ieiunare ieiunio exultationis

¶ De sabbato. Rubrica.

SAbbato est introit⁹. Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris: ad Ro. v. c. ⁊ cõpetit spiritui sancto q̃ est charitas: ⁊ etiã diei sabbati: qz in sabbato future quietis maxime diffundetur: vt qui igniculus est in syon: caminus sit in hierusalem. ⁊ sequitur versus. Dñe deus salutis mee in die cla. ⁊ nocte coram ⁊c. Ille etenim in quo diffusa est spũssancti gratia laudat deum in prosperis et in aduersis. Sequitur epistola. Justificati ⁊c. in qua habetur de huiusmodi diffusione. Quia enim charitas dei diffusa est nõ permittit eam paulus intra fines terre promissionis tantũ coartari: immo ostendit q̃ nõ tantũ iudeis: verũctiam gentibus datus est spiritussanctus dicẽs ipsis iudeis. ¶ Vobis oportebat primum predicari: sed qz repulistis verbũ dei ⁊ vos indignos fecistis vite eterne: ecce quertimur ad gẽtes. extra de renũ. nisi. § propter. In aliis vero ecclesijs dicitur epistola. Conuenit vniuersa ciuitas ⁊c. Act. xvij. Quia ergo gentib⁹ datus est spũssanctus: ideo sequit alla Laudate dñm omnes gentes. In hoc enim ieiunio nõ tacẽtur cantica leticie propter reuerentiã festi. Nec 9m niceñ. concilij. xvj. di. de ieiunio de conse. dist. iij. quoniã genua nõ flectimus: sed stãtes oram⁹ propter neophitos gaudentes q̃ a peccatis surrexerunt. In aliis ecclesijs dicitur. Repleti sunt oẽs

Ezech.ij. ⁊ spūs dñi ornauit celos. Jo.xvij. Postea sequit̄ euāgeliū. Surgens iesus Luc.iiij. de socru petri sanata: que significat synagogā q̄ sanata est a petro ab infidelitate: ⁊ perfect⁹ per fidē ipsius sanabit in futuro: ⁊ sic cōuenit cū epla. Fiunt autem hac die ordines: q⁊ super ordinā dos descendit spūssanctus ⁊ etiā super ieiunātes: ⁊ ideo dicūtur quatuor lectiones ante lectionem danielis: prout dictum est sub quarta feria tertie hebdomade aduent⁹. Prima est de principio libri sapiētie: in qua ondit quib⁹ datur spūssanct⁹ ⁊ quib⁹ nō scz illis qui sentiūt de dño in bonitate ⁊ in simplicitate cordis querūt illū. In alijs xo ecclesijs prima est de Johele.iij. Effundā de spiritu meo sup oēm carnē: q⁊ sicut spūssanct⁹ super apostolos descendit visibiliter: ita super ordinā dos descendit inuisibiliter. Scōa est Locut⁹ est. q̄ est Leui.xxiij. Tertia est. Dixit moyses. q̄ est Deut.xxvj. Quarta ℣. Dixit dñs ad moysen. q̄ est Leuit.xxvj. Offertorij est. Intonuit dñs. Postcōio xo. Nō vos relinquā ⁊c. de effusiōe spūssancti loquit̄. Potest etiā dici q̄ hoc officiū figurat duorū cōcordiā populorū: iude vcz ⁊ gētilis. Hi sunt duo ceci de q̄bus dicit in euāgelio q⁹ sunt illuminati a xpo: de qua cōcordia loquit̄ paul⁹ i epla ad iudeos ⁊ gētiles dicēs. Justificati ex fide pacē habeamus ad deū per do.no.ie.xpm. Sed q⁊ pax ⁊ cōcordia vera nō fit nisi per charitatē: ideo precinit̄ in introitu. Charitas dei diffusa est: in quo ter ponit̄ alla: qm̄ ad fidē trinitatis peruenit̄ per obsequia charitatis. Lectiōes etiā ad ieiunū primētes attestātur operationē ⁊ gratiā spūssancti. vt prima. Effudā de spū meo. ⁊ scōa Locut⁹ est: vbi dicit̄. Numerabitis septē hebdomadas vsq̄ ad alterā diē expletiōis. Hebdomade septē pñtē innuūt festiuitatem: que olim dicebatur festiuitas hebdomadaꝝ ⁊ q⁊ postq̄ gētes intrauerint reliquie saluabunt̄: ideo nunc flentib⁹ ⁊ sponsum expectantib⁹: dicit dñs in postcōione. Non vos relinquā orphanos q⁊ igitur hec cōcordia fiet imminente die iudicij q̄ etiam electis erit causa timoris: ideo hoc officium princ ad timorē: vel q⁊ timor introducit charitatē: licet charitas foras mittat timorē, de pent.dist. ij. sicut ceca. Et attende q⁊ fm Aug. in ordine officiorū istorū descendendo cōputamus. In ordine vero paschalium ascēdēdo: q⁊ per hec descēsus spiritus sancti ad nos: per illa noster ad ipsum significat̄ ascēsus. Et caue q⁊ preter premissa officia ad ieiunū pertinētia que in quarta ⁊ in ferta feria ⁊ in hoc sabbato exposuimus: alie quidē lectiones ⁊ euāgelia in eisdē diebus inueniunt̄: que forte solennitati magis appropinquare videntur: sed tñ hec ⁊ illa gratiā spūssancti personāt ⁊ operationē vnde quidā hodie nō incongrue duas missas celebrant: vnā in tertia de festo cū Gloria in excel. ⁊ Credo. aliā in nona de ieiunio sine Gloria i excel. in qua sunt clerici ordinādi qui merito i hac hebdomada ordinantur: vt sancti spiritus dona percipere mereantur: ⁊ memento q⁊ in hac die terminatur quinquagesima: ⁊ ideo hodie frequentatur ⁊ cantatur pro graduali alleluya: nec flectuntur genua pertinet eīm ad octauā. Generale quidem est q⁊ quotiēs de tēpore in die gratie materia laudis assumitur: aut dies ad octauā refertur gnua non flectimus: sed in orationib⁹ stantes collatā nobis gr̄am ⁊ cōsequentē gloriā profitemur: vt cum olim essemus serui curui: nunc fracto iugo incedamus erecti: vt in dñicis dieb⁹ ⁊ sanctoꝝ natalitijs ⁊ pascha lib⁹: inclinare tñ capita possim⁹: et mulieres deuotas ad monumentum venientes imitemur.

Quib⁹ datur spiritus sanct⁹.

Pax et concordia vera nō fit nisi per charitatem.

De die dñica sancte trinitatis. Rubrica.

APierisq̄ locis in octaua pēthe. fit festum sctē trinitatis. Postq̄ eīm celebrata est festiuitas patris in natiuitate: q⁊ natiuitas dicit̄ festiuitas patris ⁊ postq̄ celebratū est festum filij i pascha ⁊ festū spūssctī missione ipsi⁹: merito in octa. penthe. fit festū eorū scz trinitatis vt ostendatur q⁊ tres persone sunt vnus deus. ⁊ hec est prima causa quare celebratur festū trīū personarū diuinarū simul. Scōa causa est: q⁊ ad īuocationē sancte trinitatis datur in baptismo spiritus sanct⁹ vt premissuꝝ est. Tertia causa est vt ostēdat ecclesia filijs suis illum a quo sunt oīa bona cuius habet imaginē ⁊ cuius debet habere similitudinē: videcet dei ⁊ sancte trinitatis: quā semper laudare debemus: ⁊ quia tota intentio est laudate ipsum: ō in quibusdā ecclesijs in singulis antiphonis laudum preponit̄ versiculus qui laborē significat: ad ostendendū q⁊ toto labore totoq̄ nixu debemus nos vertere ad laudandū deum ⁊ sanctā trinitatē ⁊ eodē modo fit in quibusdā ecclesijs in festo beate Marie in antiphonis laudū: pro eo q⁊ ipsa se totā vertit in laudē dei. vñ tunc in euāgelio dicit Maria autē cōseruabat oīa verba hec pferēs in corde suo: ⁊ q⁊ ipsa priuilegiata fuit in virginitate ipsa est ei virgo ꝙginū. in antiphonis q̄q̄ de beato Lau. ⁊ de beato Pe. ⁊ de beato Paulo. ⁊ de beato Stephano preponunt̄ quidā versus antiphonis ad maiorē laborē notandū: quem in suis martyrijs sustinuerūt Beatus eīm Lau. grauius ceteris passus est. vnde Beatus Sixtus dixit ei. Maiora tibi debēt̄ pro xpi fide certamina. beatus xo Pau. plus ceteris laborauit pdicādo. Et beatus Stephan⁹ pro xpi fide primus martyr extitit: sed in hoc est differētia: q⁊ in nocturnalibus antiphonis tñ de beato Lau. premittuntur: quia passio sua de nocte ꝙsummata est. vñ dixit. Mea nox obscurū nō habet. ⁊ iterū. Nō est inuēta i me iniquitas: ⁊ ita apparet q⁊ tot⁹ fuit sacrificiū laudis. vnde semper dicebat Gratias tibi ago domine Mane vero corpus eius conditū fuit: ⁊ ideo tantum nocturnalibus ⁊ nō laudum antiphonis versiculi preponuntur. Rursus quia versus laborem ⁊ boni operis fructū significant: prout tactū est in prohemio quinte partis: merito in dictoruꝝ sanctoꝝ natalicijs specialiter premittunt̄ antiphonis: ad notādū q⁊ ipsi excellenti⁹ labores ⁊ bonorum operū fructus suis natalitijs ⁊ martyrijs premiserunt. Item in quibusdā ecclesijs antipho. de martyrio beati Petri prepostere preponunt̄ versi-

Festum trīū personarū diuinarū quas recelebratur simul.

bus:ideo q ipse petijt vt in crucecaput suum ad terrā verteretur. Hi aūt versus tropi vocant: qua si laudes ad antiphonas cōuertibiles. tropos em̄ grece cōuersio dicitur latine:q ergo semper sanctā trinitatē laudare debem⁹:ideo ad missam dicitur introitus. Benedicta sit sancta trinitas. quē Alcuinus sumpsit de thobia.xij. postmodū sequitur epla de Apo. Vidi hostiū apertū in celo.r in circuitu sedis.i.ecclesie que est sedes dñi. mare vitreū.i.baptismū:in quo submerguntur oēs egyptij.i.omnia peccata. Et nota q dicit mare vitreū ꝓpter corporis fragilitatē r perspicuitatē quā recepit in baptismo r est in circuitu:q ad ecclesiā venire nō possumus nisi per baptismū. Sequit. Simile cristallo: q qui prius erant aque fluxibiles sunt per gratiā in baptismo acceptam firmi sicut cristallus que fit ex aqua cōgelata r diuturno gelu in naturam lapidis cōsolidata. Et hec est vna causa quare in hac die legitur hec epistola: q in eo dicitur de baptismo in quo per inuocationē trinitatis dātur septē dona spiritus sancti. secūda ratio est q in ea inuitamur ad laudes trinitatis: cū ibi sequat̄ q animalia plena oculis ante r retro. i.prelati dabant gloriā r honorē r benedictionē sedenti super thronū viuenti in secula seculorum. Sedēs aūt super tronū est deus trinitatis. vnde sequitur. Et procidebāt. xxiiij. seniores in facies suas mittentes coronas ante eum: hoc significat q omnia bona nostra debem⁹ attribuere ei:itaq̄ omne illud ex quo meremur coronā sequitur r nō habebāt requiē dicentia. Sctūs sctūs sctūs: r iō in introitu r in alijs officijs toties repetitur. Benedicta sit sancta trinitas:r ꝓpter hoc respōsoriū siue etiā graduale quod respōdet epistole est. Benedict⁹ es dñe qui intueris abyssos. Danie. iij.c. versus est. Bñdicite deū celi. Thobie.xij.c.r alla. Benedictus es dñe rc. Offerto. Bñdict⁹ es dñe. r postcōmunio. Benedicimus deū celi rc. Thobie.xij.ca. Euāgeliū est. Erat homo ex phariseis nichodemus in quo habetur de baptismo qui in inuocatione sancte trinitatis sanctificat baptizatos. In alijs vero ecclesijs dicitur epla. Gaudete perfecti. que est Coy. vlti.c. Et in alijs dicitur. Vidi ostiū. que est Apoc.iiij.r euāgeliū. Cū venerit paraclytus. Joan.xiiij.c. Sciēdū est q hystorias de sancta trinitate r de inuētione sancti stephani cōposuit sanctus stephanus laudicen. ¶ Cursus cū attylla rex qui christianos persecutus est fere omnia volumina christiane religionis destruxisset Alcuinus magister karoli r ludouici filij eius:rogatu bonifacij archiepī magūtini multa de ecclesiasticis officijs conscripsit. vnde r magū. cōciliō approbāte: vt habetur de consē. dist. v. instituit q a festo pasche vsq̄ ad dominicā istā tres tm̄ dicerentur lectiones:r hac die de trinitate cātari vsq̄ ad dñicam sequētē r tūc incipere. Domine in tua misericordia rc.r cōposuit officiū de trinitate videlicet respōsoriū:antiphonas:missaz r sequētiā: que omnia obtulit Alex. pape. Ille vero respōdit nō esse celebrādū festum de trinitate:sicut nec de vnitate. Nam singulis diebꝰ fit festū trinitatis et vnitatis:q semper dicitur. Gloria patri r filio et spiritui sancto:r premissas hystorias r officiū non admisit. extra de fe.ca.ij. Verū superueniente hereſi arriana fere fuit fides trinitatis extincta: sed Hylarius Eusebius r Ambrosius restituerunt. Consensit igitur eadem de causa Grego. magⁱ vt de trinitate specialia cantaremus: r ecclesias in ipsius honorē edificaremus. Exinde ergo est q de hystoria trinitatis inuenitur varia consuetudo Alij nāq̄ nō vtuntur ea sequentes reprobationē Alexā. pape. Sed in qualibet dñica ab octa. pen the. vsq̄ ad aduentum cantāt in nocturnis nonū respōsoriū de trinitate nisi festū aliquod impediat vt eā cōfiteantur per quā saluantur:r in missa alleluya cā hylariter profitētes: vt dictū est sub q̄rta parte sub tit. de alla. Alij vero vtuntur ea cantātes eā in hac prima dñica sequētes primā institutionē Alcuini. Alij ponunt eam in fine tēporis declinationis.s.in vltima dñica:videlicet ante dominicā de aduētu sequentes vltimā probationē Grego. Romani:ergo nunq̄ de trinitate celebrāt festū:nec etiam has octauas faciūt: sed in prima dñica post penthe.incipiūt hystoriā. Preparate. seu Deꝰ omniū. Alij vero celebrāt hodie de octaua scz de spiritu sancto: r ponūt eādē epistolā et idē quod prediximus euāgelium propter baptismatis sacramentū ceteris obseruatis sicut in die pēthe. Celebrāt aūt octauā ad insinuādū perfectionē vel ꝓsummationē operū sanctispūs. Per septē em̄ dies operatio gratie septiformis:in octaua vero ꝓsummatio declaratur. Et q̄n̄ in octaua redit ad caput:ideo omnia sicut in die festo a vespera i vesperā:r in ipsis vesperis r tribus nocturnalibꝰ psalmis obseruāt. De his octauis Augustinus dicit. Celebrationē octauarū feriarū noui hominis celebramus. Baptismus neophitorū licet in sabbato peragatur:ad altum tn̄ baptismū pertinet quē apostoli susceperūt in die pēthecostes cuius octaua dies est dñica sequens. Qui vero ponunt hystoriā. Preparate.seu Deus omniū melius faciunt:q romanam sequūtur ecclesiā nostre peregrinationis recolentes r percurrentes hystoriā. Nā per septuagesimā significamus expulsionem generis humani de patria paradisi:per quadragesimā seruitutē ppli sub pharaone: per paschā immolationē agni:per quadraginta dies paschales.xl. annos in deserto per rogationes terre promissionis ingressionē:per septē dies penthe. in quibus.vij.dona diuiduntur terre date diuisionē:per tempus quod ab hodie sequitur significamus populi afflictionē r gubernationem factam per iudices r reges:ideoq̄ sequūtur quattuor libri regum prout in sequenti titu. dicetur.

Consuetudo varia de hystoria trinitatis inuenitur.

Alcuinus de ecclesiasticis officijs multa conscripsit.

¶ De prima dñica post pēthe. Rubrica.

Hic dicendum restat de prima dñica post pēthe. q̄ est vna de principalibꝰ dñicis:r incipit hic quartū ꝑs peregrinationis:q iumus in via veniēdi ad patriā. Sed q hostes habemus

pulsq̃ illuc perueniam⁹: scz carnē: mūdū ⁊ diabolū: ideo legitur de libris regū: in quibus agitur de bellis ⁊ de victoriis: vt inuitemur ad pugnādū fortiter cōtra hostes vt victoriā habeamus: sicut iudet de philistheis: ⁊ tandē gloriemur in celis: q̃ nō est nobis tm̄ luctа aduersus carnē: sed etiā aduersus aereas potestates. Vnde primo dicim⁹ in vesperis. Benedictus dñs deus meus ⁊c. hystoria est. Deus omnium: seu fm̄ romanū. Preparate: sed

Patientia necessaria est contra vitia.

q̃ bellū sine discretione nō bene geritur: ideo sequēti tēpore subiunguntur libri salomonis. Item q̃ insurgunt vicia cōtra que necessaria est patientia ideo subsequēter subiūgitur hystoria de Job. Recte ergo inuitamur ad pugnā: q̃ postq̃ digni fuimus in numero hystoriū haberi per librū numeri tam perfectū ⁊ in statu perfectionis per nouā legē scz Deute. in quo habetur. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua. ⁊ sum⁹ sub iesu per librū iosue ⁊ sub iudicibus. i. prelatis per librū iudicū: ⁊ sumus sine acceptione personarū per librū ruth. que fuit moabitis: restat tū pugnare: q̃ tūc magis tentat diabolus: ⁊ sic ordinātur libri regū in quibus tractatur de bellis ipsoriū ad alios libros. Adaptātur etiā ⁊ aliter prime q̃tuor dñice quattuor libris Regū: qui dicetur sub tiij. ⁊ sub. vij. ⁊ sub. xv. dñicis. Leguntur aūt in tali tēpore ⁊ post missionē spiritussancti: ⁊ post festū trinitatis: q̃ q̃ accipimus gratiā spiritussancti ex tunc sumus similes deo. ⁊ filij sumus summi regis: ⁊ per ꝯsequēs sumus reges. vnde in Apoca. Fecit nos reges ⁊ sacerdotes deo ⁊ patri suo ⁊c. Pe. in canonica. Vos estis genus electum regale sacerdotiū ⁊c. extra de sacr. vnc. ergo cum simus reges ⁊ habeamus aduersarios: non restat nisi vt regnū nostrū defendamus: q̃ ex hoc nobis inuidet diabolus: q̃ ad illud regnū sumus assumpti. vnde fuit delectus: ⁊ ideo nobis grauis imminet pugna. Nempe ostendit nobis dauid in exemplū qui vicit per humilitatē ⁊ per iocunditatem mentis ⁊ victus fuit ter. Primo a samuele in bethleē in signū regni. Secūdo super domū iuda in regē: super tribu iuda a viris iuda in ebrō. Tertio ter rū in ebrō ⁊ in cōfirmatione regni sup totū israel.

Ter inūgemur si bene pugnabimus.

Similiter nos si bene pugnabimus ter inūgemur primo in bapti. in signū regni: secūdo in cōfirmatione: tertio in paradiso q̃n regnū nostrū cōfirmabitur. Saul nobis proponitur in exemplū qui per inobedientiā amisit regnū. vnde nō simus inobedientes sicut ipse fuit: ne perdamus regnū eternū Dauid aūt fuit humilis in omnibus operib⁹ suis q̃ patet: q̃ cū luderet coram archa dñi indutus ephot lineo: depositis regalib⁹ vestibus despexit eū michol filia saul dicēs et q̃ nudat⁹ fuerat sicut vnus de scurris: ⁊ ille rīdit. Ludā ⁊ vilior fiā ante dñm qui elegit me ⁊c. Itē q̃n venit ad eū nathā ppheta: ⁊ redarguit eū de peccato suo publice penituit. Itē iocūditatē mētis habuit ⁊ omnia bona a se facta ad deū retulit. vnde de eo cāt at ecclesia. Prevaluit dauid in philistheū in funda ⁊ lapide in nomine dñi: ecce exultatio in deo: nō enim in se confidebat. Funda dauid est predicatio per quā fundā predicationis elicitur diabolus de cordib⁹ hoim cū per durā reprehēsionē incutitur timor ⁊ cōcipit penitētia: lapis vero dura reprehēsio est: q̃ ergo hmōi victoria habet per humilitatē: iō ad missam incipit introitus. Dñe in tua mia sperauī: ecce humilitas dauid: exultauit cor meū ecce mētis iocūditas: per hec duo vincitur pugna ⁊ q̃ ille sol⁹ vincit qui nihil sibi: sed omnia bona sua deo attribuit ⁊ sperat in eo: iō dñi sequit oro. Deus in te sperāti ⁊c. post ea sequit epla de charitate. Deus charitas est ⁊c. Jo. iiij. ca. q̃ per charitatē reges sum⁹: ⁊ per eā facim⁹ bona opera meritoria regni. per que regnū nrm defendimus ⁊ cōseruam⁹. vñ sequitur in hoc. Apparuit charitas dei ⁊c. post. Dei charitas est ⁊c. ibi etiā ostēdit q̃ diligere debemus deū ⁊ primū: in euāgelio aūt. Homo quidā erat dives ⁊c. Luc. xvj. c. Ostēdit q̃ nō debemus diligere diuitias per diuitē qui induebat purpura ⁊ bysso. ⁊ per penā eius: vt enim dicitur. Eccle. v. c. qui amat diuitias fructū nō capiet ex eis: qui amat scz amore libidinoso. naturali vero vel charitatiuo pōt: q̃ diuites cū iustitia ⁊ bonis operibus nō obiscimus. xxx. dist. hoc scripsimus. habetur em̄ in euāgelio de mēdico lazaro in cui⁹ persona incipit graduale. Ego dixi dñe miserere mei. Et sequit ꝯsus de operib⁹ misericordie. Beatus qui intelligit super egenum ⁊ pauperem id est intelligit et precogitat illud quod est in egeno et paupere: scilicet egestas ⁊ paupertas: vt ei subueniat: dicit enim Gregorius q̃ debemus eos vocare patronos ⁊ amicos nostros: quia etiā fratres nostri sunt: et sic facere nobis amicos de mammona iniquitatis: et de male acquisitis: vt cum defecerimus per mortem recipiant nos in eterna tabernacula: hoc non fecit dives ille epulo: ⁊ quia in aliquo noluit pauperi subuenire: ideo cum eo distinctissime fecit dominus: vt non posset habere guttam aque ad refrigerium lingue: et ideo sequitur alla. Deus iustus iudex fortis ⁊c. postea sequitur offer. in persona mēdici scz. Intē de voci ꝯonis mee: ⁊ q̃ nō obliuiscit de⁹ ꝯones pauperū: sequit postcōio. Narrabo oīa mirabilia tua psal. di. ⁊c. in q̃busdā tm̄ ecclesijs legit hodie euāgeliū. Estote misericordes. q̃d est Luc. vj. c. et est sciendū q̃ Urbanus papa quartus statuit fieri festum de corpore christi quinta feria post hanc dñicam concedens magnā indulgentiā tam clericis officiātibus: q̃ populis cōuenientibus ad diuina: prout officio super hoc ordinato habetur.

Diuitias nō debem⁹ diligere

¶ De scōa dñica post penthe. Rubrica.

Dictū est: q̃ prima causa qua defendimus regnū nostrū est charitas q̃ dilatat p cōsiderationē eternax nuptiax de quib⁹ i Apo. Beat⁹ q̃ vocatus est ad cenā nuptiarū agni: vñ in hac secūda dñica habet de hmōi cena in euāgelio Lu. ix. cap. Homo quidā fecit cenam magnā: ⁊ vocauit multos: ⁊ misit seruos suos hora cene dicere inuitatis vt veniret ⁊c. hora cene est ex quo porta paradisi aperta est per xp̃m: sequitur ⁊ ceperūt se oēs simul excusare: nam prim⁹ dixit: villam emi ⁊ ne-

esse habeo videre illā. Secundus dixit. iuga bouū emi quinq; z eo ꝓbare illa. Tertius vero dixit vxorem duxi: et ideo nō possum venire. Dominus ꝙo dixit ad seruum. Vade z cōpelle intrare: vt domꝰ mea impleatur. Vocatos enim compellit intrare per tribulationes: illi vero qui vocati fuerant: non venerunt: quia auari qui primum se excusant: ꝙple vel gulosi qui per secundum. et luxuriosi q̄ per tertium intelliguntur: hac cena se reddunt indignos: vnde versus. Ulla boues: vxor cenam clausere vocatis. Mundus cura caro celum clausere renatis. Et quia in hoc isti se reddunt indignos: ideo dominus alios vocat: quia vero per considerationem huius cene dilatatur charitas: et quia dominus protegit habentes charitatem: ideo incipit introitus Factus est dominus ꝓtector meꝰ: et eduxit me in latitudinem charitatis. Sequitur versus de charitate. Diligam te domine fortitudo mea ꝛc. In oratione vero petit charitatē Sancti nominis tui ꝛc. In epistola nolite mirari. j. Jo. iij. habetur de vita eterna: per cuius meritum amor concipitur. et sequitur in fine de charitate. Filioli non diligamus verbo neq; lingua: sed opere z veritate. Hec est lingua dolosa: qua dicūt amatores mundi. Rogo te habe me excusatum. Dicunt etiā bonis et sanctis viris Rogate pro nobis: et tamē venire non curant: et attēde q̄ duo primi excusant se. Per primum enim superbi intelligūtur. Per secundum oēs qui delectantur in quinq; sensibus corporis. Per tertium vero luxuriosi: qui se nō excusant: quia non habent cor: sicut habet in Osee iiij.c. Fornicatio vinum et ebrietas auferunt cor. Magis enim absorbet hominem fornicatio q̄ superbia vel auaritia. Quia ergo vt dictum est lingua talium excusantium se vt lingua dolosa: ideo ecclesia a lingua dolosa petit liberari in respōsouo Ad dñm cum tribularer clamaui z exaudiuit me. In versu Domine libera me ꝛc. et quia perfectus est qui non peccat in lingua: ideo in secundo tono cāratur. Postmodū sequitur alia. similiter de charitate: diligam te dñe fortitudo mea ꝛc. Quia vero cōsideratione vite eterne cōcipitur charitas visa cena petit conuerti in offertorio Cōuertere dñe erripe: et quia ibi cātabimꝰ vocaliter: vt ait Cassiodorus super psalmistam Omnis spūs laudet dñm non erit ibi tm̄ cena: sed maxima solēnitas. Unde Treno. j. Ule syō lugent: eo q̄ non sint qui veniant ad solēnitatem. Ideo in postcōione ꝓmittit se cātaturū ibi dño dicens Cātabo dño quia bona tribuit mihi z psallam ꝛc.

Dominus protegit habentes charitatem.

¶ De dominica tertia. Rubrica.

Tertia causa quare inflammamur ad defendendū regnū nostrū: est consideratio benivolentie dei qua nos custodit et diligenter querit: ideo in euāgelio huius dñice Erāt appropinquantes Luc. xv.c. habetur. Quis ex vobis homo habens centū oues. i. angelos z homines. z si perdiderit vnā. i. hominē nōne relinquit nonaginta nouem in deserto. i. in celo z vadit querere ꝙditā ꝛc. aut que mulier habens dragmas decem. i. angelos et homines: et perdit vnam. i. hominem: i quo imaginem suam depinxerat nonne accendit lucernam. i. naturam humanam in qua lumen deitatis posuit vniendo se ei z querit diligenter donec inueniat: z cū inuenerit conuocat amicas z vicinas dicēs eis. Cōgratulamini mihi q̄ inueni dragmā quam perdideram. Ita dico vobis gaudiū est in celis ange. dei su. v. pec. pe. agē. ecce quanta est benivolentia dei erga nos. Ista em̄ benivolētia accēdit in nobis charitatem. Quia vero ad nuptias eternas nō intrāt superbi neq; luxuriosi neq; auari: vt premissum est: ideo introitus huius dominice Respice in me ꝛc. z dicit Vide humilitatē meaz cōtra superbiam et laborem meū contra luxuriaz quia inops z pauper sum ego contra auaritiam: z propter predicta monet nos Pet. ad humilitatem dicens in epla. j. Pe. vlti. Humiliamini sub potēti manu dei: vt vos exaltet ꝛc. Et post sequitur ibi. Sobrij estote z vigilate in orationibus: qm̄ ad. v. di. tan. ru. cir. que. quem deuo. Et quia tantā curā habet dñs de nobis: ideo in graduali inuitat nos ecclesia dicens. Jacta cogitatum tuum in domino: z ipse te enutriet. versus Dum clamarē ad dominum exau. vo. m. z ꝛc. Alleluya est Dñe refugiū. Offertorium est Sperent in te omnes qui te nouerunt ꝛc. q; de sperātibus in se habet curam. Quia vero dominus non inuenitur nisi quis peniteat: cum vero quis penitet ad dominum clamat: ideo sequitur postcōio Clamabo. Rursus hoc officiuz ē de penitēte: sicut apparet ex ipsa cōione z ex euāgelio: vbi per Dauid intelligitur quilibet penitēs: vbi ōr Gaudium est i celo super vno peccatore penitentiam agente ꝛc. z ex introitu et aliis: z iō cantatur circa festū beati Joā. bapti. qui legitur populum ad penitentiā prouocasse.

¶ De dñica. iiij. post penthe. Rubrica.

Uarta causa qua defendim⁹ regnum nostrum sunt opera mie: vnde in euāgelio Luc. vj. qō legitur in hac quarta dñica in quibusdā ecclesijs dicitur Estote misericordes sicut z pater vester misericors est. Et post sequit Mensurā bonā et cōfertā z coagitatā z supefluentē dabūt i sinū vestrū. Quia ꝙo nō potest hō opera mie facere: nisi prius illuminetur a deo: ideo incipit introitus Homo Dñs illuminatio mea. Et quia per opera mie est ecclesia terribilis: vt castrorū acies ordinata: sicut dicit ōr in canticis canticoꝝ: sequit versus Si exurgāt aduersum me castra non timebit cor meū: z si exurgat aduersum me prelium ꝛc. Postea petit in collecta vt non possit ꝓtector in te sperantium deus ꝛc. In epistola vero Existimo. que est ad Rom. viij.c. ostendit premium: vbi dicit apls Non sunt ꝙdigne passiones huius tpis ad futurā gloriā que reuelabitur in nobis: z post sequit Et ois creatura ingemiscit expectans reuelationē filioꝝ dei: z vt hanc gloriā ecclesia possit adipisci. petit in rīsorio venīā de peccatis Propitius esto peccatis nostris domine ꝛc. Sequitur alia Jn te dñe speraui: quia in te spera-

Homo non potest operari misericordiam nisi prius illuminetur a deo.

tibus propitius es. Unde psal. Quoniam in me

sperauit liberabo eum. Adaptantur etiã iste quatuor precedẽtes dñice: quatuor libris regũ sic. In primo eñ libro habetur quõ Dauid inunct⁹ fuit. Unde in prima dñica incipit introitus Dñe in mia tua speraui. Et in respõsorio habetur Eduxit me vnctione mie sue ⁊ oleo exultationis: vnde sequit in introitu Exultauit cor meum in salutari tuo: et ut ostendit se unctũ oleo letitie per miam dei. In secundo libro habetur quõ liberatus fuit ab inimicis: ⁊ unctus bis vt haberet latitudinẽ regni. Uñ in scda dñica incipit introitus Factus est dñs protector meus: et eduxit me in latitudinẽ: vt late regnaret. In tertio habetur quõ mortuus fuit. Uñ in tertia dñica utitur ecclesia voce decedẽtium dicens Respice in me et miserere mei: et in versu In te domine speraui. In quarto libro habetur de pphetis qui illuminati sunt a deo: vt viderent ventura: et ideo in quarta dñica ỹ in introitu. Dominus illuminatio mea.

¶ De quinta dñica post penthe. Rubrica.

Uinta causa qua defendimus ⁊ obtinemus regnum nostrum est pax cum inimicis ecclesie: ⁊ patiẽtia in aduersis: ad quã inuitat nos beat⁹ Petrus in epistola huius quinte dñice. Dẽs ẽnanimes. j. Pet. iij. ca. dicens Et non reddentes malum pro malo ⁊c. Unde in euangelio habeẽ de rhete beati Petri. Sed multi sunt qui rũpunt rhete beati Petri. i. concordiam et unitatem fraternã: et ideo in persona tolerantium incipit introitus Exaudi dñe vocem meam qua clamaui ad te ⁊c. versus est Dominus illuminatio mea ⁊c. Illuminatus enim a deo saluatur ab hostibus qz sperat in eo. Pro predicta autem pace cum inimicis ecclesie impetranda orat ecclesia in collecta dicens Da nobis quesumus dñe vt et mundi cursus. In aliquibus tñ ecclesijs ỹ Deus qui diligentibus te ⁊c. Sequitur euangelium Luc. v. ca. Dũ plurime turbe irruerent in Jesum ⁊c. vbi sequitur Preceptor per totam noctẽ laborantes nihil cepimus. Tales qui laborant in nocte: et nihil capiunt sunt qui pro terrenis predicant. Sequitur in verbo tuo autẽ laxabo rhete. hoc facit qui habet scientiam ⁊ vitam: talis enim concludit multitudinem piscium copiosam. Unde in principio tot capti sunt boni ⁊ mali ꝙ rhete rumpitur. per qõ significatur ꝙ ecclesie unitas in hac vita rumpitur a quibusdam: sed post resurrectionem capti sunt multi: et tñ non est scissum rhete: ꝙ qõ significantur boni qui nõ scindunt unitatẽ ecclesie. Et ideo in offertorio dicit ecclesia se laudare deũ qui quãtum ad bonos filios dedit eis intellectũ vt non rũpant rhete. i. unitatẽ ecclesie. Benedicam dñm qui tribuit mihi intellectum. In postcõmunione ỹo dicit ecclesia se operari unitatem: ⁊ hanc petere a dño: inquit: unã petij a dño: licet enim plura petat quotidie: tamẽ dicitur unum petere: quia ad unũ finem. i. ad habendum a deo oĩa petenda petit: et hoc est qõ ibi sequitur Hanc requiram vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee: hoc ideo dicit: qz tunc legitur Paralypomenõ. i. verba dierum qui habet eãdem materiam cum libro regum: ⁊ significat ꝙ qui in dieb⁹ suis bene se rexerit habebit dies eternitatis. Et attende ꝙ hoc officium cantat circa festum beati Jacobi: qui sicut dicitur in euangelio: relictis rhetibus secutus est dominum: ⁊ factus est piscator hominum: id est supplantator rei et nomine vitiorum.

Qui habet scientiã et vitam talis concludit multitudinem piscium copiosam.

¶ De sexta dñica post penthe. Rubrica.

Alia vero non valent omnia predicta nisi fiat etiã plena iustitia fidei ⁊ in nouitate vite: ideo in hac sexta dñica legitur secũdus liber Paralipomenon: ubi habetur ꝙ confortauit dñs Salomonẽ: per qõ significat ꝙ dñs spiritualiter suos confortat dando eis fortitudinem: ideo dicitur in officio huius dominice Dominus fortitudo plebis sue ⁊ protector ⁊c. versus est Ad te leuaui animã meam: quia ab ipso est omnis fortitudo: ⁊ tũc bene regimus regnum nostrum: quod maxime fit si tendat homo ad promissiones dei: unde dicitur in oratione Deus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti ⁊c. In epistola autem Quicunqz baptizati sumus ⁊c. ad Rom. vj. c. Hortatur nos Paulus: vt in nouitate vite ambulem⁹. aliter eñ nihil valent alia: ⁊ vt hoc possim⁹ orat ecclesia in respõsorio Conuertere domine aliquantulum ⁊c. Ille vero qui ambulat in nouitate vite: preparat se ad laudandum deum in presenti et in futuro: unde sequitur alleluya Te decet hymnus de⁹ in syon. Ad hanc orationem vel perfectionẽ hortamur in euangelio Matth. v. c. Nisi abundauerit iustitia vestra ⁊c. Et sequitur ibi. Si offers mun⁹ tuũ ante altare ⁊c. Et qz non potest hõ hoc facere sine auxilio dei: tõ orat in offertorio. Perfice gressus meos in semitis tuis ⁊c. Et quia talis potest offerre: ideo sequitur in postcommunione Tollite hostias ⁊c.

Dominus spiritualiter suos confortat.

¶ De. vij. dñica post penthe. Rubrica.

Equitur septima dñica: in qua leguntur libri Salomonis: vt parabole ⁊c. Cãtica libri sapiẽtie quẽ philo cõposuit: ⁊ ecclesiasticus quem Iesus filius syrach edidit: ⁊ tñ Salomoni attribuitur. Hi libri q̃ sunt de operibus sapiẽtie Salomonis legunt a kalendis augusti usq; ad kalendas septẽbris: qz mẽsis iste calidus est: ⁊ estum significat vitiorũ: in quo nos opz sapiẽter regere sicut in medio nationis praue ⁊ peruerse: vel qz mẽsis iste scilz augustus sextus est: unde sextilis ante augustũ cesarẽ uocabatur: ⁊ uerus noster Salomon in sexta etate venit: q̃ fecit utraq; unũ: q̃ fuit ⁊ dei uirtus: ⁊ dei sapientia: qui docuit nos sapienter uiuere ⁊ docere. Hic est xp̃s rex regum q̃ septem panibus ⁊ paucis piscibus: vt legitur in euangelio hodierno satiauit eos qui de longe uenerant: et eum triduo sustinuerãt. Rursus in hac dñica incipit ecclesia parabolas Salom̃. Post festũ eñ trinitatis legitur liber regum: quoniam homo quando trinitatis similitudinem habet: sit rex ⁊ sacerdos: unde preponuntur ei exempla: de regibus et sacerdotibus sicut sub prima dominica dictũ est. Postea

vero sequūtur libri doctrinales: preponuntur eñ exēpla doctrinis: quia plus mouēt facta q̄ dicta. Act.i. Cepit iesus facere et docere: et sic ordinantur libri ad seinuicē vt precedāt libri exēplares Regū et Paralypomenon: et sequūtur libri doctrinales Salomonis: que doctrina est refectio spūalis de quo habetur in euāgelio huius septime dñice: de hoc dicetur sub dñica. xj. et xij. Et q̄ huic doctrine bonis operibus rñdere debem⁹: incipit introitus Oēs gētes plaudite manib⁹. Et beatus Paulus inuitat nos in epl'a ad Rom. v.c. vt rñdeamus illi doctrine scrutando deo dicens Humanū dico propter infirmitatē carnis vestre: vnde in quibusdam ecclesijs sequitur rñsorium Beata gens cuius est dñs deus eorum. i. que deum habet pro dño et soli scrutando: et sequitur versus. Verbo dñi. i. doctrina dñi celi firmati sunt. i. maiores sicut apostoli et alij sancti. Sequitur ī quibusdā ecclesijs alleluya Attendite populo meus legem meā. Lex est ista refectio. Illa aūt refectio ostenditur in euangelio Marci. viij. Cum turba plurima etc. et est notādū q̄ ibi dr q̄ quidā de lōge venerūt. s. illi qui de peccatis enormibus redierūt et penituerūt: qui eñ in pctō mortali est: nō hz q̄ manducet. Erāt autem quatuor milia. s. habētes quatuor cardinales virtutes et comederūt et saturati sunt: q̄ lex dñi satiat et remanserunt septē sporte. s. predicatores habentes septē dona spūssancti et reficiētes alios: in alijs vero ecclesijs legitur euangeliū Attendite a falsis prophetis: q̄ ꝓ hz habēs doctrinā videt in quanto periculo sit constitutus: videt eñ se esse in fornace babylonis. in offertorio Sicut holocaustum etc. Daniel. iij. c. petit se liberari: et vtitur voce triū puerorum. In postcōione vero Inclina aurē tuā etc. petit liberationem accelerari.

Qui in peccato mortali est non habet nō manducet.

¶ De octaua dñica post penthe. Rubrica.

Sequitur octaua dominica in qua docet nos ecclesia vitare omnē vanitatē. Hic eñ debet esse effectus doctrine in nobis: quia ī doctrina docet nos fieri spirituales et remouerī a corporalibus desideriis: ad similitudinē beate marie virginis cuius festum instar: vnde introitus incipit Suscepimus deus misericordiam tuam. i. filium tuum iesum christum nobis et misericordia datus in medio templi tui. i. in communi ecclesia tua ꝑm nomē tuum deus. Deus eñ vbiq̄ nominatur: sic et laus tua in fines terre. i. vbiq̄. Templum etiam est beata virgo in qua vere suscepimus dei misericordiam. Unde circa eius festū rationabiliter preseus cantamus officium: cū sit tēplum dñi et sacrarium spūssancti. Sequitur epl'a ad Rom. viij. ca. Debitores carni nō sum⁹ vt ꝑm carnē viuam⁹ etc. in qua docemur conculcare omnē carnalitatem: et ad ostendendū q̄ hoc possumus. Sequitur Non eñ accepistis spīm seruitutis iterū in timore: sz accepistis spīm adoptiōis filioꝝ quo gustato desipit oīs caro. Sed q̄ nō possunt hec fieri nisi dñs protegat: iō orat ī graduali Esto mihi ī deū ꝓtectorē. Rursus quia non potest habere hec oīa nisi qui gaudet in domino: ideo sequitur alleluya Exultate deo adiutori nostro. Gaudiū enim spūale excludit oēm carnalitatē. Quia vero quidā sunt vita casti et humiles: sed ficte: ab his docet cauerī in euangelio Matthei. vij. capi. Attendite a falsis prophetis qui prētēdūt castitatē et sunt luxuriosi Uel propter humanā laudē sunt casti sicut fatue virgines: quibus dicitur. Amē dico vobis nescio vos. Sed dñs vere humiles saluat. Unde sequit offertoriū. Populū humilē saluum facies dñe: et oculos superborum humiliabis. Quia vero per delicias spirituales omnia conculcamus: ideo dicitur in postcommunione. Gustate et videte quoniam suauis est dominus.

¶ De dñica nona post penthe. Rubrica.

Osmodū sequitur nona dominica: in qua legitur liber sapientie. Sapiētia aūt est cogitare de celestibus: et leuare cor ad illa. Unde monet nos ad hoc maxime propter festū assumptionis beate virginis quod instat: q̄ scilicet assumpta est in celum. Et quia homo se super se leuare nō potest: nisi eum dominus trahat: ideo dicitur in introitu. Ecce de⁹ adiuuat me: et dñs susceptor est anime mee: id est sursum captor: sicut enim itur ad celestia non passibus corporis: sed assimilatione mētis ad deū in quo vitantur omnia mala: de quibus sequitur in epistola. j. ad Corin. x. ca. Nō simus concupiscentes malorū etc. Postea sequitur ibi. Fidelis deus qui nō patietur vos tentari super id q̄ potestis: sed facier cū tentatione prouentum: vt possitis sustinere: prius tñ timorem incutit dicēdo. Qui stare se putat videat ne cadat. in graduali vero qui sursum rapitur reddat gratias deo dicens. Domine dominus noster q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Quoniā eleuata est magnificentia tua super celos: scilicet nō tantum in christo et beata virgine: id est super celos materiales et spirituales: verumetiā in sanctis super celos materiales. in euāgelio. Luc. xvj. Monet vt si non possumus per nos volare ad celum: faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis: id est de diuitijs inequaliter possessis dicens. Homo quidā habebat vilicum etc. Homo iste sciuit sic per prudentiam carnis disponere q̄ amotus a vilicatione fuit receptus in domibus domini: et hoc per iniquitatem fraudis. Si ergo ille laudatur qui per iniquitatē fraudis sciuit sibi in futurum prouidere: multomagis laudabit dominus eos qui dant elemosynas quod est prudentia spiritus: de quo dicit apl's. Est vita et pax qua homo sibi prouidet in futuro. Postea sequit. q̄ filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. i. in his que pertinēt ad generationem suā. i. circa tēporalia: et ego dico vobis: facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis scilicet mortēdo recipiāt vos in eterna tabernacula: que sunt sua. vnde Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnū celorū: et q̄ nō tantum per elemosynas: sed etiā per orationes volamus ad celestia: ideo est alla. Dñe deus salutis mee in die clamaui: et nocte coram te. Quia

Assimilatione mentis ad deum fit ad celestia.

vero hec tabernacula per opera iustitie habētur. Sequitur offertoriū Justitie dñi recte letificantes corda ꝛc. Quo autem ordine hec fiant ostenditur in postcommunione. Primum querite regnū dei. Matth. vj. cap.

¶ De decima dñica post penthe. Rubrica.

IN dñica decima legitur ecclesiasticus qui incipit Omis sapientia a dño deo est: vbi ostenditur q̄ non solū sapiētia ſz etiā oia bona sunt a deo: ꝛ ideo ab eo solūmodo sunt petenda ꝛ ad eū debemus clamare: et ideo incipit introitus dū clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā. Et q̄ debem⁹ ipsum solū orare, sequitur versus Exaudi de⁹ oratiōnē meā. Et oratio in quibusdā ecclesijs patēt aures mie tue dñe precibus supplicantiū. In qua collecta patet quis rogās dignus sit exaudiri. Ān sequitur. Et vt petētibus desiderata cōcedas: fac eos que tibi sunt grata ꝛ placita postulare: ꝛ ostēditur in epla Scitis q̄m ꝛc. ſ. ad Cor. xij. ca. q̄ oia bona sunt a deo: ꝛ ideo ei sunt exhibēde gratiarū actiones. Ān enumeratis oibus donis dicit. Hec aūt oia operat vnus atq̄ idem spūs diuidens singulis prout vult. Sed q̄ bonū cito amittit q̄ nō alargiente custoditur sicut dicit Greg. ideo sequitur rīsorium Custodi me dñe vt pupillam oculi. Item q̄ ad illū cōfugere debemus a quo oia bona habemus: sequitur alla Dñe refugium factus es nobis. In alijs ecclesijs vr alla Te decet. Euāgelium vero qđ est in quibusdā ecclijs. Cū appropinquaret dñs hierosolymā. Luce. xix. c. est de symoniacis qui iniuriantur spiritui sancto. ſ. i hoc q̄ vendunt ea que ipse dat gratis: vel ad voluntatē suam tribuunt: ac si ab illis essent illa bona: ꝛ non a spiritu sancto. Et nota q̄ hoc euangelium in quo hierusalem destructio predicatur in augusto legit quia prius a Nabuchodonosor: postmodū a Romanis in quo mēse destructa fuisse inuenitur. In alijs ecclesijs legitur Dixit iesus ad quosdā, sequitur ꝛ offertorium. Ad te dñe leuaui aiam meam. quasi diceret nō ad symoniacos: non ad prelatos prauos vel ad quosdam fatuos ꝛ simulatos religiosos qui faciunt se a simplicibus adorari: ſz a te a quo oīa bona sunt. Et q̄ tunc acceptat de⁹ oīa opera nostra q̄n speramus in ipso deo: ideo sequit postcōmunio Acceptabis ꝛc.

Symoniaci iniuriātur spiritui sancto.

¶ De. xj. dñica post pentheco. Rubrica.

VNdecima dominica ī qua icipit ecclesia legere Job q̄ similiter est liber exēplaris: sed est exemplum perfectionis id est perfecte sapientie que nō habet nisi p̄ predictā refectionē doctrine spiritualis. Nā refectio facit spiritualiter fortes: et iō post libros Salomonis legitur liber Job. In ordine aūt biblie oēs exēplares. ſ. Ruth. Job. Thobias. Judith. ꝛ Hester precedunt libros doctrinales Salomonis: propter rationem predictam: de quo etiam dicetur sub dominica. xv. Et quia vnanimitas facit fortes: et patientes sicut fuit Job: et concordes: sicut fuerūt filij Job: qui faciebant cōuiuia per domos vnusquisq̄ in die suo: ideo inciꝑit introitus. Deus in loco sancto suo. ſ. in humlib⁹. Esa. Super quem requiescet spūs meus nisi super humilem ꝛ quietum ꝛ tremētem sermones meos: ꝛ si deus est cum eis: nullus potest eis preualere. De⁹ ēn habitare facit vnius moris in domo. ſ. concordes ꝛ vnanimes quales fuerunt filij Job qui dabant sibi inuicem comedere: vnde versus est. Exurgat deus ꝛ dissipentur inimici eius: q̄ fortitudo nostra nihil valet: nisi dñs nobiscum cooperetur: immo principaliter operet. In epistola. Notū vobis facio. Euangeliū que est. ſ. Lux. xv. ostendit beatus Paulus humilitatē. vnde sequitur ibi. Qui nō sum dignus vocari apls. ꝛ p̄pter hanc humilitatē raptus fuit vsq̄ ad tertiū celū. In respōsorio quoq̄ sequitur vox humiliū. In deo sperauit cor meū: ꝛ adiutus sum. ꝛ in versiculo. Ad te dñe leuaui animā meā ꝛc. ꝛ q̄ ex tali spe sequitur exultatio: ideo in quibusdā ecclesijs est alla. Venite exultemus dño. Euāgelium vero est de humilitate ꝛ eius effectu. Duo homines ascēdebāt ꝛc. Luc. xviij. ca. vnde sequitur. Phariseus dicebat. Dñe nō sum sicut ceteri hoīm ꝛc. ecce superbia. Sequitur publicanus dicebat. Deus propitius esto mihi peccatori: ecce humilitas: ꝛ iō abijt iustificatus in domū suam ab illo: q̄ vero humilitatem sequitur exaltatio: qui enim se humiliat exaltabitur: ideo sequitur offertorium. Exaltabo te dñe q̄m suscepisti me: id est sursuz cepisti: quasi dicat. Exaltabo te dñe q̄oniā exaltasti me. Postcōmunio. Honora dñm de tua substātia ꝛc. Prouer. iij. c. hoc ad litterā facit humilis: dat ēn libēter pauperib⁹, ꝛ hoc est honorare dñm: q̄ ipse p̄cepit vt detur pauperibus: vel honora dñm ꝛc. ſ. omnia bona tua deo attribue. ꝛ hoc est proprium humiliū. Hec postcōmunio cōgrue hoc tēpore canitur: q̄n frugibus horrea ꝛ vino cellaria plene redundant quibus deuote dñs honoratur.

Humilitatem sequitur exaltatio.

Vnanimitas facit fortes.


¶ De. xij. dñica post penthe. Rubrica.

DEcima dominica est de oratione ꝛ quasi exprimitur Job orās ꝛ sedēs in sterquilinio conquerendo de fallis amicis. Legitur ēn iob in duab⁹ dñicis. Job quidē in sterquilinio moraliter est anima in mortali peccato ꝛ fetido: in quo dñs residet: nō restat nisi orare deū: vt ipsam ab eo eripiat. Unde incipit introitus. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandū me festina. Cōfundantur ꝛ reuereantur qui querunt animam meā: in offertorio autem ostenditur efficacia orationis: ꝛ totum officium est oratio moysi sumpta de Exo. quādo rogauit pro filijs israel q̄ fecerunt sibi vitulum conflatilem: ꝛ incipit. Precatus est Moyses in conspectu domini dei sui ꝛc. q̄ Moyses seipsum exposuit pro salute populi dicēs domino. Aut dimitte eis hāc noxam: aut dele me ꝛc. xlv. di. disciplinis: ꝛ reducit ad memoriā merita patrum: memento inquit abrahā ysaac ꝛ iacob ꝛc. ꝛ placatus factus est dñs de malignitate quā dixit facere populo suo: ꝛ ex hoc probatur q̄ sanctorū merita nobis prosunt. Et nota q̄ in hoc offertorio fit verborum geminatio: de quo dictum

est sub scđa dñica post epyphaniam: in epla Fiducia talem habemus per xpm ad deū. ij. ad Cori. iij. ca. ostendit apostolus q̄ oratio sua & aliox bonorum prelatox nouī testamēti maiorē habet efficaciā q̄ habuit in veteri testamento: qz etiā moyses orauit cū fiducia cōfisus de meritis patrum: ne videatur hoc ex arrogātia facere subdit. Non q̄ sufficiētes sim⁹ cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficiētia nostra ex deo est: cuius ministri sumus. In euāgelio vero ostenditur q̄ multum valet oratio prelatorū. qđ legitur in quibusdā ecclesijs Dū trāsiret ihesus per medios fines decapoleos: adducūt ei surdū & mutum: & sanauit eos dñs. Multi sunt surdi qui nolūt audire v̄bū dei: et multi muti qui nolūt loqui & possunt: sibi hos debēt prelati per predicationē adducere ad dñm: et in cōfessione et oratione saluabit eos. vñ in psona surdi & muti cātatur in graduali. Benedicā dominū in oi tpe. versus est In dño laudabit anima mea. in alla vero monet ad hāc laudē Venite exultemus dño &c. de Offertorio supra dictum est. Postcōio vero est De fructu operū tuox satiabit terra. i. predicatores quos dñs replet prius bonis et ipsi replent alios replent. In aliis vero ecclesijs dī euangelū Exiēs ihesus de finibus tyri. quod est Marci. vij. Potest aūt dici ēm Richardum epm cremoñ. in mitrali. q̄ salomone mortuo regnū diuidit: & ideo mēsis septēbris hystoria bipartitur. Prima pars in vna hystoria cōsolidatur. alia variatur: qz regnū iuda in dauid familia stabilit: sed regnū israel a pluribus occupat. Vñ & hystoria de his iustis qui gentibus intermixti fuerāt cōpilat vt de Job Thobia Judith & Hester. cū in prima septēbris hebdomada legat⁹ Job: quē ipse scripsit cū rūsouio Si bona. in scđa liber Thobie quē ipse cōposuit. in tertia Judith: quē achyor edidit. in q̄rta Hester quē mardocheus vel pot⁹ Esdra cōposuit. sed & liber Esdre post hec opa recitatur. Et cū his cātantur rūsoria. Deto. & adonai domine &c. His tpibus prophetizauit Helyas: q̄ gessit typū xpi. Sic mortuo cōstātino ecclesia separatur vna pars est catholica: alia per multa cismata separatur: a quibus ecclesia catholica multa aduersa pro dño toleranit: sicut illi quorū opera hoc tēpore legūtur inter catholicos quidā sunt perfecti: quidā imperfecti: perfecti sunt p̄dicatores idonei ministri & cooperatores dei qđ dī in epla Fiduciā. Hi adducunt imperfectos & alienos surdos & mutos ad gloriam Jesu xpi: sicut legitur in euangelio Vox itaq̄ perfectorū est in introitu Deus in adiutoriū meū intende. qui adiutorijs dei implorant vt hereticis valeant resistere: & eos ad dei gratiā adducere. Aut est vox imperfectorum proficientiuz: qui vt proficiāt dei implorant auxiliū in graduali Benedicā. & in alla Dñs refugiū. vox siquidē est perfectorū gr̄as agentiū de illis se a perfectiōe alij quotiens tēperātibus & istis proficientibus: et q̄ moyses fuit vnus eox q̄ se obtulerūt p̄ peccatis subditox: ideo in offertorio cantatur Precat⁹ est Moyses. Hi perfecti sunt illa terra q̄ fatiata fructu operū dñi: donis videlicet spūssancti producit fenum lumentis. i. doctrinam hominibus. Unde communio est. De fructu &c. Et attēde q̄ recte de Job et moyse simul recte cantatur: qm̄ cōtēporanei reperiuntur: per quorum exemplum ad patientiam et mansuetudinem inuitamur.

Oratio prelatorum bonorum multum valet.


¶ De dñica. xiij. post penthe. Rubrica.



A tertiadecima dñica legit liber Thobie: per quem figuratur genus humanum cecum factum per peccatū primi parētis: qđ nō potuit sanari: nisi amaritudine passionis que per fel significata est. Christus vero per piscem: qz piscis assus est xp̄s passus. Cecum quidem erat genus humanum: quia habitantibus in regione vmbre mortis passio lux orta est eis. Petit ergo vt veniat dñs sicut q̄ fel simulauit. Dñica em̄ ista est de promissionibus. Unde gnificative dicit in introitu. Respice dñe in testamētum tuū: & esto. in promissione tua: vt sicut promisisti veniat filius tuus: & hoc est qđ sequitur. Et alas pauperū tuorum ne obliuiscaris in finē: & hoc est qđ dixit Thobias filio suo. Memēto fili: qm̄ paupertē vitā gerimus: habebis multa bona si timueris deū. Unde sequitur oratio Omnipotens sempiterne deus de cui⁹ munere venit &c. & rogat vt possit currere ecclesia ad veras promissiones. Epla Abrahe facte sunt promissiones & semini eius &c. ad Gal. iij. ca. vbi agitur de promissionibus. & sequitur ibi Quid igitur lex dicit apostolus si nō potest sanare gen⁹ humanū cecum sicut Thobiā: & sequitur respōsio Lex quidem propter trāsgressores posita est sicut dicit pedagogus. Sequitur responsoium Respice dñe in testamentū tuū. vbi ostenditur vehemēs effect⁹ orationis In alla. Cūm deus magnus &c. ostenditur quis est qui potest illuminare. In euāgelio ostenditur q̄ lex non potest sanare: & incipit vos videtis: multi prophete & multi reges &c. Lucē. x. c. vbi habetur q̄ sacerdos & leuita pertrāsierunt hoīem qui incidit in latrones: sacerdos inq̄z et leuita veteris testamenti: sed solus samaritan⁹ scilz xp̄us qui est custos noster ipsum sanauit. Et quia lex non sanat: quoniaz neminē ad pfectionē ducit: sed solus deus in quo sperādum est: ideo sequitur offertorium In te dñe speraui. Quomodo aūt sanauit illum cecum patet: quia per panē angelorum qui factus est panis hominū. i. per filiuz dei incarnatum: & ideo sequitur in postcōmunione Panem angelox manducauit homo. Alie ecclesie dicunt panem de celo &c. Sapiē. xvj. c.

Lex nō potest sanare.

¶ De dñica. xiiij. post penthe. Rubrica.



A dñica decimaquarta legit liber Judith: & cātatur quō victoria data est i manu femine: & monet nos eccl̄ia ad sanctimoniā siue ad cōtinētiā exēplo Judith: sicut em̄ interfecit Holofernē qui interpretatur eneruās vitulū saginatū: sic monet ecclesia: vt interficiamus Holofernē. i. diabolū qui eneruat & interficit lasciuos mūdi: qđ fit p sanctimoniam abscindendo et caput: nam caput diaboli est luxuria: quia quasi primo de ea incipit homines tentare: & ideo dñs dicit in Luc. Sint lum-

vest.precinc.hoc est precingatis vos contra primū vitiū. Exo.xij. In comestione agni renes vestros accingetis: alio tamē modo superbia est initiū oīs peccati. Quia vero fragiles sumus ⁊ effeminati: vnde interficere non possemus Olofernē: nisi adiutorio dei: ideo dicit in introitu. Protector noster aspice deus: ⁊ respice in faciē xpi tui. Sequitur in quibusdam ecclesijs epistola ad Gala.v. Spiritu ambulate: ⁊ desideria carnis non perficietis. Caro ēm cōcupiscit aduersus spiritum ⁊ spiritus aduersus carnem: ⁊ sequitur Manifesta autem sunt opera carnis: ⁊ nominat ea. Item alibi dicit Si cōtenditis: nonne carnales estis. hoc dicit: quia cōtēdimus de carnalibus ⁊ post. Fructus autē spiritus sancti sunt longanimitas: pax: patientia ⁊c. De uincere igitur Olofernem in nobis est facere ista duo. Per hoc quoq; vitia interficim⁹ in nobis q; gustamus spiritū sanctū quo gustato desipit oīs caro. Sed quia non potest sanari in nobis carnalitas nisi a dño: q; est sicut lepra: ideo in quibusdā ecclesijs sequitur euangeliū Dum iret Jesus. Luce.xvij. de lepr̄osis qui venerūt ad dñm: ⁊ dixit eis Ite ⁊ ostendite vos sacerdotib⁹: ipsis tñ prius sanatis per qđ significat q; prius peccator a dño sanatur: ⁊ postea intūgitur ei penitētia a sacerdote: et absoluitur: qđ significatū est per hoc q; discipuli dñi insita lazari soluerūt: ⁊ tñ prius ipse erat resuscitatus a dño. Rediit aūt vnus ad eū fletis genibus gratias agēs: p qđ significatur q; vnitas ecclesie reddit gratias deo: vñ vnus sanabat in piscina Jo.iiij. ⁊ ideo in responsorio gratiarū actiones dicit eccl̄ia Bonū est cōfiteri dño. et etiam in alia qđ est in quibusdā ecclesijs Cōfitemini dño: ⁊ invocate nomē eius. ⁊ q; hoc nō sufficit nisi et dñs nos custodiat: ideo sequitur in offertorio Immittit angelus dñi in circuitu timentiū eū: quia custodit nos dñs per angelos sequitur Gustate ⁊ videte. quid autem gustare debemus ostenditur i post communi. s. panem qui saginat animam non corpus: vnde est offertorium in quibusdam ecclesijs Panis quem ego dedero caro mea est pro mundi vita.

Carnalitas in nobis non potest sanari nisi a domino.


¶ De dñica. xv. post penthe. Rubrica.



Ominica quintadecima hz eādē intentionē cū precedēti: ⁊ ideo in quibusdā ecclesijs in his duab⁹ dñicis legitur liber Judith ⁊ introit⁹ est Inclina aurē tuā dñe. versus est Letifica animā serui tui: qm̄ ad te dñe leuaui aiaz meā. q. d. nō ad carnalia desideria. In epla q̄ est ad gal̄.vj. monet nos vt nō simus vitulus saginatus: sed simus spirituales. Unde dicit ibi Paulus. Si spiritu viuim⁹ spiritu ⁊ ambulemus: qz qui seminat in spiritu de spiritu metet vitam eternam: qui vero in carne: de carne metet corruptionem: sequitur responsorium Bonū est cōfidere in dño. q; confidere in homine. qui dat victoriā in manu femine: qm̄ facit hominē vincere in carne: ⁊ qz hoc facit qui p̄parat cor suum ad seruiendū deo: sequitur alla Paratū cor meum deus ⁊c. in euangelio. Nemo potest duob⁹ dominis seruire. qđ est Matth.vj. docemur ne seruiamus ventri: ⁊ post. Nolite solliciti esse dicētes qd manducabimus aut quid bibemus ⁊c. sed primū querite regnum dei ⁊c. Nolite solliciti esse scilicet sollicitudine suffocationis sollicitudine autem prouidentie solliciti esse debemus: in offertorio vero monemur vt seruiamus dño non vētri. Expectās expectaui dñm: vt reficeret me. Quis aūt sit iste cibus quo anima debet refici ostenditur in postcōmunione que est in quibusdam ecclesijs Qui mādducat meam carnem. s. per fidem: nā vt dicit Augusti. Crede et manducasti ⁊c. Queritur autem quare ecclesia post libros Salomonis legat librū Job: et postea libum Thobie: et Judith: cū alio modo ordinentur in biblia: sicut enim dictum est sub septima dominica precedunt libri exēplares: ⁊ postea doctrinales: quia magis mouent facta q; dicta: et ad vltimum ponuntur libri Machabeorum: qui sunt libri exēplares. Ad qđ dicendū q; per doctrinā peruenitur ad perfectionē patientie: que magis fuit Job. Uñ postea sequitur Thobias: qz magnum etiam patientie signum fuit in Thobia: qui amisit multa et filium ad tēpus: ⁊ oculos: qui maxime ab homine diliguntur ex eo q; oculi sunt principium cognitionis ad quā natus est homo. Et quia etiam plus valet exemplum femine ⁊ magis erubescentiā incutit: ideo liber Judith: in quo habetur de victoria in manu femine: post p̄dictos ab ecclesia ordinatur: vltimo vero liber Machabeorum legitur: quia ibi habetur exemplū de cōfirmatione iustitie. Machabei ēm passi sunt martyrium pro lege defendenda et custodienda ab antiocho fidei inimico.

Per doctrinam peruenitur ad pfectionem patientie

¶ De dñica. xvj. post penthe. Rubrica.



Decimasexta dñica legit et cātat ecclesia de Machabeis: vt dicetur in seq. tit. qui multa passi sunt ab Antiocho: et septem populis: ⁊ ibi habetur q; tēplum qđ pollutū fuerat ab illis populis ab istis machabeis purificatū fuit: ⁊ per hoc significat q; aia que tēplum dei est polluta a septem capitalibus vitijs nō pōt mūdari: nisi purificetur a pctō qđ est cā resuscitari de morte pcti: vñ habetur in euangelio de resurrectione filij vidue: ⁊ ideo incipit introitus Miserere mei dñe. s. vt resuscites me. versus est. Inclina dñe aurem ⁊c. In epistola vero apostolus inuitat nos ad patientiam dicens Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus ⁊c. que est ad Ephe. iij. sic ei vincūtur inimici a Machabeis. i. a sanctis: seguitur graduale Timebunt gentes: quia sicut postq; illi vicerūt inimicos suos et mundauerunt templū ⁊ reedificauerūt: timuerunt gētes in circuitu: sic ⁊ postq; hō vicerit diabolum, ⁊ mundauerit se per cōfessionē ⁊ reedificauerit templū dei in se timēt demones. Unde sequit versus Uñ edificauit dñs ierl̄m: sed quia non pōt fieri nisi a jesu q; hō liberet a vitijs. ideo sequit alla Redēptionē misit ⁊c. Euangelium est in quibusdaz ecclesijs Ibat Jesus in ciuitatē ⁊c. Lu. vij. ⁊ post accessit Jesus ⁊ tetigit loculū: ⁊ dixit Adolescēs tibi dico surge ⁊ surrexit: ⁊ dedit illum matri sue. Nēpe tāgit dñs loculū vbi erat mortuus: quando

infirmitate: vel aliquo flagella tangit corp⁹ hominū in quo iacet mortuus spiritus hominis. i. anima & sic excitat a somno mortis. vnde Eccl. xxx. Infirmitas grauis sobriā reddit animā: sequitur offer. q. d. in voce Machabeorū. Dñe in auxiliū meū respice. sequitur. Postcōmunio. Dñe memorabor iustitie tue solius. iustitie inq̄: quia omnis qui venit ad te nō eiciet foras: pōt & aliter dici q̄ ossa defuncto: hierl'm destruit: pp'l captiuatur & premitur: ideo in hoc mense octobri machabeor⁹ hystoria legitur & cāratur. Adaperiat &c. q. a suis aduersarijs admodū premebātur: quorū primam partē symon pōtifex edidit alia fili⁹ eius. Jo. posteriorē quidā iudeus agrestis sed eruditus: hi' captiui militantē designāt ecclesiā: in qua sunt duces & satellites: doctores & discipuli perfecti & imperfecti. Doctores vidua significat euangelica q̄ vidua est: q. militās cū sponso triūphāti nō est cum suis fili⁹ mouit cū discipuli pro quouis crimine ab ecclesie corpore separārur resuscitantur cum illis gratia infunditur. Hec ergo orat in euāgelio pro filij resurrectione. i. gratie infusione & hortatur in epla ne deficiat in tribulationib⁹: & huius rei gratia flectit genua sua: hec eodem orat in introitu. Miserere. & in offertorio. Domine. graduale. Respice id quod dicitur in euangelio. Accepit autem omnes timor. Postcommunio. Dñe memorabor gratiarū est actio. Vel hic mēsis octobris vt quidā aūt designat octauam: sicut ergo iudei finitis prelijs & templo restaurato in hymnis & cōfessionibus dño benedicebāt: sic in octaua magne festiuitatis sancti festiuius exultabūt.

¶ De dñica. xvij. post pēthe. Rubrica.

Consideratio de nuptiarū eternarū libenter patiamur tribulationes.

In dñica decimaseptima: agit de nuptiis eternis: q. p̄sideratione nuptiarū illarū libēter patimur tribulatiōes sicut & machabei fecerūt. Sunt autē quatuor dñice in quib⁹ agit ecclesia de machabeis: consideratio em̄ illa tribulationes leues facit: & pp̄ter illas nuptias pena quelibet leuiter sustinetur. De his nuptijs dicit in euangelio q̄ in hac die in quibusdā ecclesijs legitur. Cū inuitatus fueris ad nuptias recūbe in nouissimo loco &c. Omnes inuitati sum⁹ ad nuptias eternas & si in nouissimo loco nos ponim⁹ hic vt sim⁹ humiles: exaltabimur in paradiso & ecōtra. vnde statim subiūgitur: ego aūt dico vobis: q. omnis qui se exaltat humiliabit &c. Unde incipit introitus. Justus es dñe. s. in hoc iudicio & rectū iudiciū tuū. Hoc enim iudicio cōcordat ecclesia seu cōsentit quo deus exaltat humiles: et superbos deprimit dicens. Justus es dñe &c. in epla. Obsecro vos. q̄ est ad Ephe. iiij. c. inuitat nos ad humilitatem vt dicatur nobis. Amice. ascēde superius vbi dicit. Ut digne. i. in humilitate ambuletis vocatione q̄ vocati estis. s. ad nuptias. hoc enim est nouissimū locū tenere. Ad hoc idē monet in graduali. Beata gens cuius dñs deus eorū &c. superbi faciūt se dños: humilium vero deus est dñs. Unde versus est. Verbo dñi cell. i. humiles firmati. i. sanctificati sunt. Debemus ergo esse humiles: q. nihil habemus nisi a deo: & ideo sequitur in quibusdā ecclesijs alla. Qui timēt deū sperāt in eū. q. d. nō in se. Postea sequit euāgelium de nuptijs: sicut dictū est In alijs vero ecclesijs legitur. Cū intraret Jesus in domū. Luc. xiiij. c. Notandū aūt q̄ anteq̄ ipse euāgelio dicat de nuptijs habet quō sanauit hydropicū: per quē intelligitur ois amator mundi. prius em̄ opz q̄ sitis mūdi satietur: quia qui biberit ex aqua hac sitiet iterū Jo. iiij. q̄diu em̄ homo erit hydropicus in illis nuptijs nō poterit saturari. In offertorio sil'r inuitamur ad humilitatē. Unde ibi habet oratio Dauid. Dirige ad deū meū &c. Dauid. ix. c. Et pp̄ter hāc humilitatem meruit audire archāgelū q̄ certificauit eū de incarnatione xp̄i. Satis aūt cōgrue fit ibi mētio de angelo: q̄m hoc officiū circa dedicationē beati Michaelis cantatur. In postcōione habetur de humilibus & superbis. Jouete & reddite dño deo vestro oēs qui in circuitu eius offertis munera. i. humiles qui attributis ois bona deo terribili: & et q̄ aufert spm̄ principū. i. superbiā eorū ecce quia superbos humiliat.

¶ De quarta feria quatuor temporum septembris. Rubrica.

In quarta feria legitur euangelium Respondens vnus de turba Matth. ix. ca. de surdo & muto quē apostoli curare nō poterāt: eo q̄ illud genus demonij non ejcitur nisi in oratione et ieiunio qō bene huic diei cōuenit: hodie nāq̄ ieiunium est quatuor temporū: ideo namq̄ due lectiones legūtur vt ordinādi in duob⁹ preceptis charitatis vel duab⁹ legibus instruārur. Prima de calcatore vue. s. ecce dies. Amos in fine tēpori cōuenit. Secūda vez Congregatus. Neemie. viij. ca. congruit ordinandis quibus dicitur in introitu Exultate deo qui premed itare promittūt in offertorio Meditabor. communio est Comedite pinguia: & sumitur de lectione secunda.

¶ De sexta feria quatuor temporum septembris. Rubrica.

Sexte sexte officium penitentiam exprimit ordinādorū. Cūm in euangelio Factū est. peccata paralytico dimittūtur et in lectione Cōuertere. Osee vltimo ca. ad conuersionem instruuntur: & in introitu Letetur ad querendū dñm inuitant. Graduale & postcōmunio sunt orationes electorum. Offerēda cōsolatio eorūdem. In alijs tñ ecclesijs ō. euangelium Rogabat Iesum. Luc. vij. ca.

¶ De sabbato quatuor temporum septembris Rubrica.

Sabbati quoq̄ officium ad doctrinaz ipsorum ordinandorum fit: ne sint steriles vt fici arbor infructuosa: de qua legitur euangelium Arborem fici &c. Luc. xiij. c. ne vita illorum sit terrenis implicita: sicut mulier incurvata. In epistola vero Tabernaculum factum est &c. que est ad Hebreos nono cap. vbi de primo et secundo agitur tabernaculo: monentur vt sic seruiant in tabernaculo ecclesie militantis: vt dño presententur in ce-

bernaculo trīū phantis. In lectionib⁹ vero quare hoc septēbris ieiunīū indicatur: causa institutiōis ⁊ eius vtilitas intimatur: quarū prima est. Decima die. Leuitl. xxiij. capi. secūda est. Quintadecima die q̄ est ibidē. tertia est. Domine dñe noster. Michee vltī. ca. quarta est. Factū est verbum. Zacha. vij. capi. quinta est Angelus dñi. Dani. iij. capi. cetera sunt ordinandorū exhortationes ⁊ orationes ⁊ cōsolationes. Cōmunio scz. Mēse septimo de Leuitici lectione sumitur. Merito ante in hoc mēse fit clericorū ordinatio: quoniā ⁊ in hoc mense fiebat tabernaculorū celebratio. Ordinati ⁹o sunt ecclesie ministri in dei tabernaculo per se ptiformem gratiā in septē gradibus cōstituti. Unde ⁊ beatus petrus legitur ordinationē fecisse in septembri ex episcoporū decem presbyterorūq; ⁊. vij. diaconorum. Et celebratur ordinatio in tertia hebdomada: q⁹ in tēpore tertio scilicet gratie fuit ab apostolis instituta. Olim eñ alia ratio fuit a sapientibus assignata: nā olim instituta fuere ieiunia in prima hebdomada martij: in secūda iunij: in tertia septembris: in quarta decembris: vt comitarētur initia tesseredecadis iesu xp̄i. cū eñ quis ordinatur quodā modo vt christo attineat generat. ergo ꝑsona prime thesseredecadis est abraā: a quo sumitur ordinatio prime hebdomade martij: prima persona secunde thesseredecadis est dauid a quo sumit ordinatio: secunde septimane iunij: initiū tertie est ieconie: a quo sumit ordinatio tertie septimane septēbris demū est xp̄s in quarto loco a quo sumit ordinatio quare septimane decēbris Sumuntur aūt potiꝰ ab his personis q̄ ab aliis ordinationes: vel q⁹ fuerunt in genealogia maiores: vel propter nominū interpretationes. Dicitur eñ abraā pater multarū gentiū. Dauid fortis: ieconia preparatio dñi: sic ⁊ illi qui ordinant debēt esse fortes preparati ad euāgelīū xp̄i vel sicut a ꝑsona in personā sunt. xiij. generationes: sic ab ordinatione in ordinationē septimane. xiiij. inuenīū tur: vt ordinādi periti sint in decalogo ⁊ in euāgelio ⁊ disciplina. Hūc aūt ieiunia ex causis premissis aliter ordinantur: vt dictū est sub quarta feria tertie hebdomade aduentus. Et memēto q⁹ apostolici vsq; ad Simplicīū papā in decēbri semper ordines celebrabant: vt ordinandos coaptarēt generationi iesu christi. Simplicius vero addidit ordines in februario tribuendos: vt ordinandos vt citius incorporaret corpori Jesu christi: vide de hoc in prohemio secunde partis. Sed si vt premissum est ieiunia constituta sunt in predictis septimanis pro his qui ad ordinationē accedūt numquid cōmutari possunt q̄si nullus tunc ordinatur certe non nisi necessitate vrgente de qua in prohemio secunde partis dictū est. Cū enim sit vna ecclesia omnino debet in actionibus eius esse concordia. que non esset nisi tam generali ieiunio alij pranderent: alij ieiunarent. Preterea licet alicubi non fiat ordinatio: fit tamen alibi pro quibus ieiunare ⁊ orare debemus: vt digni ad ordinationem perueniant: omnes enim fratres sumus ⁊ vnanimes in domo domini sumus.

Qui ordinātur debēt esse fortes preparati ad euangelīū christi.

¶ De dñica. xviij. post penthe. Rubrica.

Dictum est in precedenti dñica q⁹ debet homo se ponere in nouissimo loco vt ponatur in primo: sicut sunt prelati vnde in hac. xviij. dñica agitur de prelatis q̄ sunt in primo loco: vñ euangelium est in quibusdā ecclesijs. Super cathedram Moysi ⁊c. introitus vero qui sumitur Eccl. xxxix. c. incipit Da pacem dñe sustinentibus te: vt prophete tui. i. prelati fideles inueniantur: supplendū est non infideles sicut scribe et pharisei. versus est Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domū dñi ibimus. i. ibimus ad nuptias. et de hoc letat⁹ sum: quia inuitati sumus ad nuptias: in quibus erit eterna pax. In alijs vero ecclesijs versus est Bonum est. Preterea scripserunt quidam q⁹ ideo dicatur introitus ipse: quia tali die zacharias papa fecit pacem cum lōgobardis. In epistola apostolus agit grattas de ephesijs: quia habent fidez veram de istis nuptijs dicens Gratias ago semp deo meo pro vobis ⁊c. j. ad Corint. c. j. In rīsorio vero Letatus sum ⁊c. ostendit gaudium de predictis nuptijs: ⁊ ideo propter predictas nuptias i alleluya Laudate dñm oēs gentes. hortat ad laudem. euangelīū: in quibusdaz ecclesijs Accesserūt ad iesum: qō est Matth. xxij. c. de scribis ⁊ pharisеis qui infideles fuerunt. Unde tentauerunt dominum dicētes Qō est mandatū magnum ⁊c. Dixit dñs Diliges dñm deū tuum ⁊c. ⁊ postea reprehendit eos de infidelitate: quia nō credebāt ipm esse deū dicēs Quid vobis videtur de xp̄o cuius filius sit: Dicunt ei Dauid. Et dixit eis. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dñm dicens Dixit dominus dño meo sede a dextris meis ⁊c. Prelati vero non debent esse tales. i. infideles: sed sicut moyses: de quo habetur in offertorio Sanctificauit moyses altare dño ⁊c. debent prelati se totos offerre incensum et postea multas hostias. Unde sequitur postcommunio Tollite hostias. loquitur eñ de prelatis.

Scribe et pharisei infideles fuerunt.

¶ De decimanona dominica post penthecost. Rubrica.

Hec decimanona dñica respondet precedenti: in qua dictum est: da pacē domine sustinentibus te: vt prophete tui i. prelati tui fideles inueniant. Respōdet inq̄z si factant q̄ habetur in euangelio q⁹ legitur in hac dñica in quibusdam ecclesijs. s. Ascendens iesus ⁊c. q⁹ Matth. ix. c. in quo habetur q⁹ adduxerunt ad dñm paraliticū. Jesus autem videns fidem illorum qui offerebāt ⁊c. Paralitici sunt qui in delitijs carnis ita dissoluti sunt q⁹ non possunt opera bona facere: et merito fidei prelatorum sanantur: et ideo bonū est habere bonos prelatos. Quidam autem de scribis dixit intra se hic blasphemat q̄ peccata dimittit. Jesus autem videns cogitationes eoz dixit Ut sciatis q̄si filius hoīs hz ptātē in terra dimittēdi pcā dixit paralitico Tolle grabatū tuū ⁊ ambula: ⁊ q⁹ solus deus est qui sanat paralysim: ō icipit introit⁹ Salus ppli ego sum ⁊c. ꝑsus est Attēdite populе meus

Parabola q

meus legē meā. subaudi per quā sananē paralitti ci. In epistola monet apostol⁹ paraliticos vt erigantur corporaliter a paralisi ad bona opera dicens. Renouamini in spiritu mētis vestre ⁊ induite nouū hominē ⁊c. Ephe.iiij. Sequitur etiā graduale in voce paralitica. Dirigat oratio mea sicut incensum ⁊c. versus est. Eleuatio manuū mearum ⁊c. iam iste leuatur ad bona opera. Alleluya ℣o dicit in voce paralitica sanati. s. Dextera dñi fecit virtutē subaudi qr sanauit me. Sed qr nō sufficit sanare nisi dñs custodiat sequit. Offertorium. Si ambulauero in medio tribulatiōis vbicūq; ei ambulāt sanati a dño custodit eos quātū i se est.

¶ De ōnica.xx. post pēthecostes. Rubrica.

In ōnica.xx. incipit ecclesia legere.xij. pphetas ⁊ danielē: ⁊ cantat de Esa. ⁊ daniele ⁊ Hiere. nō tamen legit de Esa. ⁊ Hiere. qr in aliis tēpoīb⁹ plenius leguntur. De esaia em̄ legitur i aduentu. De hiere. in passione. Queritur autem quare legit ecclesia prophetas post libū machabeorū cum in biblia preponantur? Ad qō dicim⁹ qr biblia preponit oēs libros exēplares: eo qr magis monent exempla q̄m doctrina: preter libū machabeorum quē vltimo ponit: ⁊ propter perfectā iusticiam ⁊ propter tempus: qr vltimo tēpore fuerunt. ecclesia etiam legit vltimū librum Eze. qr in eo agitur de templo celesti in quo est confirmatio ⁊ finis omnū. Duodecim ℣o prophetas legit propter fundamentū fidei qō semper necessarium est quantūcunq; homo sit perfectus: ⁊ vide qō dictū est sub dñica.xv. Incipit autē ecclesia legere Ezechie. in pin. nouēbris. In matutinali huius dñice officio: primū responsoriū est in quibusdā ecclesijs de Esaia. s. Vidi dñm sedentē super soliū excelsum. Vidit enim Esa. quomodo thronum dei sunt angeli ⁊ sancti in ecclesia triūphante ⁊ militante: in quib⁹ per gratiā sedet ille qui est primus ⁊ nouissimus. Quia ergo Ezechiel vidit templū celeste in quo fiunt nuptie eterne: ideo in euangelio misse: qō in quibusdā ecclesijs in hac dñica dicit: ⁊ est Matthei. xxij. ca. habet de illis nuptijs. Simile est regnū celorū homini regi qui fecit nuptias: ⁊ misit seruos suos hora cene dicere inuitatis. Omnia parata sunt venite ad nuptias. Illi vero contēpserunt venire ad nuptias. Hi sunt iudei qui contēpserunt venire. Et misit tunc seruos suos dicens. Ite ad exitus viarū ⁊ cōuocate oēs ⁊ impleti sunt nuptie discūbētiū: ⁊ videns rex quēdam nō habentē vestē nuptialem dixit ei. Amice quō huc intrasti nō habēs vestē nuptialē: ⁊ tradidit eum ministris suis vt proiicerēt eū in tenebras exteriores. Huic autē iudicio quo dñs eos q̄ contēpserunt venire ad nuptias amouit a nuptijs: et oēs alios vocauit: cō gaudet ecclesia in introitu dicens. Scia q̄ fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti. In epla ℣o monet nos apl's vt caute ambulemus ad has nuptias: qr sine veste nuptiali pricipiuntur i tenebras exteriores dicēs. Videte autē quo modo caute ambuletis ⁊c. que est ad Ephesi. v. ⁊ dissuadet a cōtrario dicēs. Nolite inebriari vino in quo est luxuria: ne sitis in nuptijs diaboli: sed impleamini spiritu sancto. Sed qr cibū illarū nuptiarū nō potest dare nisi solus deus: ideo sequit in respōsorio. Oculi oīm in te sperāt dñe: ⁊ tu das escā illorū. i. cibū nuptiarū eternarum in tempore opportuno: ⁊ qr de nuptijs illis nō potest comedere qui est in peccato mortali: sequit in quibusdā ecclesijs alia. De profundis. i. de pctō clamaui ad te dñe: vt me eruas a pctō: ⁊ ita peto nuptijs iter esse. In offertorio ℣o ōnditur quid sit interesse nuptijs. i. habere memoriā de eternis dicēs. Super flumina babylonis. s. delitias seculi illic sedim⁹ et fleuim⁹ dum recordaremur tui Syon. i. tui o ecclesia triūphans. In postcōione ℣o petit vt detur ei interesse nuptijs illis dicēs. Memēto ℣bi tui ℣uo tuo in q̄ mihi spē dedisti ⁊c. q. d. memor esto qr promisisti: qui em̄ promittit ⁊ nō dat: videt esse oblit⁹. Et nota q tres nuptie leguntur in euāgelio. De primis dicit q simile est regnū celorū homini regi qui fecit nuptias filio suo: hic filius est xp̄s q̄ humanā naturā sibi copulauit vbi fuit thalam⁹ virginis vterus. vnde tanq; spōs⁹ procedēs de thalamo suo ad has nuptias homines sub lege per prophetas inuitauit. De secūdis vr. Vos similes hominib⁹ expectātib⁹ dñm suū quādo reuertatur a nuptijs. hic dñs xp̄s est verus homo q̄ ascendēs angelicā naturā sibi copulauit: ad has nuptias gentes per apostolos cōuocauit. de tertijs ℣o dicit. Virgines que preparate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. hic sponsus est xp̄s q̄ ecclesiā post iudiciū sibi copulauit ⁊ in thalamo glorificauit. Ad has per prelatos ecclesie quotidie inuitamur. de primis solēnizat ecclesia in xp̄i natiuitate. de secūdis in ascensiōe. de tertijs in resurrectione. qm̄ in nra resurrectione xp̄s sponsam assumet: ⁊ de babylonia mūdi introducet in cellarium paradisi: de q̄bus nuptijs hic potest intelligi. cum em̄ intrasset homo nō habēs vestē nuptialem electus est in tenebras exteriores: ceteri nuptialiter induti: sunt cum dño epulati. Hi sunt lapides viui ex q̄bus edificant muri hierl'm. Pōt etiā aliter dici q post reuersionē a captiuitate hierusalē reedificabit ⁊ tēplū restaurabit per zachariam ⁊ aggeū ⁊ esdrā ⁊ malachiā: per quos aduētus dñi prenunciat. Ideoq; in hoc mense nouembris vsq; ad aduentū dñi cantat hystoria de pphetis. Vidi dñm ⁊ legunt libri Ezechielis Danielis ⁊ duodecim prophetarū. Captiuitas illa corporalis nostrā spūalē significat. A captiuitate reuersio: est peccatorū remissio. Rex itaq; prophetarū volēs supernā hierl'm restaurare: filio nuptias celebrauit: ⁊ sicut legit in euāgelio multos ad celeste prādiū inuitauit: hi qui intrauerūt sunt lapides viui: de q̄bus premissum est. Ne igit ad captiuitatē sikem reuertamur: ⁊ a nuptijs excludamur monet nos paulus in epistola precedēti. Videte quomodo caute ambulatis: nō quasi insipientes sed vt sapiētes. introitus. Omnia que fecisti: vox est Danielis captiuitatē preteritā recolentis ⁊ ea suis meritis de iudicio ascribētis. Scir in offertorio. Super flumina babylonis: captiuitatem illā

Funda mētum fidei semper est necessarium quantū cunq; homo sit perfectus.

Nuptie tres leguntur in euangelio.

ploramus sed in graduali. Oculi omniū gratias agim⁹. In postcōmunione. Memēto verbi: postulam⁹: vt nuptias p̄missas in spe: p̄cipiam⁹ in re.

¶ De dñica. xxj. post penthe. Rubrica.

Precedēti dñica instructi sum⁹ et admoniti vt caute eamus ad nuptias q̄ celebrantur in tēplo qđ scripsit Ezechiel. sed q̄ de his nuptijs maxime iuidet nobis diabol⁹: pro eo q̄ de illis eiect⁹ fuit: ideo in hac. xxj. dñica agit ecclesia de bello cōtra diabolū et de armatura nostra cōtra eū. Si cū pugnauerim⁹ intererim⁹ eternis nuptijs: si tamen habuerim⁹ vestē nuptialē: que est charitas aliter nō: vnde q̄ cinis et ciliciū sunt arma penitentie: in introitu vtitur ecclesia voce Mardochei in cilicio et cinere existentis dicēs deo. In voluntate tua dñe vniuersa sunt posita: et nō est qui resistat voluntati tue. Hester. iij. Sequitur. Quoniā dñs vniuersoꝝ tu es: et ideo beati qui tibi seruiunt: q̄ tu liberas eos de manu diaboli et adiunas eos in bello cōtra diabolū: sicut in hac oratione liberasti mardocheū de manu naamā: et suspēsus est in patibulo qđ preparauerat mardocheo. In epla monet apl's armari cōtra diabolū armatura dei dicens. Confortamini in dño et in potētia virtutis eius etc. q̄ est ad Ephe. vj. ca. et post. Quia nō est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: sed aduersus spūalia nequitie in celestibus in omnib⁹ sumētes scutū fidei etc. Sed q̄ etiā bene armati non possunt per se resistere nisi deus adiuuet: sequit respōsoriū. Dñe refugiū factus es nobis etc. q̄ si lassamur vel sattamur in hoc bello nō est refugiū nisi ad ipsum: vnde sequitur in qui busdā ecclesijs alia. Lauda anima me. do. q̄ vero sauciati in hoc bello non sanant a dño et multi ab eo sanant: ideo in quibusdā ecclesijs sequitur euāgelū de sanatione filij reguli. Erat quidā regul⁹ cuius filius infirmabat etc. qđ est Jo. iiij. Per istū regulū intelligunt reges. s. prelati qui reges sunt: et debēt esse humiles: et ita sunt reguli: vnde exaudiunt licet habeant paruā fidē pro sanatione filiorū. Credebat ei iste regulus q̄ dñs poterat sanare filiū suū: sed nō credebat q̄ esset deus: q̄ credebat q̄ nō posset sanare nisi p̄sens. Humilitas ergo valde necessaria est prelatis. Q̄ vero per paciētiā maxime vincit diabol⁹ proponit in offertorio Job in exēplū. vñ in sap. Melior est patiens viro forti: et qui dñatur aio suo expugnatore vrbiū et icipit. Vir erat in terra hus nomine Job etc. In versibus autē huius offerto. sit sepe repetitio: de quo dictū est sub dñica scđa post octauā epyphā. sed quia nihil valet patentia' nisi homo speret in domino: sequitur postcōmunio. In salutare tuū ala mea speravit etc. q̄ spes patiētiam operatur.

Bene armati nō possunt per se resistere nisi deus adiuuet.

Humilitas valde necessaria est prelatis.

¶ De dñica. xxij. post penthe. Rubrica.

Dictū est q̄ nulli⁹ pōt interesse eternis nuptijs nisi habeat vestē nuptialē q̄ est charitas: ideo in hac. xxij. dñica monemur et inuitamur ad habendā charitatē: vt nō tm̄ bñfaciam⁹ proximo: sed dimittamus iniurias nobis ab eo factas Unde in quibusdā ecclesijs euāgelū est de seruo qui debebat decē milia talenta: cum quo dñs posuit rationē. et ille dixit. Patiētiā habe in me et oīa reddā tibi: et misertus dñs eius dimisit eum et debitum dimisit ei: et incipit. Simile est regnū celoꝝ homini regi qui voluit rationē ponere cū seruis suis: qđ est Matth. xviij. Siquidē in die iudicij ponet dñs rationē nobiscū et nullus poterit computare cū eo: q̄ de tēpore quomodo reddet hanc rationē qđ tam bonū est q̄ in quolibet momento eius pōt homo fieri filius dei: et ideo incipit introitus. Si iniquitates ob. do. do. quis su. quasi diceret nullus: et hoc est. Patiētiā habe in me etc. seq̄tur versus De profundis clamaui ad te dñe etc. In epla. Cōfidim⁹ etc. ad Phil. i. c. Inuitat nos apl's ad perfectā charitatē: vt dimittam⁹ fratri vt deus dimittat nobis q̄ sicut habet in fine euāgelij. Sic et pater meus celestis faciet vobis si nō remiseritis vnusquisq̄ fratri suo de cordibus vestris. Dicit igitur apostol⁹ in epla. Fratres cōfidimus. i. cōfidentiā talē habemus: vt postea sequitur. Obsecro autē vos vt charitas vra magis ac magis abūdet: vt sitis sinceri: et sitis sine offensa: et tunc est vnitas in ecclesia q̄n nō offendim⁹ propter iniurias: sed dimittim⁹. vñ sequit respōsoriū. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundum habitare fratres in vnū: sed q̄n illos qui trascunt sanat dñs per charitatē dum penitēt: ideo sequit alla. Qui sanat cōtritos etc. et al. cō. eo. In p̄misso vero euangelio monemur ad perfectā charitatē vt caute ambulem⁹ ad nuptias cū veste nuptiali: et q̄ pfecta charitas nō tm̄ impēdit bñficia et dimittit iurias sed etiā orat pro inimicis: ideo sequit in offertorio oratio Hester ad assuerum regem qđ interpretatur beatitudo. i. ad christum. et incipit Recordare dñe etc. Hester. xiiij. in quo offertorio rogat pro reconciliatione peccatoꝝ: et q̄ de hac recōciliatiōe gaudent angeli: sequitur in quibusdam ecclesijs postcommunio. Dico vobis etc. Luce xv.

Charitas etiā orat pro inimicis

¶ De xxiij. dñica post penthe. Rubrica.

Ab trib⁹ dñicis vltimis. s. xxiij. et xxiiij. et xxv. est idem officiū: et in eis ostēdit ecclesia se habere vestē nuptialē id est charitatē: q̄ orat pro iudeis vt cōuertātur qđ fiet in fine mundi: q̄n veniēt ad fidem nostrā qđ figuratū est in ioseph qui noluit se longo tempore manifestare fratribus suis: postea vero ad vltimum se manifestauit eis: et pepierunt ventam ab eo: et dixit eis. Nolite timere ego pascam vos et inebriatus est cum eis: que inebriatio significat leticiam omniū in illa conuersione iudeorum: hoc autem erit in fine peregrinationis nostre: et ideo de huiusmodi conuersione agitur in fine temporis peregrinationis. In qua tuor enim partes diuisum est tempus anni: prout dictum est in prohemio huius partis: et per has tres dñicas agitur de hac cōuersione: q̄ ad fidē trinitatis conuertuntur. In hac ergo. xxiiij. dominica introitus est de conuersione iudeorum et pro missione domini. ipse namq̄ dicit per Hiere. xxix. Ego cogito cogitationes pacis et nō afflictionis

In fine mundi Judei venient ad fidē nostrā. si m

qz ad hoc tendūt mala que vobis infero vt reconciliem vos mihi. Et nota q̄ tēpore Henrici tertij imperatoris. Bruno tullensis epūs qui de multis sanctus cānus cō posuit: factus papa per Henricū tertiū imperatorem z vocatus Leo. ix. dum romā pro papatu ventret audiuit voces angelorum canentiū z dicentiū. Dicit dñs ego cogito cogitationes pacis ꝛc. Ipse vero cogitans q̄ non haberet canonicum ingressum renūciauit. z iterū a romanis papa eligitur: z vitā cum multis miraculis finiuit. In graduali vero agit dauid gratias de sua liberatione a captiuitate spūali z corporali dicēs. Liberasti nos ex affligentibus nos ꝛc. In versu vero premittit laudē bonorū operum dicens. In deū laudabimur tota die ꝛc. z quia solus dñs est qui sanat: ideo in quibusdā ecclesijs sequitur alleluya. Qui sanat contritos corde. In offertorio vero petit veniā sicut fratres ioseph dicēs. De profundis clamaui ad te dñe ꝛc. z qz ioseph. i. christ⁹ respondit. Nolite timere ego pascam vos: ideo qz liberalis est dñs z cito dimittit. sequitur postcommunio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis: credite qz accipietis z fiet vobis. Matt. xxiij. ca. Quia vero nō intrabunt ad nuptias nisi habēt similitudinē dei: ideo in euangelio. Abeuntes ꝛc. Matthe. xxij. quod legitur in quibusdā ecclesijs dicitur. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: z que sunt dei deo: scilicet imaginē suā similitudine sua insignitā: qz omnia ad sibi similia conuertuntur. In epistola quoq; Fratres imitatores ꝛc. ad Philip. iij. monet nos apostol⁹: vt reddamus deo imaginem suā. Et post sequitur cōuersatio nostra in celis est. q. d. in hoc debetis me imitari nō illos quorū venter deus: qui sunt inimici crucis xpi. Imitemur aūt deū z apostolū in humilitate: māsuetudine: charitate: z sanctimonia: z post. Saluatorē expectamus dñm ihesum xpm qui reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratū corpori claritatis sue. Si enim habuerimus similitudinem dei in animabus nostris: in futuro non habebimus illam similitudinem in animabus tā tum: sed etiam in corporibus: qz vt dicit apostol⁹. Similes erimus christo.

Bruno audiuit angelorū canentiū z dicentium Dicit domin⁹ ego ꝛc. Le

¶ De. xxiij. dñica post penthe. Rubrica.

In vigesimaquarta dominica similiter agitur de vocatione z cōuersione iudeorū. Unde incipit in quibusdā ecclesijs euāgelū Matt. ix. Loquente ihesu ad turbas. Ecce princeps archisynagogus venit ad eū z dixit ei. Filia mea defuncta est. sed veni z impone manū super eā z viuet. Dū aūt iret post eū ecce mulier emorroissa dicebat: si tetigero fimbriā vestimēti eius salua ero: z sanata est a domino. Postea suscitauit domin⁹ filiā archisynagogi. Allegorice archisynagogus iste significat moysen vel aliquem de prophetis: vel etiā apostolis qui rogauit dominū pro synagoga: z dñs vadit vt sanet eā: qz nō cessat corrigere vt sanet ipsos iudeos per varias tribulationes z seruitutes: sed eorū sanitas fiet in fine mūdi. Mulier vero patiens fluxum sanguinis est gentilitas que dixit. Si tetigero fimbriam vestimēti eius: id est si minima precepta seruauero salua ero. Per fluxum sanguinis peccatū intelligitur. Postea vero sanabitur synagoga: quod significatur per filiā iayri postmodū suscitatam. Item p̄ iayri qui interpretatur illuminās siue illuminatus: intelligūtur prelati: prelatus enim illuminatus a domino alios illuminat: z talis debet orare pro subditis suis sicut iste pro filia sua: sicut etiam orat apostolus in epistola huius dominice que est Collo. j. Non cessamus inquit fratres orantes pro vobis: in quibusdā tamen ecclesijs dicitur hac die euāgelū. Cum videritis abhominationem. Matth. xxiij. Et attende q̄ hec dominica propū cantus le non habet officium: qz enim vexabitur ecclesia persecutionibus antichristi: ideo sua continet organa: vel ideo qua precedens officiū huic euangelio rectissime coaptatur: vel quia hec dominica septus superabū dat: idcirco ꝓprio vacat officio.

¶ De. xxv. dñica post penthe. Rubrica.

In vigesimaquinta dñica agitur de illuminatione iudeorū: vnde dicitur in quibusdā ecclesijs in epistola q̄ est de Isaie. xxiij. Ecce dies veniūt dicit dñs z suscitabo dauid germē iustū ꝛc. z post sequit in diebus illis saluabit iuda z post nō dicim⁹ amplius. Uiuit dñs qui eduxit filios israel de terra aquilonis z de cūctis terris in quibus protecerā eos: in quibus verbis precedens cantuale officiū cōcordat. Nam in introitu dicit dñs. Ego cogito ꝛc. dicit. Et reducā captiuitatē vestrā de cunctis locis. Soluti ergo illi qui nunc tenentur in captiuitate. in graduali. Liberasti nos gratiarū referunt actionē. In offerenda. De profundis. adhuc postulāt orationem qui sue petionis. In postcōmunione. Amen dico. recipiunt sanctificationē. Euangelium vero est de refectione quam fecit ioseph fratribus suis qui recepit eos ad conuiuiū. Uidens ihesus qz multitudo maxima venit ad eū ꝛc. quinq; panes sunt spiritualis intelligētia quinq; librorū moysi: quos modo habent: nec eis possunt satiari: quia eos frangendo per spiritualē intelligentiā nō mā ducant: sed tunc eos dñs saturabit. Duo vero pisces sunt psalmus z euangelium. Tunc em̄ reficiet eos dñs intelligētia legis z psalmoꝝ z euāgelij. In quibusdā tm̄ ecclesijs dicit euāgelium. Cū sublevasset ihesus oculos. Jo. vj. Rursus in hac vltima dñica ceteras concludente recte ponitur officiū quod ad virūq; dñi pertinere possit aduentū: vt dictum hieremie propheticum. Ecce dies veniunt et suscitabo ꝛc. Ecce primus aduentus. In diebus illis saluabitur iuda: ecce secundus. Sed in euangelio recte legitur de quinq; panib⁹: quia post quinq; milia annorū datus est nobis in primo aduentu panis angelorū. Abhinc etiā quinq; dominice computantur vsq; ad illum diem in quo panis ortus in presepio predicabitur. Quidā tamen hunc epistolam z hoc euangelium ponunt cum officio trinitatis: infra hebdomadam vero fit sicut in ceteris feriatis: z congrue circa festum beati andree hoc euangelium legitur: quoniā

Quinq; panes sunt spiritualis intelligentia quinq; librorum Moysi.

in eo de ipso mentio cõtinetur. Quedam ecclesie faciunt in hac dominica festũ de trinitate: alie vero in octaua penthe. vbi de hoc dictum est.

Aliud postremo notãdũ est q nocturnales lectiones a prima dñica post penthe. vsq ad aduentũ domini quidam non insubtiliter referunt ad illã tẽporis seriem que fuit a dauid vsq ad aduentum domini. Sed ꝛ ad illam cõgrue referri possunt que a primitiua cepit ecclesia: sicut enim Sauli successit dauid: vnde primo legitur de primis libris regum sic. Demonum cultui cultus vnius dei: ꝛ sicut regnum dauid per Roboã ꝛ Jeroboam in scissuras diuiditur: vt legitur in libris sequentibus: sic ecclesiam scindit hereticorum insania. Deinde sequuntur libri salomonis: quia post pugnas hereticorum claruerunt in ecclesia sanctorum doctorum ingenia. Postmodum sequitur liber Job vbi agitur de persecutionibus ꝛ consolationibus eius: quia quãtumuis in pace floreat ecclesia: tentationes tamen non desunt spiritualiũ aduersariorũ: quorũ quanto est occultior pugna: tanto difficilior est: sed gloriosior erit acquisita victoria. Rursus illud quoq adiscẽdum est q singulos menses preteritis possumus adaptare temporibus. Nam per ianuariũ in quo nouus annus inchoatur tempus a diluuio intelligitur: vbi mundus renouatur. Per februariũ in quo alleluya deponitur illud tẽpus innuitur in quo vniuersitas linguarũ confunditur. Per martium in quo quadragesima septimo celebratur illud tẽpus accipitur in quo dei populus in egypto affligit. Per aprilem vero vbi pascha celebratur vel obseruatur illud tempus ostenditur quo ppls a pharaone liberatur. Per mayũ in quo penthe. solẽnizatur illud tps recolit in quo ppls in terra promissionis gratulabat. Junius ꝛ iulius in quib⁹ hystoria regũ legit regnũ saulis ꝛ dauid cõmemorãt. Augustus in quo liber sapiẽtie recitat regnũ sapientis salomonis insinuat. Relicq quatuor mẽses regna principalia notãt: babylonicũ q̃ est in oriẽte: persarũ q̃ est in meridie: grecorũ q̃ est in aqlone: romanorũ q̃ est in occidẽte. Igit hystoria iob q̃ legit in septẽbus p duas hebdomadas: regnũ expalmit oriẽtis. Ũs ibi ör. Erat vir ille magn⁹ iter oẽs orientales: ꝛ legit p duas hebdomadas q regnũ illõ durauit p duas annales hebdomadas id est per bis septingẽtos annos. Tot cñ anni inueniũtur a tẽpore Nini a quo regnũ babylonie incepit vsq ad Cyrũ regẽ persarũ in quo defecit. In reliqua parte septẽbris regnũ persarũ innuit: quocirca due hystorie legunt: eo q nunc de persis nunc de medis reges assumebant. Hystoria machabeorũ que legitur in octobri grecorũ significat regũ: sub quib⁹ machabei fuerunt afflicti. Per nouembrẽ ꝛ decembrẽ in quib⁹ prophete legunt regnũ romanorũ in quo xpi religio viget accipitur: pphetic⁹ interim de xpo loquunt: cui⁹ natiuitas est in fine anni: sicut regnũ romanorũ i fine mũdi.

Ecclesiã scindit hereticorum insania.

¶ Explicit liber sextus.

Incipit liber septimus.

¶ De sanctorum festiuitatibus. Rubrica.



Postq̃ de diuinis officijs in genere atq̃ dñicis ꝛ de festiuitatibus ad dominũ pertinentibus in specie premisimus: vtile est vt de officijs festiuitatum sanctorũ aliqua in hac septima parte subijciamus Sane ecclesia sanctorum festa multis de causis celebrat. Primo vt eius vicem rependamus: quia ipsi iam celebrant festũ de nobis: qm̃ gaudiũ est in celo angelis dei ꝛ animabus sanctis supervno peccatore penitentiam agente. j. dist. q. tua. Secũdo q eos honorando rem nostrã agimus: nã eorũ festiuitas nostra est: vnde Apostolus. Omnia nostra sunt nos aũt christi charitas enim omnia cõmunia facit. Tertio vt habeamus eos intercessores pro nobis: vnde legitur in tertio Reg. j. c. q̃ berfabee que interpretatur put⁹ satietatis id est ecclesia triumphans impetrauit filio suo regnũ. Quarto vt eos imitemur. per eorũ enim exempla ad eorum imitationem prouocamur. Quinto propter augmentum nostre securitatis ꝛ spei sub leuationem. Si enim homines mortales nobis similes potuerunt ita per sua merita sublimari: et nos similiter poterimus quoniã manus domini non est abbreuiata. Sexto propter honorem diuine maiestatis quam illos honorando in eis honoramus: ꝛ mirabilem predicamus eũ qui ipsos sanctificauit. Septimo vt vita eorũ pulchritudine ꝛ munditia confundat homo de peccatis suis ꝛ terrena contemnat: sicut ꝛ ipsi fecerunt. Octaua ꝛ principalis causa est: q sanctorum dies ꝛ anniuersaria in eorũ honore nobis ad memoriam reducitur propter nostram vtilitatẽ quoniã in eis honoramus deum. Ipsũ namq̃ cum sint perfecte beati orationibus nostris non indigent: q omnia eis ad votum succedunt: immo iniuriã facit martyri qui pro martyre orat. extra de celebratione missa. cũ marthe. ℣. penul. Joan. etiam dam. in libro. iiij. c. vij. ponit alias rationes quare sancti ꝛ partter eorum corpora siue reliquie debeant honorari quarum quedam sumuntur ex tum ad eorum dignitatem ꝛ quedam ex tum ad corporum ipsorum preciositatem: dignitas quadruplex est quoniam sunt amici dei ꝛ filij dei: heredes dei et

Ecclesia multis de causis sanctorum festa celebrat.

duces nostri. De primo Joā.xiij. Jam nō dicam vos seruos ⁊c. de scō Joā.j. Dedit eis potestatē filios dei fieri. de tertio Ad Ro.viij. Si autē filij ⁊ hēredes. de quarto ita dicit. Si quis multū laborat ducē inuenire qui eum alicui regi mortali adducat ⁊ pro eo ad ipsum verbū faciat: q̄nto magis duces generis humani qui pro nobis ad deū interpellatiōes factūr honorādi sunt tēpla illis erigendo ⁊ eorū memoriā venerādo. q̄rtū ꝓo ad eorum eorū prectositatē manifestandā ponit etiā idem quatuor rationes. Nā ipsa sanctorū corpora fuerunt prōptuaria: dei tēplum xp̄i alabastrū spiritualis vnguēti: fontes viui. ⁊ Aug. addit quintū scilz organū spiritussancti. Circa primū dicit. Ibi em̄ sunt promptuaria dei: cenacula spiritussancti. De secūdo dicit. Quoniā per intellectū in corporibus eorū habitauit deus. vnde Apostolus Ne scitis quoniā corpora vestra ⁊c. Deus autē spiritus est. Honoranda ergo sunt animata dei templa. Homo quidē delectatur in edificatiōe murorum deus ꝓo in cōuersione sanctorū. vnde psal. Dñe dilexi decorem domꝰ tue. decorem scilicet quem prestat diuersitas nō marmoꝝ sed gratiarū. Circa tertiū dicit. Si em̄ ex rupe aqua manauit in heremo ⁊ ex maxilla asini sanson sitientē: neq̄q̄ incredibile est ex martyrū, reliquijs vngunetū bñ olēs emanare sitientibus dei ⁊ sanctoꝝ virtutē. Circa quartū dicit. Isti em̄ viuētes in veritate cū libera presentia deo assistunt: ⁊ fontes nobis salutares dominator xp̄s sanctorū suorum prebuit reliquias multiformia beneficia irrigantes. Circa quintū dicit Augustinus in libro de ciuitate dei. Non sunt cōtemnenda: sed plurimum veneranda sanctorū corpora quibꝰ dum adhuc viuerēt spiritussanctꝰ quasi quibusdā organis ad omne bonum vsus est, vñ apostolꝰ. An experimentū queritis eius q̄ in me loq̄tur xp̄s? Itē Ambro. in exameron. Hoc est p̄ciosissimū q̄ homo diuinevocis fit organū ⁊ corporalibus labijs celeste exprimit oraculū. Est autē quadruplex differentia sanctorum nouī testamēti quos per anni circulū colimꝰ sunt em̄ apostoli. martyres: cōfessores: ⁊ virgines ⁊ hī ꝑm Rabanū per quatuor mūdi partes significantur: per orientē apostoli: per meridiē martyres: per aquilonē cōfessores: per occidentē virgines. Licet autē festiuitates sanctorum celebrādē sint: ⁊ in eorū memoriā altaria cōstruēda: nulli tñ eorū vel etiā angelis: sed soli deo sacrificare debemus. Nemo em̄ antistitum in locis sanctorū corporū assistēs altari aliq̄n dixit. Offerimꝰ tibi Petre ⁊ paule: aut Cypriane: sed q̄ offertur deo qui sanctos coronauit offertur apud eorū memorias quos coronauit: vt ex ipsorū locorū amore maior angelus assurgat ad augendū charitatē in illis quos imitari possumꝰ: ⁊ in illū quo adiuuari possumus: nec em̄ ipsi sancti vel angeli exhiberi sibi volunt q̄d vni deo per latriā exhibere nouerunt. vñ paulus ⁊ barnabas cum quidā miraculis p̄ eos factis cōmoti ipsis tāq̄ diis immolari voluissent cōscissis vestibꝰ cōtentes se homines mortales ⁊ nō deos esse hoc fieri vetuerūt. ⁊ sicut in Apoc. legitur angelus Joan. ipsum in visione adorare volentē prohibuit dicēs. Vide ne feceris frater ei tuus ⁊ cōseruus fratrū tuorū tuum: deū adora. Jā em̄ xp̄s erat super angelos exaltatꝰ. Antea ꝓo legūtur angeli adorati: vt dictū est in quarta parte sub qnarta parte canonis super verbo seruitutis. Et mardocheus naamā noluit adorare: q̄m ille diuinā sibi voluit adorationē impendi. Honorandi sunt ergo sancti propter imitationē nō adorandi propter religionē honorādi sunt charitate nō seruitute: vt dictū est super dicto verbo. Seruitutis. Trib⁹ ergo de causis sanctos rogamꝰ: put dictū est in precedēti parte sub tit. de rogatiōib⁹.

¶ Et nota q̄ stando sanctos rogare debemꝰ: vt dictū est in prohemio. v. partis vbi de resp̄sorio agitur. Porro dierū alij sunt profesti: alij festiui siue solēnes: p̄festi sūt q̄ nulla specialī celebritate insignīti sunt quasi procul a festo. ¶ Et nota q̄ hebrei aliter denomināt dies septimane ⁊ aliter gētiles ⁊ eorū presbyteri. ⁊ aliter xp̄iani: hebrei denomināt oēs alias dies a sabbato qui apud oēs precipuus habet. vñ diē sequentē post sabbatum vocant primā sabbati: aliā scōam sabbati: ⁊ sic de reliquis: septimā vero diē vocant simpliciter sabbatū: ⁊ quādoq̄ sabbatū sabbatoꝝ. sextā feriā vocant parasceue a para q̄d est pre ⁊ scephē q̄d est structio: quasi p̄structio seu preparatio: quia tūc iudei preparāt cibaria ad opus sabbati iuxta q̄d eis preceptū fuerat de māna. s. sexta die colligatꝫ ex eo dupluꝫ: quoniā in sabbato nō licebat eis cibos preparare sicut nec māna colligere. Nos ꝓo hoc nomē q̄d est cōe cuilibet sexte ferie appropriamus illi sexte ferie que est proxima añ pascha: pro eo q̄ tunc preparatus est cibus siue māna: quo ⁊ militans ecclesia modo ⁊ triūphans in futura reqūe perfruetur. ¶ Et nota q̄ parasceue est nomen grecū: sed iudei ꝓpter varias captiuitates iter grecos dispersi quedā vocabula a grecis sumpserunt vt parasceue ⁊ synagoga ⁊ alia quedam. Gentiles autē tam vulgus q̄m philosophi denominant dies a planetis. vñ ꝑm eos prima dī dies solis: scōa dies lune ⁊c. que nomina sacra scriptura nō recipit: licet ho die vulgari vsu teneātur. de hoc dicet in parte octaua vbi aget de septimana. Hēpe vulgus ideo sic eos denominabat: q̄ solē: lunā: martē: ⁊ alios planetas a quibꝰ dies denominabant deos esse credebant. Philosophi vero ideo q̄ hec sunt nomina planetarū ex quorū motibus ⁊ naturis oīa sui vegetationē ꝑm illos trahunt. Xp̄iani ꝓo duos dies tanq̄m proprijs designant nominib⁹. Nam sabbatū simpliciter sabbatum vocant: propter autoritatē hebraica sermōis ⁊ sequentē diem dominicā vocant propter sui primatum: de quo iam dicetur. Vel quia sic in Apo. vocatur: vbi dicitur. Joannes dominica die post missarū solennia descendit in defossum sepulture sue locū. Posset etiā dies dñica prima feria appellari. diē vero post dñicā sequentē appellabant secundā feriā: aliā tertiā feriā: ⁊ sic de aliis diebus vsq̄ in sabbatū. Interponatur enim feria quasi dies solennis a feriando dicta. vnde prima dies

Sāctorum corpora plurimū venerāda sunt.

Dies septimane denominatio a variis variefit.

Judei ꝓp varias captiuitates iter Grecos dispersi q̄dā vocabula a Grecis sumpserūt.

septimane solennis est. Vocant ergo ferie a feriando: q̄ toto tēpore a vtilib⁹ feriare. i. vacare debemus: nō q̄ sit a necessarijs vite operib⁹ feriandū vel ꝺa fando. i. loquēdo: q̄m sicut legitur in Gene. Dñs dixit & facta sunt. Siquidē beatus Siluester nolēs imitari iudeos qui dicūt prima sabbati scōa sabbati: nec gentiles qui dicunt dies solis dies lune &c. adinuenit hoc nomen feria. In fine tamē septimane seruauit sabbatū propter premissam rationē: vel propter figurā: q̄ sabbatū interpretatur requies: q̄ tūc dñs requieuit ab omni opere q̄ patrarat. Unde & nos per totam hebdomadā. i. per totum tēpus vite nostre q̄ percurritur per spaciū septē dierū debemus laborare & nisi summo conamine vt ad requiē & beatitudinē perueniam⁹. ¶ Dies ergo tripliciter denominat. Primo ꝺm se: vt dies lune: dies martis &c. Scōo iuxta vsum ecclesie: vt prima feria: scōa feria &c. Tertio ꝺm menses: & hoc tripliciter. primo modo kalen. pridie kal. iij. kal. secundo modo idus. pridie idus. iij. idus. tertio modo nonas. pridie nonas. tertio nonas. Dominica vero dies primatum obtinet: & maior est inter alios dies: q̄ xp̄s annunciatus fuit & resurrexit: & in apostolos spiritum sanctū misit: & deus mūdum. i. celum & terram in illa fecit: & in eodem quoq; die vt dicitur mundus dissoluetur. Dicitur autē dominica propter gaudium dominice resurrectionis q̄ in eo celebramus. Licet autē quedā dominice omnib⁹ aliis sunt superiores: videlicet pache, & penthe. & hoc propter resurrectionē & spiritussancti missionem: tamen & quinq; alie principales dicuntur et solennes in quibus officia mutantur: scilz dominica prima de aduentu. dominica in octauis pache dominica in octauis penthe. dominica qua cantatur Letare hierusalem. & dominica in ramispalmarū. Addunt etiam quidā sextā scilicet qua cantatur. Inuocauit me. quedā etiam alie dominice dicuntur priuilegiate quib⁹ videlz hystorie sunt appropriate. ¶ Et nota q̄ sunt quidā dies priuilegiati in tempore quadragesime videlicet quatuor quarte ferie scz quarta feria in capite ieiuniorū. quarta feria sequentis hebdomade & quarta feria post Letare hierusalem. & quarta feria ante cenam domini. Itez quatuor sabbata videlicet sabbatū primis hebdomade: quādo ordines celebrantur. & sabbatū quarte. & sabbatum q̄nte: & sabbatū in vigilia pasche. Itē tres dies dominice scilicet inuocauit me. & Letare hierusalem. & dominica ramispalmar̄. Item vna quinta feria scilicet cene domini. Item vna sexta feria. s. parasceue. Item tota vna septimana scilicet vltima que maior dicitur: prout sub dominica in ramispalmarum dictū est. de quibus priuilegijs in suis locis dictum est. Et nota q̄ pascha & pēthe. sunt hebdomadarie festiuitates vt dictum est in sexta parte sub tit. de septem diebus post paschā & sub penthe. incipit autem dies naturalis scōm egyptios ab occasu solis siue in principio noctis. & durat vsq; ad vesperam sequentis diei iuxta illud, Et factum est vespere & mane dies vnus: ꝺm

Dies triplicit denominatur.

Dominic⁹ maior est in cteralios dies.

perſas & grecos & ꝺm communē vulgi vsum incipit mane ab ortu solis: ꝺm romanos a media nocte. ꝺm athenienses & ꝺm arabes & astronomicos a sexta diei hora. quos oēs varie imitamur q̄m ad celebrationem diuinorum officiorum incipit dies in vesperis. iuxta illud A vespere in vesperam celebretis sabbata vestra. extra de feriis ca. s. quo ad treuge obseruationem in ortu solis. extra de treug. & pa. ca. s. ff. de iudi. l. more. quo ad cōtractus incipit dies & finit in media nocte. quo ad esum carnium post cenam vsq; ad diluculū de consec. dist. iij. de esu. quo ad iudicium incipit mane & terminatur sero in fine diei ante noctis tenebras de offi. deleg. cōsulit. & in aut. de iudi. § sedebunt. Computatio autē egyptiorum vera videt: cum contineat ortum & occasum signorum. Potest tamen dici q̄ secundum ecclesiam incipit media nocte: quia tunc verus sol: scilz xp̄s ortus est iuxta illud. Dum mediū silentium &c. vel verius in vesperis vt premissum est: quia nox precessit: dies autē appropinquauit. Licet autē naturaliter dies precedant noctes: tamē in nocte paschali fit econuerso vt dictum est in sexta parte sub tit. de sabbato sancto. Solēnes vero seu festiui dies in quibus a quolibet opere seruili in honorē dei & sanctorum abstinendum est & diuinis laudib⁹ insistendum. Et notandum est q̄ solennitas est communiter instituta: celebritas pro aliqua prerogatiua: & dicitur a solon quod est commune vel a soluto id est firmo atq; solido: quia ob religionē mutari non debet: vel dicitur solennitas ex eo q̄ fieri solet in anno. Celebritas ꝺo vocatur q̄ ibi non terrena: sed solum celestia aguntur. Solennitas autē alia est festiuitatum: alia stationū: alia letaniarū: alia ieiuniorum. de quarum singulis videamus. Solennitas festiuitatum que est moris sanctorū pluribus nominib⁹ designatur. Vocat̄ eñ festiuitas: festum: celebritas: natiuitas natalis vel natale: siue natalicū: transitus seu exitus obitus: passio: assumptio: depositio: & obdormitio. Festiuitas dicta est a festis diebus quasi festitas: eo q̄ in eis sola diuina res agitur quibus contrarij sunt festi in quibus ius fatur. Dicitur quoq; festiuitas quasi sancti natiuitas. Natiuitas proprie dicitur festum illius natiuitatis que est in carne & in mundo: & ꝺm hoc dicitur tantum chusti natiuitas & beate marie: & beati Joannis baptiste: quorū tantum natiuitates in ecclesia celebrantur. Quare sancti dicantur in morte nasci tam sequitur & dicetur vbi de octaua agetur. De celebritate iam dictum est. Natalis vero vel natale vel natalicium dicitur migratio sanctorū ab hoc seculo: quia tunc nascuntur deo & seculo ad gloriam ea natiuitate que tendit ad vitam eternam. Indifferenter tamen ista accipiuntur. Transitus dicitur festum de morte sanctorū: quoniam anime illorū a corporib⁹ exeūtes per ignota sibi & diuersa loca transeunt. xiij. q. ij. tempus: vt per celum aereum & ethereum & chrystallinum vt tandem perueniant ad empyreū. ¶ Et nota q̄ maⁱ est festū trāsitus alicuius sancti q̄ aliquod aliud

Solennitas est communiter instituta: celebritas pro aliqua prerogatiua.

de illo dicetur sub festo assumptionis. Obitus dicitur quia tunc angeli veniunt obuiam anime: vt legitur de beato Martino. Passio dicitur: quia tunc maxime corpus patitur: z etiam in anima quando per violentiam ab inuicem separantur: z obitus vniuscuiusq; potest passio nominari: quia sine amaritudine z sine violentia quadam nulla anima de corpore tollitur. Assumptio proprie dicitur translatus beate Marie. Depositio proprie dicitur depositio beati Johānis euangeliste: qui vt premissum est locum sepulture viuus intrauit z ita seipsum deposuit. Obdormitio vero dicitur mortis sanctorum quasi quies: nam sicut quis post somnum integer z validior fit: sic sancti sine difficultate resurgūt in corporibus glorificatis: quasi a somno euigilantes. Unde dominus de Lazaro mortuo dixit. Lazarus amicus noster dormit. xiij. q.ij. tempus. vnde apostolus. Nolumus vos ignorare de dormientibus ꝛc. ¶ Sequitur de stationibus videre. Statio autem vm Ysidorum est obseruatio statutorum dierum vel temporū. Dierum vt quarte z sexte ferie ieiunium ex veteri lege preceptum: de qua statione in euangelio. Ieiuno bis in sabbato. i. in quarta z sexta sabbati. Tēporum scilicet que legalibus z propheticis in institutionibus determinatis temporibus statuta sunt: vt ieiunium mensis quarti: quinti: septimi: z decimi: vel sicut in euangelio dicitur. Dies ille in quibus ablatus est sponsus. Statio quoq; vocatur processio ad aliquam ecclesiam ad exoluendum ibi gratias deo facta: z dicitur statio quia tunc stantes orare: z deo gratias persoluere: non flexis genubus debemus tunc: nec ieiunamus tunc: nec in eis supplicationis voces fiunt: que omnia cum vestibus humilitatis in letanijs fiūt. Uidentur autem stationes a veteri lege initium habuisse: quoniam tunc populus iudeorum et etiam multi gentiles conueniebant in magnis solennitatibus: scilicet in pascha z penthecoste: vt ibi orarent in templo z deo gratias persoluerent z offerrēt: quod adhuc obseruat ecclesia presertim in italia: vbi i hebdomadib⁹ pasche z pēthe. populus de oppidis et villis adiacentibus ciuitatibus conuenit ad ecclesiam episcopalem Alie stationes a romanis habuerūt initium: qui eas maxime frequentant: qui cum intercessionibus sanctorum quorum suffragia implorabant pericula euasissent cum processione veniebāt ad ecclesiam illius sancti cuius patrocinio fuerant liberati laudes deo cum gratiarum actionibus persoluentes. Ysidorus dicit in. vj. ethymo. q statio ex militari exemplo nomen accepit: pro eo q nulla leticia castris obueniente stationem contristatio militum rescindit. Sunt autem due species stationum. alie nāq; sunt generales: alie particulares. Generales sunt que in predictis duabus septimanis ad matricem ecclesiā fiunt. Particulares sunt que in diuersis ecclesijs fiunt pro predicta causa. Fiunt etiam quandoq; sobseruationis causa nulla alia causa intercedente: vt cū in festo alicuius sancti ad eius ecclesiā vadit p cessio a maiori ecclesia. Fiunt etiam cū in diuersis festis diebus ad diuersa altaria cū processione ob sanctorum veneratione venimus. Institutio ergo stationum ex predictis liquet: hoc tamen addito quoniam sicut romani pro vitandis suis periculis statuerunt suas stationes in vrbe: sic z alij in suis ciuitatibus ob causas similes stationes instituerunt. In diebus autem stationuz voces seu cantica letitie cantantur: videlicet responsoria vel antiphone vel aliquid huiusmodi. Quandoq; etiam tunc missa celebratur in ecclesia ad quā vadunt: z quandoq; non: sed post stationem oratione finita redeunt. Et nota q populus primo conuenit in aliqua ecclesia vicina illi in qua debet esse statio: vt dictum est in quarta parte sub titu. de oratione. Nempe beatus Greg. qui stationes in vrbe ordinauit. ex. home. euāgelij diuerso tēpore in illis dicēdas declarauit: alias vero stomacho lacescente: alijs pronunciandas cōmisit. De solēnitate letaniarū in sexta parte sub titu. de rogationibus dictum est. Nota tamē q stationes fiūt propter preterita pericula. Letanie vero que rogationes vel supplicationes interpretātur fiunt pro periculis euitādis: vt premissum est. De solēnitate ieiuniorū z de vigilijs sanctorū dictum est in sexta parte sub quarta feria quarte dominice de aduentu. Hoc etiā nota q natale dñi festum est patris: quia per eū filius innotuit mundo. In hoc enim apparuit charitas dei q nobis dedit filium suū sicut dicit beatus Joannes. Festum tamen patris festū est z filij z spiritussancti. In hoc enim q dicitur verbum intelligitur pater verbi: z etiam alia ratione: qz scilicet filius patrez manifestauit mundo. Pascha vero est festū filij: qz tunc xps a mortuis resurrexit z verus deus apparuit. Et nota q solēnitas pasche anthonomatice dicitur solennitas solēnitatū sicut dicitur sancta sanctorū z cantica canticorum: eo q alia sancta z alia cātica excedūt. Inde est q omnes dies dominicos reciprocamus. i. omnes dies dominice sunt octaue huius festi. Dicitur etiā festiuitas festiuitatū: tum qz prima est omniū festiuitatum: tū qz omnes hac dominica cōmunicare debent. In quibusdā tamen locis quodlibet magnum festum pascha vocatur quasi transitus: qz de vitijs ad virtutes transire debemus. Penthe. est festuz spiritussancti: z quelibet istarū solennitatū est solennitas totius trinitatis: qm̄ indiuisa sunt opera trinitatis. de conse. di. iij. c. fi. licet vt premissum est quelibet istarū magis vni q̄s alteri appropriet̄ur. Nō est etiam omittendū q populus israeliticus tres principaliter celebrabat solēnitates. Primum erat dies phase siue dies azimorum: quod est pascha: quia tunc deus eos liberauit a potestate pharaonis de seruitute egypti z a percussione angeli limitis postibus de sanguine agni immolati. Nō enim fuit domus alicuius egyptij vbi mortui non iacerent nisi domus iudeorum vbi nullus mortuus est. Secundum erat pentheco. quia tunc susceperunt legem: vt dictum est in sexta parte sub isto festo. Tertiū scenophegia in septembri

Stationes a veteri lege videtur initium habuisse.

Natale domini festum est patris.

Stationū due sunt species.

quod ergreco interpretatur dedicatio siue festio
tabernaculorū. Populus eñ israeliticus quadra
ginta annis in tabernaculis habitauit: in cuius
rei memoriam adhuc iudei hoc festum celebrant:
quasi in tabernaculis degentes. Cenos enim gre
ce tabernaculum dicitur. Hec festa que septem
diebus protelabantur: precipua dicebantur: et
sabbatum quod interueniebat dicebatur sabba-
batū sabbatorū. i. sabbatū sanctorū. Verū et super
addiderūt et alia festa ob euentus varios: vt en-
cenia qō celebrabāt hebrei in hyeme scz in octo-
bri: et vocant encenia nouā dedicationem templi.
Cenon eñ grece dicitur nouū latine. Unde qñcū
qs aliquid nouū fuerit dedicatū encenia vocatur.
Hā et si quis noua tunica induit enceniare dicit.
Hos oūt duo illoz seruam'scz paschā et pēthecos
stē: sed alia ratione qs illi. Ipsi eñ celebrabāt pa
schā: qz tūc ab egyptiaca seruitute liberati sunt:
nos vero qz tūc per xp̄m redēpti sumus. Illi cele
brabāt penthe. qz tūc susceperāt legē: nos vero qz
tūc spūmsctm acceptimus. Itē illi susceperūt legē
in tabulis lapideis ad duriciā cordis notandam
extrinsecus scriptā: qñ vsq ad spiritualē litterę
intellectū nō pertingebant. Sed spiritussanctus
datus est. lxxij. discipulis in corde digito dei spiri
tualē intelligētiā eis dictante. Scenophegiā etiā
quodāmodo celebramus in ascēsione dñi: qz per
tabernaculū intelligimus corpus dñi in quo sub
humanitate diuinitas latuit. iuxta illud ps. In
sole posuit tabernaculū suū. Hoc itaq tabernacu-
lū xp̄s in mortali carne nō figebat: qñ exultauit
vt gygas ad currendā viam discurrens de lo
co in locum: vt susceptū mysterū adimpleret: sed
tūc fixit et stabiliuit tabernaculū: idest corpus suū
cū assumptus est in celū sedens ibi ad dexteram
dei patris requiescens in patrimonialibus patris
bonis: donec ponet inimicos suos scabellū pedū
suorū. ¶ Hec itaq tria festa recte in euāgelio spi
ritualiter celebramus. Nam iuxta psal. xp̄s capti
uā duxit captiuitatē: qñ in paschā resurgens vin
ctos suos eduxit de lacu in quo non erat aqua.
Ascēdit in altū cū in ascensione exaltatus est su-
per celos celorū ad orientē. Dedit dona hominī-
bus cum in pēthe. effudit de spiritusancto super
omnē carnē. Quarta vero feria post dominicam
de passione est de encenijs: prout ibi dictū est in
sexta parte. Erāt quoq et alie quattuor solēnita-
tes: nō tñ ita solennes sicut precedētes: videlicet
sabbatū: festū clangoris: festum propitiationis: et
neomenia. Siquidē apud hebreos neomenia di
cta est: qz ꝑm lunarem cursum menses supputabā
tur. Hene grece luna vocatur: inde neomenia. i.
noua luna. Apud nos vero neomenie sunt kalē.
Erat apud hebreos ipsi dies kalēdarū ex legali
institutione solennes. ¶ Sane constātinus impe
rator partes transmarinas petens inuenit Euse-
biū cesarien. episcopū virū sanctissimū cui dixit.
Pete a me vnde ecclesia tua ditetur. Ille vero re
spōdit. Ecclesia mea satis abūdat in diuitijs: sed
rogo te vt mittas per partes mūdi et nomina san
ctorū et tēporis passionū et sub quibus et qualiter
et in quibus locis passi sunt rescribas: quod factū
est: et refert Eusebius qz quolibet anni die plusq
quinq millū scrōz festa concurrunt: excepta die
kalendarū ianuarij: quo intendebāt gētiles equi-
lis et solēnitatibus nō ad martyrizandū sanctos.
et Hiero. dicit idem in epistola que suo kalēdario
preponitur. vnde Greg. dicit. Totus mūdus ple-
nus est sanctis: et similiter Haymo dicit de ange
lis qz si quis creaturas spirituales videre posset:
videret eas ebullire in aere sicut minimos athō-
mos in solis splendore. Et nota qz nullus ascri-
bendus seu annumerādus est cathalogo siue nu
mero sanctorū nisi per romanū pōtificē: et nisi fa-
cta prius clara fide de illius vita et miraculis. ex-
tra de reli. et ven. san. ca. j. extra de test. venerabili.
Dicitur autē cathalogus vniuersalis sermo a ca
tha qō est vniuersale: et logos qō sermo. Et leta-
nia siue kalendarū in quibus enumerant sancti
per romanā ecclesiā approbati dicitur vniuersa-
lis sermo. Ceterū ꝑm decretū concilij affricani de
cōse. dist. j. placet. nulla memoria martyrū proba
biliter siue solenniter accipiatur: nisi aut vbi cor-
pus martyris aut certe reliquie sunt: aut vbi fuit
origo habitationis vel possessionis illius: nā alta
ria que per somnia et inanes quasi reuelationes
quorūlibet hoīm vbicūq statuunt omnino repro
bantur. Itē statutū est in cōcilio aurelian. de cōs.
di. iij. eps. qz eps si in infirmitate nō fuerit impe-
ditus ecclesie cui fuerit proximus puta episcopa-
li: die dñica deesse nō debet: que autē festiuitates
celebrande sint patet ex cōcilio lugdun. de cō. di.
iij. ca. j. extra de fe. ca. ñ. i quo sic statutū est. Dies
dñici feriādi sunt a vespera in vesperā. Item festū
natalis dñi: sancti stephani: sancti Joannis euā-
geliste: Innocentium: sancti Siluestri: Circūcisio
nis: Theophanie siue epyphanie: Pascha cū to-
ta precedenti et sequentibus hebdomadis. Roga
tiones cum tribus diebus: Ascensio dñi: pēthe.
cū duobus diebus sequentibus: sancti Joannis
baptiste: duodecim apostolorū: sancti Laurentij:
festiuitates beate Marie: omnes dies dominici:
dedicatio sancti Michaelis: dedicatio cuiuslibet
oratorij: festū omnū sanctorū: sancti Martini. Il
le festiuitates scilicet sanctoz canonizatorū quas
singuli episcopi in suis ecclesijs cum clero et popu
lo decreuerint celebrandas. Reliquis vero festiui
tatibus que per annum sunt: non sunt populi co
gendi ad celebrandum siue feriandum nec prohi
bendi. Quot psalmos: quot responsoria: quot le-
ctiones: et quare in festis dicantur: dictum est in
quinta parte sub titulo de nocturnis. Quedam
autem festa dicuntur in totum duplicia: quedam
simpliciter duplicia: quedam semiduplicia. Dicū
tur quedam duplicia in quibusdam ecclesijs pro
eo qz responsoria tam maiora qz breuia et versus
a duobus cantantur: et quia omnia incipienda a
duobus incipiuntur: et quia antiphone in matuti
nis et vesperis duplicantur: dicuntur enim com-
plete et ante psalmum et post sicut est festum nata
lis dominī: sancti Stephani prothomartyris: san
cti Joannis euangeliste: Circumcisio dominī:

Encenia.

Neomenia.

Cathalogo sanctorum nullus annumerād' est nisi per romanum pontificē: et nisi facta pu' data fide de illius vita et miraculis.

Epyphanie: purificationis: Annūciationis: Resurrectionis: Ascēsionis: Pēthecostes: scti Joannis baptiste: apl̄oꝝ Petri ⁊ Pauli: scti Laurētij: assumptiōis btē marie ỽginis: natiuitatis eiusdē: et dedicatio basilice. Premissa quidē sunt maiora duplicia festa. Minora aūt duplicia festa sūt scōa et tertia feria infra octauas resurrectionis. Item scōa ⁊ tertia feria infra octa. pēthe. Cōmemoratio scti Pauli apli. Octaue apl̄oꝝ Petri ⁊ Pauli: et assumptiōis: ⁊ quodlibet festūq̄ vnaquecq̄ eccle sia duplex ordinauerit celebrari. Semiduplicia aūt festa sunt in q̄b⁹ p̄missa omo nō obseruātur: sed tm̄ tertiū: sextū ⁊ vltimū. Rēsoria cātantur a duob⁹: nec incipiť a duob⁹ nec duplant antiphone: lz versiculi ⁊ breuia rēsoria a duobus dicanť: ⁊ sunt hec semiduplicia festa. scōꝝ Andree Nicolai: Lucie: Thome apli: Innocētū: Octaue epyphanie: Agnetis: Conuersio scti Pauli: Agathe: Matthie: Cathedra scti Petri: Gregorij: Augustini: Hieronymi: Ambrosij: Philippi et Jacobi: Marci euāgeliste: Inuētionis scte crucis: Reuelationis scī Michaelis: octaua ascēsionis: Joannis ante portā latinam: Barnabe apli: octaua scti Joānis baptiste: Marie magdalene: Jacobi apli: ad vincula sancti Petri: octaua sancti Laurētij: Bartholomei: decollatio scti Joannis baptiste: octaua natiuitatis btē Marie: Exaltationis scte crucis: Matthei: Luce: Symonis ⁊ Jude: Martini: Cecilie: Katherine: ⁊ alia ꝑm cōsuetudinē cuiuscunq̄ ecclie. Sane igiť hec varietas circa festa seruať qm̄ sicut p apl̄m stella differt in claritate a stella sic etiā erit resurrectio mortuoꝝ. Cum ergo ꝑm btm̄ Dionysiuꝫ ecclīastica hierarchia repñtet aliqualr i suis actionib⁹ seu ordinationib⁹ celestē hierarchiā i qua scti ꝑm diuersitatē meritoꝝ suoꝝ disponunť: tō ad hoc repñtādū varietas diuersoꝝ officioꝝ i nostra eccl̄a reperiť. ¶ Que igitur festa i toto duplicia ⁊ q̄ semiduplicia dici debeāt liq̄do ptz ꝑm mysticū ītellectū. Nā ꝑm scōs visio dei erit premiū olim beatoꝝ: q̄q̄ dēvisio erit maior vel minor i olb⁹: ꝑm q̄ hic positi magis vel minꝰ i charitate q̄ est radix olim meritoꝝ pfecerint. Verūtm̄ sunt q̄dā spālia merita que ꝑm aliqua spālia premia habēnt alia merita: in futura gloria cōferenť. Nā spāle p̄miū supessentiale reddeť martyribus doctoꝛib⁹ ⁊ virginib⁹ q̄ō premiū aureola dr: ita q̄ q̄tū ad hoc aliqui scti duplex habebūť premiū. s. essentiale q̄ō dr̄ de visio: ⁊ accidēntale aureola: ⁊ ꝑm hoc festa scōꝝ pñt dici maiora vel minora. s. in quib⁹ premioꝝ rōnes magis vel minus reperiri pñt. Qui igiť btā virgo inter oēs scōs sublimiori p̄mio potiť q̄tū ad p̄miū essentiale: ⁊ rōnes etiā accidēntaliū premioꝝ sibi cōpetūt: tō et⁹ festū totū duplex dr̄ esse: sic est etiā in festiuitatibus ad honorē xp̄i statutis. Qui ꝙo post eos angeli scōm obtinēt locum: ⁊ post illos apli ⁊ martyres: et post ipsos alij: tō ꝑm eoꝝ plura vel pauciora essentialia ⁊ accidēntalia p̄mia: ipsoꝝ festū: vel totū duplex vel semiduplex vel simplex dr̄ ab eccl̄a militāte q̄ vestigia triūphātis imitatur ꝓformiter celebrari. Quidā ꝙo alia ꝓsideratione dicūtur festa duplicia q̄m. s. eadē die duo festa ꝓcurrūt: ⁊ tunc minus cedit maiori. Nā die illa de festo excellentiori officium celebrať: ⁊ de minori fit solūmodo cōmemoratio: ⁊ illius officiū ad diē sequentem reseruatur: sicut fit de beatis Petro ⁊ Paulo. Si ergo eadē die plura festa cōcurrāt: ⁊ oēs sunt martyres: illius q̄ inter eos maioris erit nobis officiū celebrabitur. Si ꙗo alter cōfessoꝛ ⁊ alius martyr vel martyres: si confessoꝛ maioris sit nobis q̄ō martyr vel puuilegiatus vt btūs Martinus: ⁊ cuⁱ⁹ gñaliter officiū īstituit ecclesia: dicendū est officiū de cōfessoꝛe: ⁊ cōmemoratio faciēda est de martyre sinautē celebrādū est de martyre. Jtē si festum andree ventret in prima dñica de aduētu fiet in scōa feria: idē dicimus de quolibet festo apl̄oꝝ ⁊ martyrū si occurerēt i premissis dñicis priuilegiatis. Jtē si festū habēs vigiliā ptingit in feria scōa: celebrať officiū de vigilia: et ieiunatur in sabbato antecedēnt. extra de obser. ieiu. c. j. Si aūt in quacūq̄ alia dñica a puuilegiatis. i. quib⁹ hystorie appropriate inueniunť euenerit festū apl̄i vel alicuius precipui martyris vel alterius scti q̄ propriū habeat officiū: attendendum est vtrū sequēs hebdomada siue singuli dies ipsi⁹ ppriū habeat officiū: q̄ō si hz fiet officiū de festo in dñica: ⁊ festū scti fiet in scōa feria. Si ꙗo nō hz fiat officiū de festo in dñica: ⁊ officiū dñice fiet in scōa feria: ⁊ sic dñica q̄tūq̄ cedit festo: quādoq̄ ecōuerso. ¶ Circa vigilias scōꝝ quare sic vocātur ⁊ vnde ortū habuerūt dictū est in sexta parte sub quarta feria tertie hebdomade aductus. Porro circa festa q̄ in septuagesima seu in tpe passionis siue ante illud occurrūt sicut ⁊ festum sancte Agathe: cathedra scti Petri: sancti Matthie: Annūciatiōis dñi: festū sancti Gregorij: festū etiā patroni cuiuslibet ecclesie si acciderit: vel anniuersarium illi⁹: vel pascha alicuius annotiuū generaliter dicim⁹ q̄ cātica laudis. s. Te deū laudamus: Gloria in excelsis deo. ⁊ Jte missa est. in illis debēt cātari: ⁊ oīa que cātarent i illis si in aliis tpib⁹ cōtigerēt ꝓrer alia: q̄m festa hmōi ad tps paschę pertinere noscūtur. Sed quare nō dr̄ tūc alla sicut alia cātica letitie? Rñdeo q⁹ illud est magis canticū letitie q̄ō alia q̄ sunt magis obsecrationes seu grāruꝫ actiones q̄ō cātica letitie. Licet ⁊ in illis sit aliqua letitia p̄sertim in cantu. Si ꙗo opponať q⁹ Gloria in excelsis q̄ō est ppriū natalis dñi: ⁊ Jte missa est. q̄ō est cāticū seu laus resurrectionis. ⁊ Te deum laudam⁹. q̄ō significat letitiam pro magna inuenta: nō debeant in festo annunciationis dñi cātari: pro eo q⁹ premissa i aduētu dñi nondū sua tēpora habebāt: q⁹ dñs nōdū ea in rebus humanis fuerat prosecutus. Rñdēt qui solēnizare contēdunt q⁹ hoc festū est olim festoꝝ xp̄i quasi fons ⁊ origo seu initium: q̄m ⁊ si natale dñi vel passio vel inuētio dragme nō dum erāt in reuel in tpe: habebantur tñ in spe: q̄m in spe eoꝝ ꝓdigia p̄cedebāt. Annotatiuū paschа vocatur q̄ō aliquis diem quo baptizatus est celebratur annuatim: q̄ō forte sumitur a gentilib⁹ qui diem in quo ad miseriam nascebantur natalitium obseruabāt in qua celebratione officiū paschę dr̄ scha. cātari preter alla: si in tpe quadragesime ptingat.

Varietas hec quare seruatur circa festa.

Alleluya cāticuꝫ est letitie.

Annotatiuū pascha

¶ Et nota q̄ hec tria. s. Te deū laudamus: Gloria in excelsis deo: ⁊ Ite missa est. sese cōcomitant et est ratio. Nam Gloria in excelsis significat illud ineffabile gaudium q̄d angelus pastoribus nūcia tūr dicēs Annūcio vobis gaudiū magnū: q̄ natus est nobis hodie saluator. Ite missa est. q̄d est dictu Ite ad propria missa est cōsummata: designat accessum pastorū ad locū natiuitatis xp̄i dicentium adinuicē post angelicā annūciationē. Trāseamus vsq̄ ad bethleē ⁊ videamus hoc verbū q̄d factum est. Quia ergo post annūciationē angeli secutus est pastor̄ accessus: ideo merito q̄n sacerdos dicit Gloria in excelsis deo. in quo predictum angelum representat dz etiā dici ite missa est. Similiter quādo hec duo dicūtur vel omittuntur Te deum laudamus. ad nocturnos dr vel omittuntur: q̄n ibi gaudiū ⁊ laudes celi ⁊ terre: creatoris ⁊ creature: capitis ⁊ membrorum significantur. sicut in Gloria in excelsis deo. celū ⁊ terra. creator ⁊ creatura. caput ⁊ mēbra cū laude ⁊ gaudio nominant: imo fere oīa q̄ ibi implicite p̄tinētur hic explicite ponūtur: merito igitur q̄n illud dr hoc nō dz omitti. Verūtamen nō semp premissa se cōcomitātur. Nā in festo cathedre beati Petri etiā si occurrat in quadragesima quedam ecclesie dicunt Te deū laudamus. ceteris laudibus tacitis: q̄ hoc cāntico vti solemus ad intronizādos epos in sedes suas: ⁊ beatus Petrus eadē die fuit in cathedra antiochena intronizatus. Itē in cena dñi dr Gloria in excelsis deo ⁊ Ite missa est. si episcopus adsit ⁊ chrismatis celebret officium. Et in sabbato sancto dr Gloria in excelsis deo: sz nō Ite missa est. in ipsis tñ diebus non dr Te deum laudamus. Item in die natiuitatis dr Gloria in excelsis in prima missa: sed Ite missa est non dr: ne populus licentiatū se credens non audito matutino discedat ⁊ ꝓpter hoc etiam quidam tunc reseruant finalem collectā prime misse: donec matutine expleantur cōcludētes postea missam sub Benedicamus dño: sed alia rō ponitur in quarta q̄te sub titulo de oratiōe nouissima. Secundam etiam missam eodē mō finiunt.

In die natiuitatis dicit Gloria i excelsis i prima missa: sz Ite missa est nō dicitur.

In quibusdam tamen ecclesijs dr tunc Ecce completa sunt omnia. nec datur populo licētia recedēdi: vt sciat se debere tertiam missam audire: in qua demum dr Ite missa est. In alijs autem in quib⁹ fit officiū ambrosianū in tpe quadragesime nulli⁹ sancti festiuitas celebratur: sz tñ cōmemoratio fit et idipsum antiqua decreta in alijs ecclesijs seruari iubebant: ⁊ antiquit⁹ cōiter sic fiebat. In alijs quoq̄ ecclesijs prius sacrificatur q̄ euangelium legatur vel cātetur. xxviij. q. iij. nō oportet. ⁊ c. seq. De officio festorū que tpe aduētus occurrūt dictū est in sexta parte in titulo de tempore aduentus. De festis vero resurrectionis vsq̄ ad octauā pentheco. hec regula generaliter in quibusdam ecclesijs seruatur q̄ in omnibus sanctorum festis cātatur hystoria Beatus vir. hoc in apostolis: martyribus. confessoribus: ⁊ virginibus. hoc in vno ⁊ in pluribus frequentatur. Vir enim iste beatus xp̄s est. Sm regulā ciconij caput ⁊ membra. Hic est enim martyr de quo dicitur in antiphona Filie hierusalem. quē sc̄m caput coronauit dominus stola immortalitatis in hoc tempore solēnitatis ⁊ letitie: et sc̄m membra postea coronabit in illo tempore quod p istud significatur q̄d erit eternitatis et glorie: hic est enim qui loquitur in officio quod hoc tempore frequentatur. s. Protexisti me deus. Hic est vitis vera: ⁊ sci sunt palmites. sicut dr in euangelio Ego sum vitis vera. Joan. xv. c. quod similiter hoc tempore frequētat: ⁊ sc̄m premissa patet q̄ etiam in festis duorum vel plurium sanctorum debet dici in predicta antiphona Filie hierusalem venite ⁊ videte martyrem. s. christum ⁊ nō martyres et alia in plurali sicut faciunt quidam. Frequentamus autem hoc tempore in festiuitatibus sanctorum identitatem officiorum: eo q̄ i suo significato idem erit denarius omnium: ⁊ q̄ tunc glorificati erimus vnum cum christo hoc tempore glorificato. ¶ Sed quēritur quare in tempore paschali non celebramus festa sanctorum qui cum christo surrexerunt: vel cum eo celos ascenderunt debemus enim de illorum glorificatione gaudere et solennizare sicut ⁊ de alijs sanctis cum certi sumus eos celos ascendisse: Respondeo q̄ ideo nō solennizamus: quoniam ad inferos descenderunt. Solennizamus enim sanctorum natalitia: quando videlicet celo nati sunt: vt ꝓmissum est: nō quādo inferno: de quo dictum est in sexta parte sub parascene. ¶ Potest etiam dici q̄ de glorificatione illorum in anima in pascha vel saltem in ascensione festare deberemus: sed non possumus ꝓpter auctoritatem officiorum illorum dierum. Sbūbiare tur enim solennitas illorum auctoritate maioris solennitatis: quoniam veniente principe cessat magistratus: et ideo statutum fuit vt per alia tempora anni diebus quibus ei dedicate fuerint ecclesie festa illorum celebrentur. Vel secundum Bedam in dedicatione ecclesie in qua nouem lectiones dicuntur: fit festum de illis: sicut ⁊ festū sancti Joannis baptiste fit ad finē augusti: qui tñ circa pascha mortuus fuit. ⁊ festum beati Jacobi compostele in iulio: qui tamen fuit tēpore paschali occisus. Beatus quoq̄ Petrus apostolus fuit incarceratus hoc tempore. Facta est eīm predictorū festorum mutatio: quia tāta erat festiuitas principis omnium q̄ nō poterant tunc celebrari solēnitates satellitū. intra illud Lede maiori. Verūtamē festa sc̄tor̄ veteris testamēti: vt Abrahā: Isaac: dauid Daniel ⁊ aliorū per greciam ⁊ apud venetias colūdicuntur: ⁊ ibi habere ecclesias. De Machabeis dr prout sub isto festo dicetur. Circa octauas notandum est q̄ octauam diem Leuiticus liber insinuat dicens Dies octauus erit celeberrimus atq̄ sanctissimus. ¶ Sane octaue sanctorum ideo celebrantur: quia sicut primus dies significat natiuitatem eorum. s. qualiter nascūtur celo ⁊ in societatem angelorum ⁊ sanctorū patrū quādo aie eorū a corpoib⁹ separantur: ita in octauis recolētes resurrectionē corporum congratulamur resurrectioni eorum. ¶ Et attende q̄ quorūdam sanctorū ce

Festa sanctorū veteris testamēti p̄ greciā et apud venetias colūdicūtur.

Nonnul lorū sanctorum quarece lebrātur octaue.

lebrantur octaue: ne hoc mysterū lateat: non aūt oīm: ne vilescat. Si enī nō valemus oīa festa celebrare sanctorū: quāto minus octauas eorū. Si igitur alioq̄ sctōq̄ octaue solēnes sunt: quātomagis sancti sanctorum. s. dñi natiuitatis octaue solennis erit. Videtur aūt q̄ natiuitas dñi non habeat octauā: q̄ illa tendebat ad mortē. Obitus ei sanctorū ideo habent octauas: q̄ tūc ipsi nascuntur ea natiuitate que est ad vitam eternā. Post illam enim natiuitatem q̄ est in morte speranda est gloria resurrectionis que datur in octaua: nō post natiuitatē que est ad mortem. Scōm hoc etiā videt q̄ natiuitas beate Marie z natiuitas beati Joānis bap. nō habēt octauā: nec etiā resurrectio dñi: in qua dñs recepit stolā corporis: que generaliter oībus fidelibus dabitur in octaua: tam enim ipsa resurrectio dñi facta erat in re. Quia igitur diuerse ecclesie i diuersis festiuitatib⁹ octauas celebrāt ideo ne illas reprehendere videamur dicimus q̄ duplex est octaua. s. reuerētie siue veneratiōis seu deuotionis z institutionis. Octaua reuerentie est festiuitatū pasche: penthecostes: natiuitas beate virginis marie: z beati Joā. bap. celebrantur enīz octaue illorū pro sola deuotione non pro alio mysterio Octaua etiam deuotionis est in sanctis patronis ecclesiarum z de sancto Nicolao z de beata maria Magdal. z similib⁹ q̄ octauas nō habēt sed quedā ecclesie ob deuotionē eas faciūt. Octaua vero institutionis quadripartita est: q̄ est octaua significationis: supplettionis: alterius negotij significationis: z future glorificationis. Octaua significationis est vt octaue sanctorum vigilias habentium z festum dedicationis ecclesie: qō fit i signum qō dedicabitur ecclesia. i. extrema z plenissima dedicatione dedicabitur tunc. i. copulabit xp̄o dedicari enim est copulari: z octaue martyrum: q̄ ipsi per ea que passi sunt: z ex eo q̄ hanc vitam p̄ nihilo habuerunt: ostenderunt q̄ erat vita immortalis. Unde octaue innocentium possunt dici octaue significationis: quia per eas resurrectio nostra significatur: prout sub festo illo dicetur: z etiā octaua beatoq̄ Petri z Pauli z quorūdam sanctorūz que significant stolam secundā. s. glorificationem quā in octaua etate beati habituri sunt. Sed quare ob similem etiam causam nō obseruatur seu celebratur octaua passionis dñi: sicutem xp̄s qui est sol iustitie natus est non propter se: sed vt lux nostris mentibus qui eramus in tenebris appareret sic etiam baptizatus est non propter se: sed vt nostra peccata lauaret: sic mortuus est nō propter se sed vt nos moreremur pctō q̄ qō nos liberaret a morte: Unde ideo ideo q̄ superuenīēs festum letitie obūbrat z abolet cōmemorationē tristitie. Preterea iz reddatur ratio quare premisse octaue fiant: non tm̄ rsq̄quaq̄ i similib⁹ exigitur q̄ octaue fiāt. Nā xp̄s fuit circūcisus carnaliter: vt circūcidamur spūaliter: ieiunauit vt ieiunem⁹ pedes lauit vt lauemus. Nec tantū octauas istorum aut similium celebram⁹: sed z octaue sctōq̄ ob causam dissimilem celebrantur: vt premissum est. Rursus dissimilem habet causam octaue paschalis solennitas cui nō fit octaue mysterij vel ministerij Octaua tm̄ additur propter octo beatitudines que in illa solēni octaua percipiunt: prout dictū est ibi: z etiā octaua penthe. que z ideo celebrat vt operū sanctisp̄us cōsummatio declaretur: est etiā oīm octauarū ratio generalis: q̄ scz octaua redit ad caput qō est de beatitudinib⁹. In libro de doctrina christiana asserit Augu. idēoq̄ dies primus est z octauus. s. dominicus: z ideo resurrectio dñi dicit facta in octaua: id est in die dñica. Idcirco igitur obseruat celebritas octauarū: vt reuertamur ad primū innocētie statū: in cuius innocētie recordatione in octaua die circūcisio agebatur: vt mens circūcisa fieret ab omni carnali cogitatione. Octaua supplettionis est octaua natiuitatis dñi: q̄ in ea supplemus quod minus factū est in festo natiuitatis. Quia enim in natiuitate multū actum est de partu: z parū de partūrīēte: ideo in octaua plenius agitur de parturiēte: quod apparet in respōsoriis z antiphonis laudum: z in diurno officio ipsius octaue: z ob similem etiā causam celebratur octaua epyphanie. Octaua altertius rei significationis est similiter octaua natiuitatis: prout ibi dictum est: z octaua agnetis. In illa enim rep̄sentatur q̄ beata agnes octaua die visa est gloriosa a quibusdam fidelibus: prout sub illo festo dicetur. Octaua future glorificationis est vt octaua obitus cuiuslibet sancti. Item nota q̄ tm̄ beatus Stephan⁹ z Laurentius habent inter martyres octauas institutionis: solus vero btūs Martinus inter confessores. De octauis pasche z ascēsionis z natalis dñi dictū est in sexta parte sub titulo de pascha. Licet autē regulariter in octauis festiuitatū fiat in missa officiū sicut in ipsis festiuitatib⁹ pro eo q̄ in octaua eadē dies cū ipso festo censetur. Hoc tm̄ fallit in octaua apostolorum Petri z Pauli: in quibus dicitur officium de martyribus: iz enim vna z eadē die ambo passi fuerint: non tamen eadē die de vtroq̄z in ecclesia solennizatur: prout sub eorū festo dicet. Ideoq̄ vtriusq̄ officiū nequit in octaua fieri: cū vnaz die dūtaxat ambo habeāt pro octaua. Oportuit ergo q̄ in eorū octaua aliquod cōmune officiū inueniretur: et ideo q̄ eorū martyriū maximi fuit meriti: officiuz dicitur de martyribus: quamuis de virtusq̄ proprijs actibus: mētio in ipso officio habeatur. Fallit etiā hoc in octauis beati Laurentij: in quo tria precipue valde cōmēdabilia fuerūt: videlicet pietas in elemosynis: firma stabilitas in fidei pfessione: z martyriū spetiale. De primo agitur in vigilia. De secūdo in festo: z ideo de tertio agi oportuit in octaua. Verum licet ecclesiastica officia ab aduentu dñi quod est tp̄s renouationis inchoant in prohemio sexte partis diximus: in hac tm̄ parte simplicius incedētes kalendariū prosequemur a mense ianuarij inchoādo de aliquibus anni festiuitatibus seriatim aliqua spetialia apponētes vcz de sanctis Fabiano z Sebastiano: de sancta Agnete: de cōuersione sancti Pauli: de sctō Juliano: de sancta Agatha: de purificatiōe btē Marie: de cathedra sancti Petri: de annunciatione

untiū q: ipsi diligētius ⁊ apertius hystoriā euā gelicā descripserūt: rū q: iz aliqñ varia seu diuersa nunc̄ tñ cōtraria seu aduersa scripserunt: rū q: illi quattuor animaliū figuris in visione Joan. et Ezechi. prefiguratī sunt Ezech. j. ca. Matheus per hominē: eo q̄ eius intentio precipue circa scribendā christi humanitatē versatur. Unde eius liber ab humana christi natiuitate sumit exordiū. Liber inquit generationis Jesu xp̄i ⁊c. Marcus per leonē in deserto rugientē: eo q̄ eius intētio precipue circa describendā eius resurrectionē consistit. Unde eius euangeliū antonomatice in die resurrectionis legitur. Dicitur aūt q̄ leo rugitu maximo tertia die suos excitat catulos: ita ⁊ de⁹ pater immēsa potēcia sua filiū suū tertia die suscitauit. vnde ⁊ Marcus ab exclamatione incipit scz a predicatione Jo. in deserto clamātis ⁊ dicentis Vox clamātis in deserto. Et scias q̄ marcus fuit lōgo naso: subducto supercilio: pulcher oculis caluus: barba prolixa: habitudinis optime: etatis medie canos aspersus. Lucas per vitulū eo q̄ p̄cipue circa describēdā xp̄i passionem eius intētio versat: in qua xp̄s se obtulit hostiā deo patri idez ipse sacerdos ⁊ hostia. Vitulus em̄ erat hostia sacerdotalis. vnde a sacerdotio incipit dicēs. Fuit in dieb⁹ herodis regis iudee sacerdos quidā ⁊c. Joānes per aquilā: q: ceteris cū dño gradiētib⁹ ipse in celū ad describēdā xp̄i diuinitatē volauit dicēs. In principio erat. de hoc dictū est in prima parte sub ti. de picturis. Ibe siquidē quatuor principales intētiones designate sunt per figuras illorū quatuor animaliū: ⁊ quoz quodlibet secundū visionē Ezechielis quattuor habet facies quoniā omnes de singulis agūt: iz quidā principaliter de quibusdā presertim cū omnes agāt de xp̄o: quatuor ille figure cōuenīūt: fuit nāq̄ homo nascēdo vitulus moriendo: leo resurgēdo: aquila ascendēdo. Que vt melius intelligas imagina aliqđ animal habēs caput quadrātū: ⁊ in qualibet superficie imagina vnā faciez videlicet a parte anteriori faciē hominis: a dextris faciē leonis: a sinistris faciē vituli: a parte posteriori faciē aquile a superiori. Quia vero facies aquile super alias eminebat propter colli lōgi productionē: ideo dicitur q̄ erat desuper. Quodlibet etiā horū habebat quattuor alas. de peni. dist. ij. pennata. Finge em̄ quodlibet animal quasi quadratum: in quadrato sunt quattuor anguli: ⁊ in quolibet angulo erat vna ala Porro hi quattuor significati sunt per p̄dicta q̄ttuor flumina: per phison Joānes: per gyō Matheus: per tygrim Marc⁹: per eufratē Lucas. Sic enim clare probat Innocentius tertius de euāgelistis in sermone. Sunt etiā significati per quattuor annulos archē. q̄ aurei ⁊ rotūdi erāt. In auro claritas: in rotūditate que initio caret ⁊ fine designatur eternitas ipsi enim eternā christi claritatē: ⁊ clarā eternitatē describūt per duos annulos a sinistris duo euāgeliste: scilicet Matt. ⁊ Joannes qui ab ipso christo fuerūt edocti significatur. Quidā tñ per duos annulos a sinistris Matth. ⁊ Joannē: qui adhuc passibili ⁊ mortali adhesērant accipiūt per duos a dextris Marcū ⁊ Lucā qui post ascēsionē et iā facto immortali ⁊ impassibili adhesērūt accipiūt: per sinistrā enim mortalitas: per dexterā immortalitas designat ꝓm illud. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illi⁹ amplexabitur me. Et propter hāc causam in picturis ecclesiarū Paulus ad dexterā: ⁊ Petr⁹ ad sinistrā statuunt saluatoris: ⁊ in bulla papali caput Pauli a dextris crucis: ⁊ caput Petri a sinistris. ¶ Sane in quibusdā ecclesiis antiphona ad Magnificat in eorū officio est. Ecce ego Joānes vidi ostiū apertū in celo ⁊c. Apo. iiij. Per horas aūt dicitur capitulū. In medio ecclesie aperuit os eius. Ecc. xv. cap. ⁊ illud. Cibauit illū dñs pane vite ⁊ intellectus ibidē. ⁊ illud. Jocūditatē ⁊ exultationem thesaurizauit: quod est ibidē. Omnia respōsoria sumpta sunt de Ezec. Primū est de visione dei. j. vidi cōūctos ⁊c. ¶ In laudibus vero habet de ministerio predicationis eorū. Dilecti deo ⁊ hominibus ⁊c. Ecclesia. xlv. ca. ¶ Introitus misse p̄pie est. Os iusti meditabitur sapientiā. Tamen Jo. euangelista habet introitū proprium ꝓpter priuilegiū amoris ⁊ dignitatis: videlicet. In medio ecclesie aperuit os eius ⁊c. qz ipse nō tātū fuit euāgelista: sed etiā prophera: quod patet in principio libri Apoc. vbi dicitur. Beatus qui legit ⁊ qui audit verba prophetie huius: ⁊ seruat ea que in ea scripta sunt. Notā dū tñ est q̄ ille introitus ꝓpter priuilegiū predicationis secūdario cōperit Augusti. Greg. ⁊ aliis expositoribus. ¶ Epistola in quibusdā ecclesiis est de figura quattuor animaliū. Ecce ego Jo. vidi ostiū apertū. Apo. iiij. ca. Alie ecclesie dicunt illā. Ezec. j. capi. Similitudo vultus ⁊c. Responsoriū est. Beatus vir qui timet dominum ⁊c. versus est. Potens in terra erit semen eius ⁊c. quod intelligitur de semine verbi dei ⁊ bonis operibus. Sequitur. Generatio rectorū benedicetur qz euāgeliste generant filios dei qui benedicuntur. Alleluya in quibusdam ecclesiis est. Ad syon dicet ecce assum: ⁊ hierusalem euangelistā dabo. Esa. xlj. c. In aliis vero ecclesiis dicit alia. Beatus vir euāgeliū est. Designauit dñs et alios septuaginta duos discipulos. Luc. x. c. sequitur. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarij vero pauci. xx. dist. in nouo. Offertorium est. Posuisti dñe super caput ⁊c. ¶ Postcōmunio est. Magna est gloria eius in saluatari ⁊c.

Jo. euā gell. nō tñ fuit euangelista sed etiā prophēta.

Christ⁹ fuit homo nascendo: vitulus moriendo: leo resurgēdo: aquila ascendendo.

¶ De martyribus. Rubrica.

Artyr grece dicit testis latine: martyres enim testes sunt: q̄ christus passus est pro omnib⁹ ⁊ ipsi pro christo. ¶ Sane solus beatus Lauren. inter martyres vigiliam habet ⁊ octauam prout sub eius festo dictū est. Omnes enim martyres singulares habēt cōmunia officia exceptis Stephano: Laurentio: Joanne baptista: ⁊ aliis quibusdam. Et est introitus ad missam. Gloria ⁊ honore coronasti eum dñe: vel Sapiētia sanctorū. Eccl. xliij. c. vel Judicabunt sancti. Sapien. iij. c. vel sacerdotes dei. Daniel. iij. vel Letabitur iustus. Hī tamen in paschali tēpore habēt aliud

officiū q̃ i illo tpe opꝫ q̃ frequẽter repetat alleluya propter gaudiū resurrectiõis: ⁊ tunc introitus. Protexisti me a cõuẽtu malignãtiū ⁊c. ⁊ qr corona debẽt eis tanq̃ victorib⁹: ideo sepe fit mẽtio de corona: vñ Stephanus interpretat coronat⁹. Epla Fo qñq̃ dicit pro vno martire. Justus cor. Eccl. xxxix. c. qñq̃ illa. Beat⁹ homo q̃ inuenit sapiẽtiã. Prouer. iij. c. qñq̃. Justorũ aie. Sap̃. iij. c. qñq̃ illa. Just⁹ si morte occu. que est ibidẽ. iiij. ea. qñq̃ illa. Beat⁹ vir q̃ in sapiẽtia. Eccle. xxiiij. c. ⁊. xv. qñq̃ illa. Bñdicẽs deꝰ ⁊ pater ad Cor. j. c. qñq̃ illa. Memor esto. ij. ad Tymo. ij. cap̃. qñq̃ illa. Nemo militãs. q̃ est ibidẽ: quãdoq̃ illa. Beatus vir q̃ inuent⁹ est. Eccle. xxxj. ca. quãdoq̃ illa. Benedictio domini super caput. Prouer. xxvj. c. qñq̃ illa. Stabunt iusti. Sapiẽ. ⁊ cap̃. Euangelium Fo dicit quãdoq̃. Si quis vult post me venire. Matth. xvj. ca. qñq̃ illud. Si quis venit ad me. Luce. xiiij. qñq̃ illud. Nisi granũ Joã. xij. ca. qñq̃ illud. Nolite arbitrari. Matthei. x. qñq̃ illud. Nihil opertũ: qđ est ibidẽ: qñq̃ illud. Si qs venit ad me ⁊ nõ odit. Luce. xiiij. c. Pro pluribus vero martyrib⁹ dicit quandoq̃ epistola. Lingua sapiẽtiũ. Prouer. xv. ca. quãdoq̃ illa. Bñdictus deus ⁊ pater dñi nostri Jesu xpi. j. Pe. j. c. quandoq̃. Justorũ aie. Sap̃. iij. c. qñq̃. Rememoramini pristinos dies. ad Hebr. x. qñq̃. Sãcti p fidẽ. ad Hebre. xj. c. qñq̃. Expectatio iustorũ letitia. Prouerb. xj. c. qñq̃. Hi sunt viri. Eccl. xliij. cap. qñq̃. Absterget deus. Apo. vij. qñq̃. Reddet deꝰ sa. x. quãdoq̃. Justi autẽ in perpetuũ viuẽt. Sap̃. v. c. quãdoq̃. Quis separabit nos a charitate xpi ad Rom. viij. ¶ Alia est. Hi sunt duc olive. Apoc. xj. c. Euãgeliũ Fo quãdoq̃ vi. Cũ audieritis prelia. Lu. xxj. quãdoq̃. Descẽdẽs Jesus de monte. Luce. vj. c. quãdoq̃. Videẽs iesus turbas Matt. v. c. qñq̃ egrediẽte Jesu de tẽplo. Matth. xiij. c. quãdoq̃. Attẽdite a fermento phariseorũ. Luce. xij. ca. qñq̃ illud. Sedẽte Jesu super mõtẽ olivẽti. Matth. xxiiij. ca. qñq̃ illud. Ue vobis q̃ edificatis. Luce. xj. ca. quãdoq̃ illud. Qui vos audit Lu. xj. ca. qñq̃ illud. Cõfitebor tibi pater. Matt. xxvj. ¶ Dicit postcõmunio. Amẽ dico vobis qđ vni. Matthei. v. c. quãdoq̃. Et si coꝛã hominib⁹ Sap̃. iij. ca. quãdoq̃. Quicũq̃ fecerit. Matthei. xij. qñq̃. Dico autẽ vobis. Matt. x. ca. quãdoq̃ Signa autẽ. Marci. vi. ca. ⁊ quãdoq̃. Multitudo. Lu. vj. cap. ¶ In nocturnali Fo officio primũ respõsoriũ est. Iste sanctus pro lege dei sui certauit vsq̃ ad mortẽ ⁊c: ⁊ est q̃nti toni: qr petulãtia q̃nq̃ sensuũ fuit mactata i eis. In tẽpore Fo paschali primũ rsoriũ est. Beat⁹ vir q̃ metuit dñm ⁊ est octaui toni ꝓpter octauã que significat gloriam resurrectionis: qr Fo sancti martyres in tolerandis tormẽtis se habuerunt cõstanter: ⁊ cõstãtia a solo deo est: ideo illud rsoriũ. O veneranda martyrũ ⁊c. cãtat pro eis: ⁊ est q̃nti toni quia martyres quinq̃ sensus deo immolauerunt. De martyribus etiã cantatur illud responsoriũ. Fulgebunt iusti: ⁊ tanq̃ scintille in arũdineto discurrent iu. ga. ⁊ re. in eternum ⁊c. Sapiẽ. iij. cap. ⁊ est sensus. Justi fulgebunt in futuro diuersis beatitudinibus: primus tamen in hoc seculo discurrent id est per diuersas mũdi partes curritãdo diuina verba aliis annunciabunt: ⁊ hoc faciũt more scintillarum discurrentiũ per arundinetũ: sicut enim scintille vel fauille ignis arũdinetũ id est materiã fragilẽ arundinũ atterunt ⁊ annihilant sic ⁊ sancti sua predicatiõe ignita id est diuino igne accensa: vitia que respectu fortiũ virtutũ fragilia sunt destruẽt. Judicabũt id est dñabunt natiões id est illos qui in peccatis suis permanserunt: ⁊ regnabunt in eternũ id est in eternitate cũ deo recipient immortalitatẽ ⁊ impassibilitatẽ ceteraq̃ virtutes. ¶ Rursus in his verbis exprimitur stola carnis quã sancti recipiẽt: que cõsistit in quatuor: scilicet in charitate: subtilitate: agilitate: ⁊ impassibilitate. Nã fulgebũt clari ⁊ tanq̃ scintille subtiles in arundineto discurrẽt agiles: ⁊ regnabit dominus eorũ in ꝓpetuũ ⁊ ipsi cum dño impassibiles. Nam absterget deus oẽm lachrymam ab oculis sanctorũ ⁊c. immo exultabunt in gloria ⁊ de cubilibus suis: q̃ ad stolã spũs refertur quã etiã recipiunt sancti. ¶ Et nota q̃ arundinetũ est locus in quo sunt multe arundines: siue canne sicut in paludibus: flante autẽ austro ex assidua cõfricatione arundinũ ignis accenditur: scintille vndiq̃ aduolant ⁊ accendit arundinetum: qđ allegorice cõtingit in sanctis. De martyrib⁹ etiam cantatur. Circuierunt in melotis hebreorũ. xj. quasi dicat in petra. Melota est vestis facta de pilis vel de pelle cuiusdã animalis: qđ melota vocatur siue taxus. Est em̃ habitus necessarius ad exercitia operis. ¶ Per horas etiã dicitur capitulũ illud. Beat⁹ vir q̃ suffert. Jacobi. j. ca. ⁊ illud. Beatus vir qui inuẽtus est sine macula. Eccles. xxxj. cap. ⁊ illud. Beatus vir q̃ in sapiẽtia morabitur. Eccles. xliij. ca. ⁊ illud. Justorũ anime. Sapiẽ. v. ca. ⁊ illud. Justi autẽ. ibidẽ. ⁊ illud. Sancti per fidẽ ad Hebreos. xj. ca. ⁊ illud. Potuit em̃ transgredi ⁊ nõ transgressus. Eccles. xxxj. ca. ⁊ illud. Corona aurea super caput eius. Eccles. xlv. ca. ⁊ illud. Stolã iocunditatis induit. ibidẽ. ibi tamen dicit stola glorie. ⁊ illud. Sancti ludibria ⁊ verbera. ad Hebreos. xj. cap. ⁊ illud. Tanq̃ aurũ in fornace. Sapien. iij. cap. ⁊ illud. Hi sunt qui venerunt de tribulatiõe. Sapiẽ. vij. ca. ⁊ illd̃. Nõ esuriẽt neq̃ sitient. ibidẽ. ⁊ illud. Justi tulerunt spolia impiorum. Sapien. x. cap. ⁊ illud. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas. Prouerbiorum vndecimo capitulo. ¶ Illud etiam sciendum est q̃s ecclesia celebrat festum quorundã martyrum veteris testamenti: prout dictum est in festo machabeorum.

petulãtia qñq̃ sensuũ mactata fuit i martyribus.

¶ De confessoribus. Rubrica.

Confessores dicuntur laudatores: ij autẽ tam martyres q̃ ỽgines q̃ etiã oẽs sancti veri sunt Christi confessores: martyres tamen: qr in iracundis vincunt: transcendunt ⁊ super lucrãtur ꝑ cedle vocabulũ martyrũ: ⁊ virgines quia vincunt in ꝓpitiabili nomẽ virginũ: ⁊ doctores quia alios superant in rationabili doctorũ. hinc

Stola carnis consistit in qualitate tuor.

Arundinetum.

Melota.

Confessores distinguũtur in episcopos et presbyteros.

est q martyres ꝛ virgines ꝛ doctores aureola decorabuntur. Sane confessores distinguuntur in episcopos ꝛ presbyteros. ¶ De episcopis dicitur introitus. Statuit ei dominus. Eccleſia. xlv. capitu. et Epistola. Ecce sacerdos magnus. Eccleſi. xliij. ipſi enim sunt magni sacerdotes et illud de episcopis dicitur. Inuenī dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eum: quia non tantum vncti fuerunt in baptiſmo ꝛ in confirmatione ꝛ ordinatione in presbyteros: sed etiam in consecratione in episcopos vt habeant misericordiā superfluentem: ꝛ officia illa que incipiunt sacerdotes propie competunt episcopis. cetera sunt communia: ꝛ plura sunt responsoria octaui toni: quia afflixerũt ꝛ crucifixerũt carnem suam cum vitijs et concupiſcentijs propter octauas resurrectionis. ¶ Rursus de confeſſoribus dicitur quandoq epiſtola. Dilectus deo. Eccle. xlv. capitu. quandoq. Teſtificor coram deo. ij. ad Thimo. iiij. quandoq. Plures facti sunt sacerdotes ad Hebreos. vij. capitulo quandoq. Dedit dominus confeſſionem. Eccleſiaſtici. xlvij. capitulo quãdoq. Juſtus cor suum. que eſt Eccleſiaſtici xxxj. capitulo quandoq. Sapientia laudabit animam suam. Eccleſiaſtici. xxxiij. capitulo. quandoq. Juſtum deduxit dominus. Sapientie. x. capitulo quandoq. doctrinis variis. ad Hebreos xiij. capitulo quandoq. Ego enim iam deliboꝛ ij. ad Thimo. iiij. capitulo. ¶ Alleluya. Juſtus germinabit. Eſa. xxxv. capitulo. Euangelium vero dicitur quãdoq. Sint lumbi veſtri precincti. Luc. xij. quandoq vigilate. Matth. xxiiij. quandoq. Homo quidam peregre. Matthe. ij. capitulo quandoq. Videte vigilate. Marci. xiij. capitulo. quãdoq. Homo quidam nobilis. Luc. xix. capitulo quãdoq. Nemo accendit lucernam. Luce. xj. capitulo quãdoq. Vos eſtis ſal terre Matthei. v. capitulo quandoq. Nolite timere puſillus grex. Luce. xij. capitulo. ¶ Poſtcommunio eſt. Quinq talenta. Matthei. xxv. capitulo. et quandoq. Fidelis ſeruus. Matthei. xxiiij. capitulo. ꝛ Luce. xij. capitulo. ¶ Per horas vero dicitur capitulum illud. Ecce ſacerdos. Eccleſiaſtici. xxiiij. cap. ꝛ illud Benedictionem omnium gentium: quod eſt ibidem. ꝛ illud. Cognouit eum. ibidem. ꝛ illud. Juſtum deduxit. Sapien. x. capitu. ꝛ illud. Juſtus cor suum Eccleſiaſtici. xlv. capi. ꝛ illud. Magnificauit eum in conſpectu regum Eccle. xlv. cap. ſed q hic dicitur. Magnificauit dicitur ibi Glorificauit. ꝛ illud. Labia ſacerdotis cuſtodiunt. Malachie. ij. capitulo. ꝛ illud. Nõ eſt inuẽtus ſimilis illi. Eccle. xxiiij. ca. ꝛ illud. Fungi ſacerdotio ꝛ habere laudẽ. Eccle. xlv. c. ꝛ illud Talis decebat vt eſſet nobis põtifex ibidẽ: ꝛ illõ. Collaudabũt multi ſapiẽtiã ei⁹: ꝛ vſq̃ i ſeculũ nõ recedet memoria eius. Eccleſia. xxxj. c. ꝛ illõ. Honeſtauit illũ in laboribꝰ. Sapiẽ. x. c. ꝛ illud. Cuſtodiuit illũ ab inimicis: qõ eſt ibidẽ. ¶ Illõ aũt nouũ eſt q ſi plura feſta in eadẽ die cõcurrãt: illꝰ q̃ inter eos maioris erit nominis officiũ celebrat: de hoc dictum eſt in prohemio huius partis.

¶ De virginibus. Rubrica.



Officiũ matutinale virginũ maxima ex parte sumit pſalmo epythalamico: ſcilicet Eructauit cor meũ: in quo agitur de laudibꝰ spõſi ꝛ spõſe: virgines eñ sunt sponse chriſti: que sequũtur agnũ quocunq ierit in corpore ꝛ aĩa propter integritatẽ corporis ꝛ aĩe. Notandũ autẽ eſt q illud reſponſoriũ quod eſt de sponſo: ſcilz. Audiui vocem de celo ꝛc. qõ in quibuſdã eccleſijs dr eſt primi toni: quia vnicus eſt sponſus animarũ xpi ꝛ sumitur de Matthẽo. xxv. cap. illud vero quod eſt de cõtemptu mundi: ſcilicet Regnum mundi ꝛ omnem ornatum ſeculi contempſi ꝛc. eſt quinti toni: quia ibi oſtenditur conculcatio quinq ſenſuum. ¶ De virginibus enim cãtatur illud. Fulcite me floribus. Cantaticoꝝ. ij. ꝛ quod expoſitum eſt in quinta parte ſub titulo de ſexta. In q̃buſdam eccleſijs dicunt verſiculum de virginibus illum. Elegit eam deus ꝛ preelegit eam: ſed alij rectius conſiderantes q ſola beata virgo maria preelecta eſt in honoꝛem eius tantũ dicunt illum: pro alijs vero virginibus dicunt. Elegit eã deus ꝛ dilexit eam. ¶ Per horas etiam dicitur capitulum. Qui gloriatur. j. Corin. ij. ca. ꝛ. j. Corin. x. c. ꝛ illud Emuloꝛ eñ. j. Corin. xj. ꝛ illud. Sapientia vincit. Sapien. viij. ꝛ illud. Memorari ſunt dñe miſericordie tue. Eccle. ij. c. ꝛ illud Liberaſti me a perditione ibidem: ꝛ illud. Accinxit fortitudine lumbos ſuos. Prouerb: xxxj. ca. In officio miſſe ſi ſit virgo ꝛ martyr proprium officium eſt. Loquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regum ꝛc. Alia communia ſunt: excepto q de beata Agatha dicitur introitus: Gaudeamus oẽs in domino. pro eo q ipſa excellenter letiſſima venit ad paſſionem: ſicut de ea ſcriptũ eſt. Agatha letiſſime ꝛ gloriante ibat ad carcerem: ideo eius letitie noſtram letitiam ſociamus: ꝛ cum ea in domino cõgaudemus. ¶ De beata etiã agnete officium miſſe eſt. Me expectauerunt. ratio quare poteſt ex eius legenda haberi. Et nota q de virginibus dicitur quandoq epiſtola. Confitebor tibi domine Eccle. ij. cap. quandoq. Qui gloriat ij. Corin. x. cap. quandoq. Domine deus meus exaltaſti. Eccle. ij. ca. quãdoq. Sapiẽtia laudabit animam ſcilicet. Sapien. xxiiij. quandoq. Sapientia vincit maliciam. Sapien. viij. quandoq. De virginibus. j. ad Corin. vij. quandoq. Dominus poſſedit me. Proue. viij. c. Alleluya ꝛ poſtcommunio. Quinq prudentes. Matth. xxv. ca. Euangelium quãdoq dicitur. Simile eſt regnũ celorum theſauro abſcondito in agro. Matth. xxiiij. cap. quandoq. Simile eſt regnum celorum decem virginibus Matthei. xxv. cap.

Beata Agatha letiſſima venit ad paſſionem

¶ De feſto ꝛ officio dedicationis eccleſie. Rub.



Quoniã in parte prima dictũ eſt qualiter eccleſia dedicanda ſit. Reſtat vt hic aliqua de officio qõ in feſto dedicatiõis eccleſiarũ dicitur ſubijciam⁹. Feſtũ ergo illud ſolẽniter ab eccleſia celebrat de quo in ioãne habet. Facta ſunt ence-

nia: id est festa dedicationis in hierosolymis: & ie
sus ambulabat in templo i porticu Salomonis ad
cõfirmationẽ illius festiuitatis. de cõ. dist. j. solẽt
tates. Et dicitur porticus salomonis: qr salomon
solebat ibi orare: & ibi orauit in die dedicationis.
Hoc etiã festũ in veteri testamẽto fiebat: vnde le
gitur in primo libro. Macha. iiij. capi. Elegit iu
das machabeus sacerdotes sine macula: & mun
dauerunt sancta. Ecclesia enim militãs põt mũ
dari: sed nõ triũphans: & Aug. dicit in omelia su
per predicto verbo. Facta sunt encenia. Illũ diez
quo templũ dedicatũ est in dei solẽniter celebrent.
Celebrauerũt aũt in dei encenia octo dieb⁹: qua
re videt q nos similiter festũ dedicatiõis debem⁹
octo dieb⁹ solẽnizare: vt in predicto cap. solẽnita
tes. §. j. Sed mirũ est quare octo dieb⁹ celebrauer
ũt encenia. cũ pascha & scenophegiam non cele
brauerint nisi per septẽ dies tantũ. vt de cõ. dist j.
§. j. Ad hoc respõsio: qr hec festiuitas specialiter
significat eternã dedicationez in qua ecclesia illa
scilicet anima sancta tra deo dedicabitur. i. copu
labitur vt nõ possit ad alios vsus trãsferri: quod
erit in octaua resurrectionis: & ideo in nouo testa
mento habet hoc festũ octauas. ¶ Hec ecclesia
cõstruit in baptismate & in doctrina & in penitẽ
tia. Hic enim auditur securis & omnis generis fer
ramentũ: id est omnia genera flagellorũ & disciplĩ
narũ scilicet in hac ecclesia militãte que per taber
naculũ moysi significatur. Tabernacula enim mi
litantium sunt. Templũ vero illud salomonis si
gnificat ecclesiã triũphantẽ in qua hec nõ auditũ
tur. ¶ In matutinali officio dicunt illi psalmi in
quibus fit mentio de portis que specialiter sunt ti
mor & amor. sicut habetur in psalmo illo. Domĩ
ni est terra. ibi. Attolite portas principes vestras
&c. Itẽ illi in quibus fit mentio de altari sicut in
psalmo illo. Judica me deus & discerne &c. Item
illi in quibus fit mẽtio de ciuitate vt sunt illi. Deꝰ
noster refugiũ &c. & magnus dñs noster. Item illi
in quib⁹ fit mẽtio de atrijs & de portis: vt sunt illi.
Quam dilecta tabernacula. & Fundamẽta eius
in montibus sanctis. Sed queritur quare tunc di
citur psalmus ille. Domine deus salutis mee. ad
quod quidã dixerũt q ideo quia ibi fit mẽtio de
sepulchris: sed hec ratio non valet: quia ibi nõ fit
mentio de talibus sepulchris in quibus habitãt
siue sepeliuntur corpora fidelium. iuxta ecclesiaz
sed de sepulchris malorum. vnde dicimus q di
citur ille psalmus eo q est psalmus penitẽtialis:
& specialiter ibi de oratione habetur que in eccle
sia facienda est. Unde ibi dicitur. Intret oratio
mea in cõspectu tuo. Dicit aũt dominus de eccle
sia. Domus mea domus orationis vocabitur.
Octauus vero psalmus est. Qui habitat in ad
iutorio altissimi: id est in ecclesia: qr ibi dicitur. Al
tissimũ posuisti refugiũ tuũ qr super oẽs montes
in vertice mõtũ fundata est ecclesia. Ultima ve
ro antiphona: scz ad Magnificat in vesperis est
pax eterna: qr ad hoc celebratur dedicatio vt dedi
cemur & habeamus illã pacẽ eternã. Per horas
aũt dicitur capitulũ illud. Vidi ciuitatẽ Apoca.
xxj. c. & illud. Ecce tabernaculũ: qđ est ibidem & il
lud. Unusquisq; propriã mercedẽ. j. Corin. iij. & il
lud. Fundamentũ aliud nemo potest ponere. ad
Corin. iij. Sane huic festo cõpetit q Iacob vidit
scalam & angelos ascendẽtes & descẽdẽtes: id est
totã ecclesiã vidit vna visione & erexit lapidem:
id est xpm qui est lapis in summo: & est lapis an
gularis & fundamentũ qui omnia sustinet: erexit
inquã in titulũ preconiale. memoriale & triũpha
lẽs fundens oleũ desuper. Siquidẽ Jacob. i. pre
latus fundit oleũ super lapidem: id est christũ ad
ostẽdendũ eius christmata & idẽ propheraut ia
cob dicẽs. Terribilis est locus iste. nõ est hic aliud nisi dom⁹ dei & porta celi vere dñs est in loco isto & ego nesciebã. Terribilis est enim ecclesia demo
nibus propter dei similitudinẽ quã habet: & pro
pter hoc ad missam est introitus. Terribilis est lo
cus iste. Gene. xxviij. Sequitur. & vocabitur aula
dei. hoc apposuit beatus Gregorius de suo: p eo
q ibi paratus est deus exaudire sicut dixit dñs sa
lomoni. iij. Regũ. xiij. Exaudiui orationẽ tuã &c.
Quare autẽ terribilis sit: ostẽditur in versiculo.
Dominus regnauit decorem induit: scilicet in mẽ
bris suis: & ideo terribilis est ecclesia demonibus
In consecratione vero altaris est introitus. Di
cit dñs sermones mei. Ysaie. xlv. & xvj. Epistola
sumitur de Apoca. xxj. vidi ciuitatẽ sanctã hieru
salẽ &c. responsorũ est. Locus iste scilicet eccleſia
materialis sanctus est: qr sanctificata est ad hoc
vt ibi dominus exaudiat preces et ideo prestat
orantibus sanctitatem. Salomon enim orauit vt
dominus orantes ibi exaudiret: et dominus dixit
ei. Exaudita est oratio tua: hoc enim significatuz
est. iij. Regum. viij. capi. vbi Salomon dedicato
templo ait. Quicunq; orauerit in loco isto exau
dies in loco tabernaculi tui in celo: & cum exau
dieris propicius eris. Alleluya est in quibusdam
ecclesijs. Q̃ q̃ metuendus est. Gene. xxviij. euan
gelium vero est. Egressus ieſus. Luc. xix. eo q ibi
habetur. Hodie salus domui huic facta est. In
quibusdam tamen ecclesijs legitur euangelium
de mattheo in quo habetur. Et non potuerunt
subuertere domum illam. Fundata enim erat su
pra firmam petram. sequitur offertorium de ver
bis Dauid i paralipomenõ. j. vltimo capitulo vel
secundum alios sunt verba salomonis. Domine
deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vni
uersa hec. Obtulerat enim sacrificia inestimabilia
que significant bonas operationes siue cogita
tiones: & bona desideria que inestimabilia sunt &
numero & precio. ¶ Sequitur postcõmunio. Do
mus mea &c. Ysaie. lvj. & Matt. vij. ¶ Nota q si
festũ dedicationis ecclesie occurrerit in passione
dñi fit in sequẽti hebdomada: si vero in festo ascẽ
sionis: de ascẽsione fiet officiũ: & officiũ dedicatio
nis differt. Salomõ enim dedicauit tẽplũ duode
cima die mensis: & decima die mẽsis occurrebat
scenophegia: celebrauit autem dedicationem tẽ
pli per septem dies & prorogauit scenophegiam
vsq; post dedicationem.

¶ Explicit liber septimus.

Ecclesia fundata est super omnes montes in vertice montium.

Ecclesia terribilis est demonibus propter dei similitudinem quã habet.

Incipit liber octauus.

¶ De computo ⁊ kalendario ⁊ pertinentibus ad illa. Pulcherrimus enim est liber iste ⁊ clericis et laicis necessarius valde.



Quoniam sicut ait beatus Augustinus. xxxvij. dist. que ipsis. Sacerdotes cōputū scire tenentur: alioquin vix in eis nomen sacerdotis cōstabit: sub quo verbo noticiam cursus tēporis lune ac kalendarij intelligimus: quoniā compotus est scientia certificandi tempus secundū solis ⁊ lune progressum. Idcirco ad simplicium sacerdotum institutionē in hac octaua ⁊ finali parte de hoc aliqua claro compendio perstringemus: prout ad vsum ecclesie dignoscitur pertinere. Dicitur autē cōputus a computo computas: quia in ipso computando procedimus: non quia in ipso computare doceamur: ⁊ est duplex compotus scilicet astronomicus seu philosophicus: ⁊ vulgaris seu ecclesiasticus: sed de astronomico nil ad presens. Vulgaris compotus est scientia distinguēdi tempus certa ratione: siue scientia temporis discretiua secundum ecclesie vsum. Tēpus vero prout hic sumitur est secundum Tullium quedam quantitas anni mensurni diurni seu alterius spacij. Vel tempus est mora motus rerū variabilium: cuius partes decem esse dicuntur: scilicet annus: mensis: septimana: dies: quadrans: hora: punctum: momētum: uncia: ⁊ athomus. Annus continet duodecim menses: ⁊ quinquagintaduas septimanas: ⁊ diem vnam: ⁊ trecentos sexaginta quinq; dies: et sex horas. Mensis continet quattuor septimanas vel paulo plus. Septimana septē dies. Dies quattuor quadrantes. Quadrans sex horas. Hora quattuor puncta. Punctum decem momenta. Momentū duodecim uncias. Uncia quadraginta septem athomos. Athomus indiuisibilis est. Nā athomos grece indiuisio dicitur: vnde athomos grece indiuisio latine. Anni ergo solaris fere duodecima pars mensis est. Septimana vero est fere quarta pars mensis. Dies naturalis septima pars septimane. Quadrans quarta pars diei naturalis. Hora sexta pars quadrantis. Punctū quarta pars hore. Momentum decima pars puncti. Uncia duodecima pars momenti. Athomus quadragesima septima pars uncie. Et est alia tēporis diuisio: scilicet per enum: per etatem: per seculum per lustrum: per olimpiadē: ⁊ per indictionem. de quibus infra dicetur. Ceterū tria sunt tēpora annorū: siue triplex est annus: scilicet solaris lunaris: ⁊ magnus: de quib⁹ preuidimus in hac octaua parte tractare que duas principaliter habet partes: in quarum prima agitur de anno solari ⁊ de magno: in secunda vero de lunari.

Compotus quid sit.

Cōpot⁹ a cōputo dicitur.

¶ Prima pars de anno solari incipit. Rubrica.

In hac prima huius operis parte de anno solari tractat: que in quattuor subdiuiditur particulas. In quarū prima agitur quid sit annus. De initio anni: de multiplici anno: de duodecim signis. De bissexto. De quattuor anni temporibus: de tetunijs illorū. De solsticijs. De equinoctijs. de magno anno. De era. De olimpiade. De lustro. De etate. De seculo. De euo. ¶ In secunda parte agitur de mense. De kalēdis. De nonis. De idib⁹. Unde ⁊ qualiter dies denominentur. De diebus egyptiacis ac canicularibus. In tertia agitur de septimana: ⁊ que sit littera kalendarum cuiuslibet mensis. In qua die septimane quilibet mensis incipiat. ¶ Et de litteris dominicalibus: de regularibus solaribus: de cōcurrentibus ⁊ de indictione. In quarta agitur de die. De momento ⁊ de hora. Occasione hore annectitur de quantitate lucentium horarum noctis.

Anni quid sit.

Anni vnde dicatur.

¶ Quid sit annus solaris. Rubrica.

Annus est solis anfractus cum peractis trecentis sexaginta quinq; diebus ad eadem loca syderum redit. Dicitur ergo annus: quia mensibus in se recurrentibus voluitur ab an quod est circum: ⁊ eo eis: quasi circulariter reditēs. Unde ⁊ annus dicitur quasi annulus id est circulus: eo q; in se redit. vnde Uergilius. Atq; in se sua per vestigia voluitur annus: ⁊ ob hoc ante inuentas litteras: sic apud egyptios annus indicabatur: pingebant enim draconem caudam suam mordentem: quia in se recurrit: ⁊ sic adhuc a quibusdam figuratur. Alij annū ab innouatione dicunt: semper enim renouatur. Annus sm diuersos diuersa habet initia: quoniam arabes ⁊ egyptij illum inchoāt post solstitium estiuale scilicet a septembri: pro eo q; legitur arbores in principio mundi fructus habuisse: ⁊ quia hoc in septembri contingit: putant tunc mundū factū fuisse: ideoq; ibi incipiunt annum. Numa vero pompilius ⁊ romani annū a ianuario inceperunt: pro eo q; tunc vel paulo ante sol nobis incipit appropinquare. Judei a martio inceperunt: quin eo conditus est mūdus: ⁊ ideo dicit q; decimus octau⁹ dies ei⁹ est primus dies seculi: quos oēs quoad aliqua cōpo

tiste imitatur: ipsi nāq; a septēbri incipiunt regulares lunares: z embolismos z epactas: z oēs annos lunares. A ianuario vo incipiūt aureū numerū: z quasdā literas dominicales: a martio regulares solares cōcurrentes: et quasdā literas dñicales: prout in scda parte apparebit. Sane quidā moderni ob reuerentiā saluatoris cōputāt annos a natiuitate eius. Alij vo ab incarnatione. i. a conceptione beate marie: quādo illa dixit Ecce ancilla dñi ꝛc. Hactenim fuit christus homo et plenus spiritu sancto. Annoꝝ alius est naturalis alius vsualis: alius legitimꝰ: alius emergēs: aliꝰ solaris: aliꝰ magnꝰ: aliꝰ olimpias: aliꝰ indictionalis: aliꝰ iubileꝰ: aliꝰ benignitatis: aliꝰ eternitatis z glorie. Annus naturalis est cū luna soli opponitur: vnde sol eclypsim patitur. Vsualis siue tēporalis est qui ꝑ vsum hominū sumit initiū: vcz a ianuario vsq; ad sequētem ianuarii. Legitimus siue cerimonialis est qui cōputat ꝑ lunationes ab aprili vsq; in aprilem: aprilis enim est primus mēsis apud hebreos. Emergēs est in quo aliqō magnū iudeis vel alijs cōtingit: a quo facto in illius memoriā annū incipiūt cōputare. s. a quonis die. Annus solaris est spacium in quo circuit sol duodecim signa zodiaci: quē circulū facit: vt premissum est in trecentis sexagintaquinq; diebus: z fere sex horis: fere dixi ꝓpter quedā mota que adijciuntur: sicut infra dicetur. Hec autē sex hore de quarto in quartū annū faciunt vnū diē naturalē bissextilem: z annus iste cōis est oibus gentibꝰ: z incipit qualibet die: z qualibet die finitur: trāsactis predictis diebꝰ: z iste potest etiā dici naturalis. Signa vo ꝑdicta sunt ista. Aries: taurus: gemini: cancer: leo: virgo: libra: scorpio: sagitarius: capricornus: aquarius: z pisces: vñ versus. Hec sunt signa poli que semper sunt via soli: Est aries taurus gemini cācer leo virgo. Libraq; scorpio: chiron capricornus vnula pisces. Et nota q; celi habitatio stat circuloꝝ distincta zonis: zone autem ipse sunt quinq; que ideo zone vel circuli appellantur: quia i circūductione sphere existunt. Zodiacus autem circulus est qui ex lineaꝝ quinq; angulis z ex linea constat. Rursus zodiacus grece dicitur animal siue signum latine: inde zodiacus dicitur animal seu signifer: circulus ex eo qō in medio firmamenti sunt duodeciz signa per transuersum posita equaliter per circulū distincta que formis z nominibus animalium designatur: quia sol intrans in illas proprietates animalium quodam modo sortitur: vel quia stelle in signis dispositē sunt animalium figuris. Signū autem dicitur duodecima pars zodiaci. sol quidem intrat in aliquod de predictis signis quolibet mēse in. xv. kalē: secundum ecclesiam: vnde i martio intrat in arietem. xv. kalendas aprilis. in aprili intrat in taurum. xv. kalē. maij. z sic per ordinē mēsium z signoꝝ. ¶ Primum igitur signum est aries in quo sol dicitur esse facꝰ: in quo signo est sol circa principia veris sic dictū: quia sicut aries est animal retro debile habēs aliquid ante robustis: sic postrema solis illo tempore debilia sunt frigore eius fortitudinem minuente: anteriora vero que estatem recipiunt aliquid fortitudinis. i. calores habent: vel sicut aries in hyeme cubat in latere sinistro: in vere autem incipit cubare in dextro: sic sol ante illud tempus moratur in sinistro latere firmamenti: scilicet in meridie: tunc vero intrat latus dextrum: scilicet versus aquilonem. Antiq; hoc signum propter anonem Jouem vocauerūt in cuius capite qui simulachra faciunt arietis cornua fingunt. ¶ Secundum signuz est taurus sic dictum: quia sicut taurus fortior est arlete sic fortioris est efficacie sol in illo tempore quo ad nos q̄ in precedenti: verūtamen ante est efficacior q̄ post sicut taurus ante fortior est q̄ retro. Antiqui ideo taurum inter sydera in honorem Jouis collocauerunt: quia ille fabulose fingitur in bouem conuersus quando europam transuexit. ¶ Tertium gemini sic dictum: quia illo tempore vis solis geminat: incipit em esse caldus z siccus effectiue: vel quia tūc precipue res germinantur. i. multiplicantur: aues enim z animalia fetus producunt: vel propter geminos siue duos gradus quibus sub illo signo magis q̄ sub alio sol eleuatur a terra. Antiqui autem hoc signū gemini vocauerunt propter castorem z pollucem quos post mortē iter notissima sydera cōstituerūt. ¶ Quartum cancer sic dictū: quia cancer est animal retro gradum: z sol tunc retrograditur discedens a nobis cum prius appropinquauerit nobis. ¶ Quintū leo sic dictū: quia leo est animal crudele z semper febricitans: sic z tempus illud crudele z generans febres. Rursus quia hercules leonem fortissimum in grecia occidit: ideo propter virtutē hūc inter duodecim signa statuerunt. Sextum virgo: quia sicut virgo nil generat: sic tempus illud sterile nil nouī generat: generata tamen matureſcere facit: est em tempus canicularium dierum. ¶ Septimū libra sic dictum ab equalitate mēsis ipsi⁹: quia sole ibi existēte dies z nox eque ponderata est: quonā tūc est equinoctiū autūnale. ¶ Octauum est scorpius: sicut enim scorpius venenosus est et pungit: sic et tēpus illud morbosum est propter inequalitatem aeris: est em mane frigus pungens z in meridie calor viens. ¶ Nonum sagittarius sic dictum: quia venatio que per sagittarios fit plerūq; tūc exercetur: vel propter fulgura que tunc sepe cadunt: q̄ italici sagittas vocāt. ¶ Decimum capricornus: sicut enim capricornus abruptis in montibus siue in excelsis precipitijs pascitur: sic sol tunc est in altissimo gradu versus meridiē: vel sicut capricornus mōtes solet ascēdere: sic sol tunc ad nos ascendere incipit. Rursus antiq; capricorni figuram inter sydera fixerunt propter capram Jouis nutricem cuius posteriorem partem corporis in piscis effigiem formauerūt vt pluuias designarent quas plerūq; idem mensis i extremis solet habere. ¶ Undecimū est aquarius sic dictū: q; tempus illud aquis z ventis abundat. ¶ Duodecimū est pisces: q; sicut piscis est aial aquaticū: sic z tēpus illud ꝓpter multas pluuias aquaticum est: vel q; tunc aquis resolutis est tem

Quare antiqui taurum inter sydera in honorez Jouis collocarunt.

Firmamenti duodecim signa.

pus pficationis. ¶ Verum licet sicut patet ex premissis signa equalia sunt ꝑm astrologos: ecclesia tñ illa nō ponit equalia: nā qñq plures dies sunt in uno signo q̄ in alio: cū unus mēsis plures dies habeat q̄ alius. Uñ plures erunt gradus unius q̄ alterius signi: gradus aūt ōis spaciū quo sol motu suo trāsit in zodiaco die naturali. Ex iā dictis facile dici pōt in quoto gradu alicuius signi sit sol quocūq; die. Bonro dies bissextilis de qua dicēū est ōis bissextilis ꝑm philosophos: quasi ex bisse momētoꝝ collecta q̄ sic poterit cōprehendi. Sol em̄ in quolibet signo morat. xxx. dieb⁹ 7. xxx. triēt⁹ horarū: 7. xxx. bisse momētoꝝ: 7 triēs est tertia pars alicuius rei cōstātis ex trib⁹ partib⁹: bisse ꝯo sūt due ptes: sꝫ multiplicatis duodecies. xxx. dieb⁹ habem⁹. cccl x. dies. xxx. triētes horarū constituūt. x. horas: que multiplicatis duodecies: faciūt. v. dies. xxx. bisse momētoꝝ ptinēt. xx. momēta: 7 ita duo puncta: sed multiplicatis duodecies duob⁹ pūctis habem⁹ sex horas ex bisse momētorū collectas: q̄ de quarto in quartū annū constituunt unū diē que ōis bissextilis. ¶ Rursus scōm Isiō. p singulos annos crescit pars quarta assis ac ubi quarto anno assis cōpleta fuerit bissextus unū facit: 7 ideo q̄ quatuor annos unus bissextilis adiectus est: dict⁹ aūt est ꝑm eū bissext⁹: qr bis sexies ductus assem facit qō est unus dies. In quo loco kalēdarij poni debeat illa die his uersibus ꝓtinetur. Bissextū sexte martis tenuere kalē de. Posteriori die celebrant festa mathie. hoc est dicere q̄ illa litera ubi ōis in kalēdario. vj. kalend. martij dꝫ poni dies bissextilis: 7 tunc stamus siue sedem⁹ duob⁹ dieb⁹ sup illa litera: 7 festū sancti mathie qō deberet illa die celebrari: celebratur tñ in sequēti: ita tñ q̄ inter ipsum festū 7 vigiliā nullū sit mediū: extra de verb. sig. quesiuit. nō itereſt em̄ utrum ipsum festū in prima uel in secunda die predictarū duarū celebrēt: sed regionis in hoc cōsuetudo seruetur. Isidorus dicit q̄ a sexto nonas martij usq; in diē kalē. ianuarij lune cursu bissextus apponit: atq; inde detrahit. Si autē volum⁹ scire qñ sit annus bissextilis debem⁹ diuidere annos dñi per quatuor: quotiēs possumus: 7 si nullus superauerit: tunc erimus in anno bissextili: si autē aliquis remāserit: tūc non erit bissextus: uñ uersus. Anni diuisi dñi per quatuor eque. Monstrat bissextū qua rōne scias. Hoc aūt uerū est ꝑm illos qui diuidūt annos dñi incipiēdo a natiuitate uel a ianuario nō ꝑm illos q̄ incipiūt ab icarnatione. Alia etiā doctrina ad inueniendū bissextū ponetur infra ubi de cōcurrentib⁹ agetur. ¶ Tēpora siue partes anni solaris sunt quatuor. s. ueres estas: autūnus: hyems: ut dictū est in sexta parte sub quarta feria tertie hebdomade aduent⁹. Dicta aūt sunt tēpora a cōtionis temperamēto: eo q̄ inuicē se hūore: siccitate: calore 7 frigore ꝓtēperēt hec 7 curricula dicuntur: quia non stāt sꝫ currūt. Uer dictum est quia uiret. Estas dicitur ab æstu: ta est calore: unde estas quasi usta 7 arida. Autūnus a tēpestate uocatur: qñ et folia cadunt et oīa matureſcunt. Hyems ōis ratione hemisperij: quia tunc sol circulo uoluitur breuiori. unde et hoc tēpus bruma dicitur quasi brachim. i. brenis. uel a cibo quia tunc maior est uescendi appetitus. edacitas enim grece bruma appellatur. Principia autem partium anni ꝑm ecclesiam his uersibus continētur. Festum clementis hyems caput est orientis. Cedit hyems retro cathedrato simone petro. Uer fugat uibanus: estatē simphorianus. Id ubi qō restat autūni tempora prestat. Hoc est dicere: festum clementis: qō est. viij. kalē. decembris est principiū hyemis 7 durat usq; ad festū cathedre sancti Petri: tunc incipit ver: 7 istud festū est. viij. kalen. martij: 7 ver durat usq; ad festum sancti uibant: qō est. viij. kalen. iunij: tunc incipit estas et durat usq; ad festum simphoriani: qō est. viij. kalen. septembris: tūc incipit autūnus: 7 durat usq; ad festum clementis in quo incipit hyēs. In his quatuor partibus anni triduana ieiunia celebramus: 7 ideo ieiunia quatuor tēporuꝫ appellātur. Ieiunium ueris est in prima septimana quadragesime. scz in q̄rta feria post cineres. Ieiunū estatis est in prima die mercurij post pentheco. Ieiunium autūni est in tertia die mercurij septēbris. s. in quarta feria post festum sancte crucis. Ieiunū hyemis est in. iiij. feria post festum beate Lucie: ꝓut ibi dictum est: unde uersus. Fuit crux Lucia cineres carismata dia. Ut docet uota pia quarta sequēs feria. ¶ Fiūt ad hoc ieiunia in quarta feria: qr in quarta feria xp̄s a iuda traditus est: 7 in sexta feria: qr in ea crucifixus est 7 in sabbato: quia tunc apl̄orum tristitiam de nece saluatoris representamus: nā si cōpatimur 7 cōregnabimus de cōse. dis. iij. ieiunia. et cap. sabbato. Aduentus autem ōñi quando celebretur dictū est in. vj. parte sub titu. de aduentu. Adhuc in anno solari cōtingunt duo solstitia 7 duo equinoctia. Solstitia in estate et in hyeme. Equinoctia in uere 7 in autūno. Est autem solstitium maxima inequalitas dieꝝ noctis: siue ingressus solis in capricornū uel cancrum: et dicitur solstitium quasi solis statio: eo q̄ tunc soie frante crescunt dies uel noctes. Equi noctium est maxima diei 7 noctis equalitas: qr tunc equali spacio horarū consistunt siue ingressus solis in arietem uel libram: ubi autē sit locus solstitiorum 7 equinoctiorū his uersibus continetur. Solstitium decimo cluditur pridie atq; Joānem. Equa crucis festum dat tempora martis et idus. Hoc est dicere q̄ solstitium hyemale est ante natiuitatē xp̄i decē dieb⁹ ucz. 7 viij. kalē. ianuarij: quo tpe sol incipit altiores circulos petere: et solstitiū estiuale est ante natiuitatem Joā. baptiste totidem diebus. vcz. xviij. kal. iulij. quo tēpore incipit sol ad iferiores circulos remeare. Unde estiualis solstitij dies maximus sicut 7 hyemalis dies minim⁹ inuenit. Sed ꝑm egyptios hyemale est. xij. kal. ianuarij scōm grecos. ix. kalē. estiuale uero ꝑm egyptios. xij. kal. iulij. ꝑm grecos. ix. kal. ¶ Item i festo crucis uel ꝑm alios. xij. kal. octobris est equinoctiū autūnale: 7 ubi ōis in kal. idus martij uel ꝑm alios. xij. kal. apulis est equinoctiū uernale. Olim em̄ annus in duas partes tm̄ diuide-

Doctrina ad sciendū quando sit ann⁹ bissextilis.

Solstitia duo et equinoctia duo cōtingunt in anno solari.

batur.s.estiuale ⁊ hyemale solsticiū: ⁊ in duo hemisperia. Magnus aūt annus completur reuersis planetis oīb⁹ ad loca sue creationis: qđ fit annis nō pauciorib⁹.ccccc.xx. Hidorus ꝓo ann⁹ erit oībus stellis ad prima loca reuersis: qđ fit demū post.xv.milia annoꝝ. Magister dicit in hystoria geneſ.vbagit de ebrietate noe: q magnus ann⁹ ipleť p circulationē sex cēnoꝝ annorum. Era qua vtunť hyspani singulorū annoꝝ est cōstituta a cesare augusto qñ ad primū cēsum orbē descripsit. dicta est aūt era ab ere ex eo q ois orbis es redderе ꝓfessus est rei publice romanoꝝ. Prius autez fuerūt indictiones postea ere. Olimpias cōstituta est apud grecos in elide ciuitate: elijs agētibus agonē ⁊ q̄nquēnale certamē:quatuor mediis annis vacāt⁹ ⁊ ob hoc tēpus elidij certaminis olimpiadē vocauerunt quadriēnio in olimpiade supputato. Lustrū est pēteſim.i.q̄nquēniū qđ quinto anno ỹr cōdi ꝓpter olimpiades a romanis:nōdū essi erāt ꝓsules neq ere q̄nquēnale qui dē tps:iō sic vocatū est:q cēsu p q̄nquēniū in re publica pacto vibs romana lustrabať. Apud romanos est ann⁹ indictionalis q̄ ter q̄nos ꝓtinet annos:vt infra dicet ⁊ premissum est. Apud hebreos est ann⁹ iubile⁹.i.remissionis q̄ septenis cōpletis annoꝝ hebdomadibus celebrať. De quo dictū est in sexta ꝑte sub ti. q̄nquagesime. Apud christianos est ann⁹ benignitatis ⁊ gr̄e:i quo xp̄s venit ⁊ nos sola benignitate redemit. Apud sctōs cōpatrēsores est annus eternitatis ⁊ glorie i quo exultabūt scti i gloria sine fine. Ursus secula generationib⁹ cōstāt sic dicta: q sequunť:abeūtib⁹ essi alijs alij succedūt. Hoc tps quidē quinquagesimū annū dicūt qđ hebrei iubileū vocant:vt tā dictū est. Et ob hāc causam hebreus ꝓpter vxorē ⁊ liberos amans dñm suuz aure pertusa seruitio subiugatus seruire iubeť in seculum.i.vsq ad annum quinquagesimū. Etas autē plerūq dicitur ꝓ vno anno ⁊ pro septē ⁊ pro cētū ⁊ pro quouis tempore. Unde ⁊ etas est qđ de multis seculis instruitur: ⁊ iō dicta est etas quasi euitas:q similitudo eni. Nā euū est etas ꝑpetua:cui⁹ neq initiū neq finis noscit. Deriuatū aūt est euū ab eouas qđ apud grecos aliquādo pro seculo: ⁊ aliquādo ponitur pro eterno. Proprie vero etas duob⁹ modis ỹr.vez hois:sicut infantia:iuuētus: senectus aut mundi:cuius prima etas est ab Adā vsq ad noe:secūda a Noe vsq ab abrahā:tertia ab abrahā vsq ad Dauid:⁊ quarta a Dauid vsq ad trāsmigrationē Jude in babyloniā:quinta de iudavsq ad aduentū saluatoris in carne:sexta q̄ nunc agit vsq quo mūdus iste finiatur. Quot autem sunt anni ab origine mundi dictum est in sexta parte sub titulo de septuagesima.

Incipit scūa pars:et primo de mēse. Rubrica.

Jcto de anno sequit videre de mense:est autem mensis spacium temporis quo a phebo phebe recedens eidem completo suo circulo sociatur. Et dicitur mensis a mensurando: eo q annus per menses mensuratur:vel a mene qđ est defectus:eo q luna singulis mēsibus vsū deficit ab humano:vel secūdū Jsid. a mane grece qđ est luna latine. Apud grecos enim menses legitimi non ex solis circulo:sed ex lune cursu cōnumerantur:quod est de nona ad nonā. Diuidit aūt annus per.xij.menses:q sol peragrādo zodiacū. xij.circuit regiones signorū.⁊ i his.xij.mēsib⁹ cōmoratur. Romulus tñ voluit tantū decē esse mēses in anno incipiēs a martio:quē Marti deo belli quē patrem suū esse putabat dedicauit. Unde Ouidius in primo fastorum. Tempora degereret cū cōditor orbis in annū. Instituit mēses quinq bis esse suos. Sed numa põpilius videns q ann⁹ nō bene.x.mēsibus cōplebať:superadidit duos principio.s.ianuariū ⁊ februariū. Januarius dicitur a ianua.lxxxvj.dist.ieiunū:q sicut per ianuā intramus domū:ita per ianuariū intramus annū est enim limes anni.vel dicitur a iano deo qui ab antiquis dicebatur principiū ⁊ finis omniū rerū. Et enim fuit a gentibus mēsis iste cōsecratus vnde ⁊ idem ianus bifrons pingitur:vt anni introitus ⁊ exitus demōstretur:de quo dictū est in sexta parte sub tit.de circūcisione. Februarius dicit a febribus:que tunc de facili contingunt.vel a februis.i.purgationibus. Sunt autem februe oblationes facte pro mortuis Romani autem illo mēse memoriā animarū habebant:⁊ eas purgabant celebrādo exequias mortuorū.vnde ẽm Jsido.dicitur a febru.i.plutone cui eo mense sacrificabať. Martius dicitur a merte patre romuli:vel q eo tempore cuncta animantia agūtur ad marē ⁊ ad cōcubendi voluptatē:appellatur etiā quandoq mensis nouoꝝ:q est anni initiū.⁊ quandoq nouum ver:q in eo viridantibus fructibus nobis transactoꝝ probatur occasus. Aprilis dicit quasi aperilis:q tūc terra aperitur ad germinādū:etiā flores aperiunť ⁊ arbores incipiunt pullulare vel aprilis pro venere dicitur:quasi afrodis. afrodis grece dicitur latine venus. Maius a maioribus natu dicitur:qui erant principes reipublice vel a maia matre mercurij. Junius a iunioribus dicitur: erant enim olim maiores scz seniores qui appellabantur patres:⁊ hi in ciuitate semper remanebāt vbis regimini consulentes. erant ⁊ minores qui ibant ad pugnandum pro re publica:⁊ ideo maius a maioribus.iunius a iunioribus nomen acceperūt:⁊ in illorū honorem instituti sunt: vel dicitur a iunone. Julius dicitur a iulio cesare:q tunc natus fuit:vel quia tūc de hostibus triūphauit. vicit enim cleopatrā reginā egypti cū antonio viro suo bello nauali. iulius tamen prius quintilis diceba tur eo q est quintus a martio qui secundū romulum principium erat anni. Augustus est dict⁹ ab octauiano augusto qui tunc natus fuit: vel quia tunc hostes superauit: prius tamen dicebatur sextilis:eo q sextus est a martio. September nomen habet a numero ⁊ imbre:quia septimus est a martio:⁊ imbres habet:sic et october:nouember:atq decembēr ex numero ⁊ imbribus vocabula acceperunt:quem numerum decurrentem decembēr finit; pro eo q denarius numerus precedentes

Magnus annus quā do impletur.

Romulus tantum decem mēses esse voluit.

numeros claudit. Quot autem dies quilibet mēsis habeat his versib⁹ cōtinetur. Junius aprilis septemb⁹ nouēq; tricenos. Plus vnū relinquit: sz hz februs octo vicenos. Cui si bissextus fuerit superadditur vnus. Hoc est dicere q; junius aprilis sebtēber ⁊ nouēber habent. xxx. dies: reliqui aūt mēses habēt. xxxj. sed februarius ēm hz. xxviij. et quando bissextus. xxix. Sciendum aūt est q; cuilibet mensi primo dati fuerunt triginta dies: qui multiplicati duodecies constituunt trecenos. lx. dies: de quinq; vero residuis datus est vnus ianuario: eo q; est principium anni ⁊ etiā rōne ipsi⁹ numeri: qi impar numerus mūdus est: ⁊ numero deus impare gaudet. xxxij. q. j. nuptie. secundus datus est martio ꝓpter eādem imparitatē. tertius maio. quartus iulio. quintus octobri. Cesar autē augustus volens suum mēsem esse equalē mensi iulij abstulit februario vnā diē: q; erat mēsis tristicie atq; luctus: ⁊ attribuit eā augusto: ⁊ ita remāserūt februario tm. xxix. et augusto. xxxj. Demum astrologi romani abstulerūt aliā diē februario: et addiderūt decēbri: ad hoc vt finis principio respōderet: ⁊ sic februario remanserūt tantum. xxviij. ⁊ decembri. xxxj. Verūtamē ad quādam cōpēsatiōnē vna dies vcz bissextilis est de quarto in quartum annū februario restituta. Qua vero die vel qua feria q̄libet mēsis intrat tā sub titulo de septimana dicet. Sane i q̄libet mēse sūt tres dies celebres: qui soli ꝓprijs noibus nominantur: ⁊ ab eis ceteri denominantur. s. kalende none idus quos romani ꝓpter dies festos vel ꝓpter officia magistratuū instituerūt. His ēm dieb⁹ in vrbib⁹ q̄uenie bant. de cōse. di. j. j. siquis. kalēde sunt primi dies mēsis: dicūtur quasi colēde: q; tūc semp erat festū innonis. vñ Ouidi⁹. Vēdicat ausonias saturnia iuno kalēdas. Vel q; tunc a romano ꝓplo principia mēsiū celebrabant: sicut fit ab hebreis. xxvj. q. vlti. non licet. ⁊ c. seq. vnde Ouidius. Salue festa dies meliorq; reuertere semper. A populo rerum digna potēte coli. Vel dicūtur a kalo q̄d est voco. primo die mēsis preco de more pplm ad nūdinas vocabat: clamans totiens kalo quot dies erāt vsq; ad nonas: ⁊ tō plr kalēde a pluribus vocationib⁹ vocabant: vel a kalo q̄d est bonū omen per totū mensem habendū. xxvj. q. vlti. nō obseruetis: tūc ēm sibi mutuo encenia trāsmittebant. None vero sunt quatuor vel sex dies in q̄libet mēse: qui sequūtur post kalendas: ⁊ dicunt a nūdinis quasi nūdine: quia tūc romani nūdinas colebant. Ideo aūt in aliquo mēse erant none siue inchoatio nūdinarū in die quinta: ⁊ in aliquo in die septima: ne predones certū tēpus ad insidiandū mercatoribus haberent. vel dicuntur none a nonis: quia ille dies nonus erat ante idus. vel a non: quia tunc nullū fiebat festū. vnde Ouidius. Nonarum tutela deus erat. Idus vero sunt octo dies q̄ sequūtur post nonas. Est aūt idus semp i xiij. vel. xv. die: ꝓm q; none precedūt. Si ēm mensis hz quatuor nonas idus ēm in. xv. die. Si autē sex nonas idus est in. xiij. Q̄d aūt concilij antiocheni. xviij. di. ꝓpter. dicit q; idus est in die. x. hoc alia cōsideratione dicit: ⁊ dicunt idus quasi diuisio: q; tūc fiebat diuisio nundinarū: vel q; in idib⁹ fit diuisio mensis. Dicitur autem idus ab iduo as. t. separo res. vnde vidua dicit quasi idua. i. diuisa. Pleriq; latinoꝝ putāt idus dici ab edendo: eo q; hi dies apud veteres epularū essent. Dies aūt q̄ sequūtur statiz post kalē. ita denominant. Si ēm est mensis qui habet quattuor nonas debemus dicere in kalēdario statiz post kalēdas. iiij. nonas. In tertia. iij. nonas. in quarto pridie nonas. in q̄nto vero nonas dicimus: vt patet in ianuario ⁊ similibus. Si vero est mensis qui habet sex nonas debemus dicere statiz post kalēdas sexto nonas. in tertio die quinto nonas: in quarto. iiij. nonas: in quinto. iij. nonas: in sexto pridie nonas in septimo nonas vt patet in martio ⁊ similib⁹. Dies autē que sequunt post nonas ita denominantur: in quolibet mense octauo idus. vij. idus. vj. idus. v. idus. iiij. idus. iij. idus: pridie idus: ⁊ idibus: sicut hec apparēt in kalē. manifestie. Dies vero qui sequūtur post idus denotant a kalē. mēsis sequētis hoc mō. Januarius habet. xxxj. dies. de illis accipe vnū pro kalē. ⁊. viij. pro idib⁹. ⁊. iij. pro nonis: ⁊ sic remanēt tantū. xviij. adde ergo illis. xvij. diebus. kalē. siue diē kalendarū sequētis mēsis: ⁊ sic erūt. xix. Unde in mēse ianuario debemus dicere statim post idus. xix. kalē. februarij: in sequēti die xviij. kalē. ⁊ sic per ordinē vsq; ad finē mēsis semper minuēdo. Et nota tm q; dicitur pridie idus et pridie nonas ⁊ pridie kalen. ⁊ nō secūdo q; secundus dicitur a sequor: sed illa dies nō sequitur: sed precedit. ¶ Et exponit hec prepositio pre. i. ante vel prius: vñ pridie quasi priori die: siue pre. i. ante diē: ⁊ cū dicitur. iiij. nonas intelligit. iiij. dies ante nonas ⁊ sic de aliis. Quot aūt dies denominētur a nonis: quot ab idibus: ⁊ quot a kalēdis oīz mēsiū his versibus cōtinetur. Sex nonas maius octobr iulius ⁊ mars. Quattuor at reliqui tenet idus quilibet octo. Janus ⁊ augustus denas nonasq; decēber. Julius october mars maius octa decēq;. Junius aprilis septēber et ipse nouēber. Ter senas retinēt februsq; bis octo kalēdas. hoc est dicere: q; maius october iulius ⁊ martius habēt dies sex pro nonis. Sed reliqui mēses habēt tantū quattuor: ⁊ quilibet mēsis habet octo dies pro idibus. Itē q; ianuarius augustus ⁊ december habēt. xix. dies pro kalēdis. Julius vero martius october ⁊ maius habēt decem septē. Junius aūt aprilis septēber ⁊ nouēber habent. xviij. Februarius habet. xvj. ⁊ si fuerit bissextus superadditur et vnus. Illud aūt notandū q; in quolibet mense sunt duo dies egyptiaci: id est ab egyptijs deprehēsi. In egypto enim erant quidā astrologi qui quasdā cōstellationes nocuas humanis actibus in illis dieb⁹ inuenerunt: ⁊ō q; illas notas esse hominibus voluerūt: tm illarū cōstellationū puncta scire propter errorē nostri cōpoti nō valemus vel forte inuenerunt illos dies bene cōstellatos: ⁊ ideo eos in kalendario notauerunt: vt in illis diebus potius q; in alijs actibus insistatur: quorum errorē ne ecclesia sequi videatur a talibus cauet.

Dies tres celebres in quolibet mense.

Idus vnde dicantur

Quot dies denominētur a nonis: quot ab idibus et quot a kalēdis.

Vel dicuntur egyptiaci ꝛm quosdã: qꝛ dñs in illis diebus percussit egyptios nouẽ plagis. Quotus autẽ sit dies egyptiacus a principio vel a fine mẽsis his versibus cõstituetur. Augurior decies audito lumine clãgor. Liquit olens abies coluit colus excute gallũ. In his versibus sunt duodecim dictiones duodecim mensibus seruientes: prima primo: secũda secundo: et sic per ordinem sumpto initio a ianuario. ita ꝙ quota die erit ꝑma litera primę syllabe alicuius istarũ dictionuꝫ in alphabeto totus erit dies egyptiacus in illo mense cui seruit illa dictio cõputando a mensis principio versus finem. Item quota erit prima littera secunde syllabe in alphabeto totus erit dies egyptiacus i illo mẽse cui seruit illa dictio cõputando a fine versus principium. ꝓbigratia. Augurior est prima dictio et seruit primo mẽsi. i. ianuario: aut est prima syllaba ⁊ a est prima littera ipsius syllabe: ⁊ est prima in alphabeto ergo dies prima ianuarij est egyptiaca. Itẽ gu est scda syllaba ⁊ g est prima littera ipsi⁹ syllabe: ⁊ g est septima in alphabeto: ergo septim⁹ dies ianuarij numerãdo a fine versus principium est egyptiacus: ⁊ sic in alijs hoc obseruato ꝙ h in hoc loco pro litera non ponatur. Quilibet autem premissorum dierũ ꝓpter vnicã horã sui denominatur egyptiacus: de hoc dictũ est in fine operis. De dieb⁹ ꝓ felicibus vel infelicibus quos quidã astrologi notauerunt in presenti opusculo nõ agit qꝛ ecclesia prohibet fidẽ talibus adhibere. xxxvj. q. vlti. nõ obseruetis. ⁊. c. qui estimaret: ⁊ sequẽ. In quibusdã quoꝙ mẽsibus sunt quidã dies qui caniculares dicunt a cane vel a canicula stella: sita i fronte leonis: ⁊ ante genua tauri: q̃ estiuis mẽsib⁹ est in medio cẽtro celi: ⁊ dum sol ad eã ascenderit: cõtuncta cũ sole vel ei ꝑma duplicat calor ipsi⁹: ex quo distoluunt corpora ⁊ vaporãtur: vñ vocat canis: qꝛ corpora morbis affligit: ⁊ sunt septuaginta duo dies: in quib⁹ ꝓpter tẽporis crudelitatem: et caloris solis intẽperiẽ: malum est minui sanguinem ⁊ potionari. Quando autẽ illi dies incipiant et finiant: his versibus continetur. Incipiunt iulij pridie idus caniculares. Et pridie nonas septembus fine resultãt. ꝛm aliquos vero incipiunt. xiiij. kalendꝫ. Augusti.

Dies caniculares quã dies ꝙ oriãtur

¶ De septimana. Rubrica.

Equitur de septimana. Nempe continet septimana septem dies naturales: quoꝝ repetitione ⁊ menses ⁊ anni secula peraguntur: ⁊ hec apud grecos hebdomada: ꝫ apud hebreos sabbatum appellatur: ⁊ dr septimana a septem ⁊ mane quasi septem: ⁊ mane pars pro toto. i. mane pro tota die: vel a septem ⁊ manet: quia manet per septẽ dies: vel dr septimana quasi septẽ luces: nam mane lux est ꝛm Isidorum. Idem etiam spacium vocatur hebdomada ab: epta grece qꝺ est septem et deos qꝺ est dies. vel modus qꝺ est mẽsura: ⁊ ꝛm hoc hebdomada est cõmunius nomẽ q̃ septimana. vñ Daniel. Post septuagita hebdomadas ꝛc. et sumunt ibi hebdomade annorum. i. septuagies septem anni. Septimane autem nequeunt habere certa nomina: quia neq; habent certa initia. Singulis namq; annis variantur propter vnum vel propter duos dies: q̃ quandoq; sunt sup integras septimanas. Omnes autẽ dies septimanarum inscribuntur septem primis literis alphabeti. Item dies ꝛm gentiles denominantur a planetis. Primus a sole qui princeps est ceterorum syderuꝫ: sic et idem dies caput est omnium dierum. Secũdus a luna que ⁊ splendore ⁊ magnitudine soli proxima est: et ex eo mutuat nomen. Tertiꝰ a stella martis que vesper vocatur. Quartus a stella Mercurij quam quidam candidum circulũ dicunt. Quintus a stella Iouis quam phetontem aiunt. Sextꝰ a stella veneris quam luciferum aiunt: quia inter cuncta sydera plus lucis affert. Septimus a stella saturni que sexto celo locata triginta annis ferꝛtur explere cursum suum: de hoc dictum est i ꝓhemio septime partis. Sed queritur quare dies non ita ordinantur in septimana sicut planete in celo: quoniam in celo ordinantur scõm hunc versum. Sol ve. mer. luna: saturnꝰ iuppiter ⁊ mars. vel sic. Saturnus ioue mars: sol cum ve. mer. luna. Solutio. dicimus ꝙ dies in septimana non ordinant ꝛm ordinem planetarũ: sed ꝛm regimen eorum in singulis diebus: vnde quia viderũt philosophi ꝙ sol regnabat prima hora diei dominice: ideo illam diem denominauerunt a sole. Itẽ quia viderũt ꝙ luna regnabat prima hora secunde ferie: ideo diem illum denominauerunt a luna: ⁊ sic de ceteris sicut patet ex distinctione horarum diei facta inter planetas ꝓ ordinẽ successiue. Dehinc a dictis planetis philosophi nomina sumpserũt: eo ꝙ a singulis aliquid in homine esse volnerũt: vt a saturno cunctationem. a ioue temperantiam: a marte feruorẽ: a sole spiritum: a venere voluptatẽ. a mercurio eloquẽtiam: a luna cor. Et qꝛ ordo planetarum vltra numerum septenarium nõ procedit: sed ad primũ reuertitur: ideo tantum septem dies in septimana sunt a sapientibus constituti. ¶ Nunc videndum est qua die septimane quilibet mẽsis iret: de hoc duplex ratio haberur. Prima per hos ꝛsus. Alta domat dñs gratis habeat equa gerẽtes. Cõtinet victos angebit dona fideli. In istis ꝛsib⁹ sunt duodecim dictiones duodecim mẽsib⁹ seruientes. Prima primo: scda scõo: ⁊ sic ꝓ ordinẽ sumpto initio a ianuario: ita ꝙ quecũq; fuerit initialis litera alicuius istarũ dictionũ: eadẽ erit litera kalẽdarum mẽsis cui seruit illa dictio: verbi gꝛa. alta est ꝑma dictio: ⁊ seruit primo mẽsi. i. ianuario: ⁊ a est ꝑma ꝛa illi⁹ dictionis alta: ergo est ꝑma littera ianuarij Item domat est secunda dictio que seruit secũdo mensi: scz Februario: ⁊ de prima littera istius dictionis: ergo d est prima littera februarij: ⁊ sic de alijs. Idẽ dicit sequens versus per syllabas: qõ precedentes per dictiones. Adam degebat ergo cifos adrifos. Habita autẽ littera kalendarũ facta possumus scire qua feria quilibet mẽsis intret. Per litteram em dominicalẽ illius anni procedendo computando dies per litteras subsequẽtes vsq; ad litteram que est in kalendis mensis cuius diei introitũ scire optas: ⁊ in qua feria occurret in tali

feria intrabit ille mensis. Secunda ratio per quã scire potes qua feria quilibet mensis intret est per regulares ⁊ cõcurrentes. ¶Note ergo q̃ in anno solari sunt quinquagintadue septimane et vnus dies vel duo: si sit bissextus: ꝓpter quã diẽ variãtur singulis annis principia mensiũ. ¶Si ei hoc anno iciplat ianuarius a die dñico: toto illo anno a que est prima littera ianuarij erit dñicalis. Cum ergo ventũ fuerit ad finẽ anni: illud a fine kalẽdarij: qõ inscribitur illi diei q̃ est vltra integras septimanas representabit diẽ dñicã: ergo sequẽs a qõ iterũ est initiale ianuarij repũtabit secundã feriã: ⁊ sic toto illo anno erit illa variatio: eodẽ mõ singulis annis variãtur initia mensiũ ꝑ diuersas ferias. Et si sit bissextus duplex erit variatio: prima in kal. ianuarij: secũda in festo scti Mathie. Ut ergo cõpotiste scire possent qua feria quolibet anno q̃libet mẽsis iciperet inuenerũt duos numeros: vnũ inuariabilẽ: qui vocatur regularis solaris fertalis: aliũ variabilẽ qui vocatur cõcurrẽs: de quib⁹ breuiter est dicendũ. Videndũ est autẽ primo quid sit regularis: vnde dicatur: ⁊ vñ habeat ortũ: ⁊ quot regulares quilibet mẽsis habeat. Regularis solus est numerus inuariabilis datus mẽsi: qui adiũcto⁹ concurrenti declarat qua feria septimane quilibet mẽsis intret cuius fuerit regularis. Dicitur autem regularis a regula: quia inuariabilis est sicut regula. iij. di. canon. Solaris dicitur ad differentiã lunaris: de quo infra dicetur. Habent eñ ortũ regulares a martio: nã in mense martij sunt q̃libet regulares seu quilibet ꝑ regulari. Martius eñ nõ habuit initiũ in primo anno mũdi seu seculi: immo ꝺr mũdus factus fuisse in illo mẽse in die in quo dicitur. xv. kal. aprilis. vel vt alij dicunt. viij. kal. Si el computes ordine retrogrado dies septimane vsq; ad kal. martij: inuenies q̃ quinta feria mũdus incepit: si tamẽ ante martiũ fuit: ⁊ hec est causa quare martius quinariũ numerũ habuit ꝑ regulari. Regulares vero aliorũ mensiũ sic formantur. Jũgas regulares mẽses cũ diebus eiusdẽ: ⁊ ab illa summa subtrahe. viij. quotiens poteris: ⁊ regularem sequentis mẽsis qõ remansit indicabit. verbi gratia. Martius habet quilibet regulares: et dies eius sunt. xxxj. redige in summã ⁊ sunt. xxxvj. subtrahe. viij. quotiens poteris ⁊ remanet vna dies q̃ datur mẽsi sequẽti ꝓ regulari. Aprilis habet xxx. dies ⁊ vnũ regularẽ q̃ ꝓstituũt. xxxj. subtrahe septẽ quotiens poteris. ⁊ remanebũt tres: qui dãtur maio ꝑ regularib⁹: ⁊ ita de aliis vsq; ad martium. Possumus etiã scire mensiũ regulares per hos versus. Est astris clara fulgentibus ara deorum. Grata bonis extat gratissima cultq; fideli. In istis versib⁹ sunt. xij. dictiones. xij. mẽsibus seruiẽtes: prima primo: secunda secũdo: et sic per ordinẽ sumpto initio a martio: ita q̃ quota fuerit prima littera alicuius istarũ dictionũ in alphabeto: tot regulares hꝫ ille mensis cui seruit illa dictio. verbi gratia. Est: est prima dictio et seruit primo mẽsi. s. martio: ⁊ e. est prima littera istius dictionis est: ⁊ est quinta in alphabeto: ergo martius hꝫ quinq; regulares. Item astris est secunda dictio ⁊ seruit secũdo mensi. s. aprili: et a est prima littera istiꝰ dictionis que est etiam prima in alphabeto: ergo Aprilis habet vnum regularem: et sic de aliis. Hñc dicamus de concurrentibus. Dicuntur autẽ concurrentes: quia sibiinuicem ꝯcurrunt: sicut videbitur in formatione: vel ideo q̃ cõcurrũt cũ regularib⁹: ad demonstrandũ initialem feriam mensium singulis annis. Est autem concurrens superexcrescẽtia vnius diei vel pluriuꝫ sup quinquaginta duas septimanas anni solaris: ideo dixi vel plurũ: quia in anno bissextili superexcrescunt duo dies: i aliis vero vnius tantum: ⁊ ab illa superexcrescentia habent originem concurrentes. Alij vero cõcurrẽtes qui sequuntur posit primum formantur vno addito singulis terminis siue annis: sic tñ qõ septenarium numerum non excedunt: quia non sunt nisi septem ferie: et quandocũq; est septimus concurrens illo anno menses habent eadẽ principia que in primo anno mundi seu seculi habuerũt: quilibet enim feria distat per septenarium a semetipsa. Concurrentes etiam in hac linea demonstrãtur. j. ij. iij. iiij. v. vj. vij. j. ij. iiij. v. vj. vij. ij. iij. iiij. v. vj. vij. j. ij. iij. v. vj. j. iij. iiij. v. vj. ¶Nam primus annus cicli solaris habet vnum concurrentem: secundus duos: tertius tres: quartus quatuor: quintus sex ꝓpter bissextum: sextus septem: septimus vnum: quia vltra septenarium non proceditur: sed reuertitur ad vnum: ⁊ ita debemus procedere vsq; ad. xxviij. annos. tunc reuertimur ad primum annum cicli: ⁊ ꝓcedimus sicut prius. Unde transcursus. xxviij. annorum vocatur ciclus solaris vel concurrentium: et dicitur ciclus quasi circulus per similitudinem. Si autem volumus scire quotus sit annus cicli solaris: debemus diuidere annos domini ꝑ. xxviij. quotiens possumus ⁊ addere illis. ix. anteq; diuidamus: quia quando christus natus fuit tantum iã ꝓcesserat ille ciclus: ⁊ quot⁹ ann⁹ remãserit ꝑ via diuisionem annorum totus erit ciclus: ⁊ si nullus remanserit: tunc sumus in vltimo anno cicli solaris. Unde versus. Annis adde nouem domini partire per octo Viginti. ciclus sic tibi notus erit. Possumus etiam scire concurrẽtes cuiuslibet anni per literam dominicalem illius anni: sicut declarant versiculi subsequentes. A sex. b. quinq;. c. quatuor. e. duo. d. tres. Primus concurrens. f. littera: septimus est. g. ⁊ sic de similibus. Hoc est dicere: q̃ quando a est litera dominicalis in illo anno sunt sex pro concurrente: quãdo. b. quinq;: quãdo. c. quatuor: quando. e. duo: quãdo. d. tres: quãdo. f. vnus: quando. g. septem. Jnuento autẽ concurrente debemus iungere cum regularibus mẽsis cuius feriam kalendarum: id est introitum scire volumus: ⁊ quota fuerit illa summa si nõ trãsceꝺet septem tota siue tali feria septimane ille mẽsis intrabit. Si vero trãsceꝺat septem: quotum fuerit residuum tota feria septimane ille mẽsis intrabit. Sicut autem concurrentes ita ⁊ dominicales littere variantur. ¶Nam in primo anno cicli solaris est. f. littera dominicalis: in secundo. e. in tertio. d. in quarto. c. in quinto. g. tunc enim propter bissextuꝫ pertrãsitur. b. quod in hys versibus declarat. Fer

Mundus in quo mẽse factꝰ.

Doctrina ad sciendi quotus sit annus cicli solaris.

eis dux cor amet gens fautor eum colunt dies. Arx gen⁹ est de corde bono dignit⁹ seruus ensis. Dicta beant aqua gens frons dat cūctis bonus auctor. In his versib⁹ sunt viginti octo dictiones: viginti octo annis cicli solaris seruientes: prima primo: secunda secundo: ⁊ sic per ordinē sumpto initio a primo anno cicli ita q̄ quecūq; fuerit initialis littera alicui istarū dictionū: eadē erit littera dominicalis in illo anno cui seruit illa dictio: verbi gratia. Fert est prima dictio ⁊ seruit primo anno cicli solaris. ⁊ f. est prima littera: ergo. f. est litera dominicalis in primo anno cicli solaris: ⁊ sic de alijs. Et nota q̄ ille ann⁹ est bissextilis cui deseruit alia dictio desinens in. s. ⁊ ita primus annus cicli semper est bissextilis: cum ei deseruat dictio desinens in. s. f. fert ⁊ propter hoc prima littera dictionis desinens in. t. non erit littera dominicalis in illo anno cui seruit illa dictio: nisi a loco bissexti vltra: q; littera dominicalis cū bissexto simul mutatur. A kalēdis vero ianuarij precedētis ipsum bissextum vsq; ad locū bissexti erit littera dominicalis illa que immediate sequitur in kalēdario post illam que deberet esse litera dominicalis: vnde in primo anno cicli. f. est litera dominicalis a loco bissextivsq; ad kalen. ianuarij sequētis. A kalē. vero ianuarij precedentis vsq; ad locū bissexti g. est litera dominicalis. ⁊ ita in alijs. Annus autem cui seruit illa dictio sciri potest per rationez superius dictam de ciclo solari: nam ratio litere dominicalis tunc currentis ratione simili incipit ⁊ finitur. Hūc aliqua de indictione dicamus. Est autem indictio spacium temporis quo romanus princeps tributum gētibus indicebat. Si autem volumus scire quota sit indictio: debemus addere tres annos annis domini: ⁊ postmodū diuidere annos dñi per quindecim quotiens possumus: ⁊ quotus annus remanserit facta diuisione: tota erit indictio ⁊ si nullus superauerit in vltimo anno indictiōis sumus: ⁊ tunc ad primā indictionem reuertimur: q; indictio nō trāscēdit quindecim. vnde versus. Si tribus adiūctis domini diuiseris annos. Per ter quinq; datur indictio certificata. De indictione plenius diximus in speculo iudiciali in tractatu de instrumentorum editione. §. j. versi. post annos. ⁊ infra vbi de ciclis agetur. De era supra dictum est.

annus bissexti

dies

¶ De die. Rubrica.

Licet iaz superius in plerisq; locis de die tactū est: ⁊ nihilominus hic specialiter dicendum est. Sciendum est igitur q; duplex est dies: scilicet naturalis ⁊ artificialis siue vsualis. Naturalis est spaciū quo sol ducitur circa totam terraz ab oriente vsq; in occidētē. scilicet spaciū diei ⁊ noctis qđ semper cōtinet. xxiij. horas. Dicitur dies ista a dijs quorū nomina romani quibusdā syderib⁹ sacrauerūt. vnde quelibet dies ab aliquo deo antiquitus vocata est: vt a ioue ⁊ alijs: prout sub septimana dictū est. vel a dia qđ est duo: qz continet duo tēpora noctē scilicet ⁊ diem vsualē. Quādo autem incipiat dictum est in proemio septime partis. Artificialis est spacium quo sol morat sup nostrum hemispherium ab ortu solis vsq; ad occasum. Et hic fm solis ascensum ⁊ descensum crescit pariter ⁊ decrescit. Dicitur autē dies a dian qđ est claritas. Et ōr vsualis siue artificialis: quia solum hoc tempus aptum est vsibus ⁊ artificijs exercendis. Reliqua pars diei ōr nox a noceo: quia nocet vsui et vsui: ⁊ ideo vocata est dies a meliori parte sine cōmemoratione noctis. Juxta illud. Et factū est vespere ⁊ mane dies vnus. Rursus partes diei sunt tres fm Jsid. scz mane: meridies ⁊ suprema. Mane est lux matura ⁊ plena nec tam crepusculum. Meridies ōr quasi medidies id est medius dies: vel quia tunc purior dies est. Suprema est postrema pars diei. Sero ōr a clausis seris. Noctis vero partes sunt septem. s. vespere: crepusculum: conticinium: intempestum: gallicinium: matutinum: ⁊ diluculum. Vesperum dicitur a vespere occidentali stella que tenebras sequētes precedit: et dicuntur tenebre quasi tenentes vmbram. Crepusculum dicitur dubia lux. s. inter lucem et tenebras. Conticinium est quando tam omnes silent. Intempestum est medium noctis tēpus quādo nil agi potest: ⁊ oīa silent quasi inopportunū. Gallicinium ōr propter gallos lucis prenuncios. Matutinum est inter abscessum tenebrarum ⁊ auroze aduentum. Diluculum ōr quasi incipiens parua diei lux ⁊ auroza que solem precedat. Est enim auroza diei clarescentis exordium. ¶ Et nota q̄ dies alij sunt syderales in quibus syderа mouentur: ⁊ homines a nauigationib⁹ excludūtur. alij prelliales. de quibus in libris Regū. Quibus reges solēt ad bella pcedere. alij intercalares: quos scimus. xij. mensibus superesse. alij caniculares. alij solsticiales: alij equinoctiales. de quibus iam premissum est. alij fasti in quib⁹ iura fantur: alij nefasti eis cōtrarij. alij festi. f. festiui: vt dies azimorū. alij profesti quasi procul a festis: vt feriales. alij mali sunt: qm̄ in eis plus soluto homines affligunt. Vñ apte Redimētes tēpus quoniā dies mali sunt: ⁊ econtrario sunt boni. alij egyptiaci: de quib⁹ premissum est. est etiā dies salutis: in quo dñs venit ad saluandum. Est etiam dies iudicij: in quo dñs veniet ad iudicandū: qui erit bonis dies letitie: malis autez calamitatis ⁊ miserie. Momentum vero est minimum atq; angustum tempus a motu syderum dictum: est em̄ extremitas hore in brevib⁹ intervallis cum aliquid sibi cedit atq; succedit secundum Jsido. Hora grecum nomen est: et tamen latinum sonat. est enim finis temporis. quot autē horas continet dies naturalis dictum est in principio huius partis.

Dies partes sunt tres. Noctis septem sūt partes.

¶ Rubrice sēde partis tractātis de anno lunari.

Sequitur secunda pars de anno lunari: in qua agitur primo quid sit annus lunaris: et quot dies contineat. Secundo de regularibus lunaribus. Tertio de epacta. Quarto de embolismo. Quinto de aureo numero. Sexto de termino paschali ⁊ aliarū mobilium festiuitatū. Septimo de ciclis.

¶ Quid sit annus lunaris: ⁊ quot dies continet. Rubrica.

Annus lunaris dicitur tribus modis. Primo mō ann⁹ lunaris est spatium quo luna circuit totū zodiacū: qđ facit in .ccclvij. dieb⁹ ⁊ duodecim horis. Scdo mō dr annus lunaris spatiū quo luna circuit solē ab vna ascēsiōe vsq; ad aliā: ⁊ hoc facit in .ccclxix. dieb⁹ ⁊ duodecim horis. Hā cū luna separat a sole ad peragrādū zodiacū: ⁊ post ea reuertit ad eūdē pūctū in quo dimiserat solem nō inuenit illū ibi: qr sol tā tm processit suo motu: qr luna laborat recurrere ad eum siue attingere ipsum duob⁹ diebus ⁊ tribus horis. Tertio dicit annus lunaris spatiū duodecim lunationū in anno cōmuni ⁊ tredecim in emboliſmali: de quib⁹ infra dicet. cū ergo lunatio quelibet constet ex .xxix. dieb⁹ ⁊ .xij. horis: qr nō curat ecclesia de minutis ⁊ ex .xij. horis precedētis lunationis ⁊ ex duodecim sequētis cōstituit vna dies naturalis: que semper lunationi precedēti attribuit: ita qđ lunatio precedētis mēsis semper habeat .xxx. dies: ⁊ sequētis .xxix. nisi sit aliud propter bissextū vel emboliſmū vel saltū lune: vnde versus. Luna paris mēsis nūq; tricesima fiet. Impar triceno nūq; nisi fine carebit. Tēpore bissexti febr tricesima luna est. Hā iulij luna tūc est .xxix. Par mēsis dr: qr numerando a ianuario per ordinē cadit in numerū parē: vt februarius aprilis: iunius: augustus: october: december: quorū lunatio semper est .xxix. dierū excepto februario cuius lunatio est .xxx. qñ est bissextus. Impar vero est qñ cadit in numerū imparē: vt ianuarius: martius: maius: iulius: septēber: et nouēber: quoz lunatio semper est .xxx. dierū: excepto iulio qui in vltimo anno cicli lunaris ꝓpter saltū lune habet tantū .xxix. Ex his añt .xij. lunationib⁹ ꝓfluunt trecēti quinquaginta quattuor dies in anno lunari: ⁊ sic annus lunaris in .xj. diebus excedit a solari: ex quo excessu omnis varietas etatis lune cōsurgit: ita qđ vbicūq; fuerit luna prima i primo anno sit in secūdo .xj. ꝓpter quā varietatē duoz numeroz gñs sunt iuēta regulares videlicet ⁊ epacte: de quib⁹ breuiter videamus.

Par mēsis.

Impar.

¶ De regularibus lunaribus. Rubrica.

Hanc videamus de regularib⁹. Et qui dē regularis lunaris est numerus inuariabilis datus mēsi ad inuenīdū lunā in kalē. mēsiū singuloz. Habēt añt ortū regulares ab illis quinq; diebus qui supersunt in anno solari supra trecentos sexaginta dies. vnde quinq; regulares dati sunt septēbri a quo annus lunaris sumit initiū. Regulares vero aliorū mensiū sic formañt. Jūge regulares mēsis cū dieb⁹ ei⁹ ⁊ ab illa summa subtrahe lunationē ei⁹: ⁊ residuū qđ remāserit erit regularis illius mēsis: verbi gratia. Septēber hz quinq; regulares: ⁊ dies ei⁹ sunt .xxx. qui cōiūcti regularibus cōstituūt .xxxv. ⁊ lunatio septēbris est .xxix. que subtracta remanēt .vj. que sunt regulares sequentis mensis. s. octobris: ⁊ sic de aliis vsq; ad septembrem. Nam egyptij suum annum. incipiunt a septembri: ⁊ ideo nos annū lunarē incipimus a septēbri. De regularib⁹ traditur iste versus. Dic. e. g. bis. i. u. bis post manet ordo. q. d. Dic e. bis q̄ ē q̄nta i alphabeto. i. ꝑmis duob⁹ mēsib⁹ anni lunaris dātur quinq; pro regularibus. Item dic bis. g. que est .vij. i alphabeto. i. tertius ⁊ quartus mēsis habēt septē pro regularib⁹. Jtē dic bis i. que est nona in alphabeto. i. quintus ⁊ septimus mēsis habēt .ix. ꝑ regularib⁹. Item dic bis. k. que est .x. in alphabeto. i. sextus ⁊ octauus mensis habēt .x. pro regularib⁹. Et nota qđ hic transitus de quinto ad septimum ⁊ de sexto ad octauū: vt ptz informādo ipsos regulares quia ianuarius ⁊ martius .ix. ⁊ februarius ⁊ aprilis .x. habēt: iz post manet ordo. i. maius .xj. iunius .xij. iulius .xiij. augustus .xiiij. habent.

Regularis lunaris.

¶ De epacta. Rubrica.

Sequitur de epacta. est añt epacta numerus variabilis datus anno ad inuenīdū lunā i kalēdario cuiuslibet mēsis: ⁊ dr epacta ab epi qđ est supra et aucta qr est superexcrescentia anni lunaris a solari. Jdeoq; annus primus cicli lunaris nullam habet epactam: qr nullus annus precessit a quo .xj. accepisset. Secūdus vero habet .xj. pro epacta: quia epacta oritur ab illis .xj. dieb⁹ quibus annus lunaris exceditur a solari. Tertius ꝓo annus habet .xxij. qr semper adduntur .xj. si non trāscēdat triginta: si vero trāscēdat triginta abiectis triginta residuū erit epacta illius anni: ⁊ ideo in quarto anno: qr summa ascendit .xxxij. abiectis .xxx. tres sunt epacte illius anni. Epacte vero grece dicūtur latine abiectiones annue lunares: que per numerū .xj. vsq; ad tricenarīū in se reuoluunt: quas egyptij iō adiecīt: vt lunaris emersio rōne solis coequet. Luna enī iuxta cursum suū .xxix. semis dies lucere dignoscitur: ⁊ fiūt in annū lunarē dies tredecim. liij. remanēt ad cursum anni solaris dies .xj. quos egyptij adiciunt. Ablatis his non inuenies lunā quota sit in quolibet anno mense ⁊ die: epacte oim annoz cicli lunaris per hanc tabulam denotantur: ita qđ hoc verbum nulla respondet primo anno: ⁊ singuli sequētes numeri respondēt singulis annis cicli vsq; ad .ix. vt nulla. xj. xxij. xxxiij. xliij. lv. lxvj. lxxvij. lxxxviij. xcix. c. cxxx. Sed hoc idem etiam ostenditur per hos versus. Annis adde monos dñi partire per vnde. vigenti lune ciclis ⁊ inde patet. Hoc vult dicere qđ si volumus scire quotus sit annus epactalis siue cicli debemus diuidere annos dñi per .xix. quotiēs possumus ⁊ addere vnum: quia quando christus natus fuit tantum precesserat ille ciclus: ⁊ quota fuerit summa que remanserit: totus erit annus cicli epactalis: verbi gratia. Hoc anno computam⁹ annos dñi mille ducentos octuagintasex: quoruz mille ducēti septuagintatres sunt recte per decem et nouem diuisi: supersunt .xiij. de predicto numero adato ergo vno fiūt .xiiij. vnde hoc anno est decimusquartus annus cicli lunaris: in anno sequēti erit .xv. ⁊ sic vsq; ad .xix. postea reditur ad primum: et hoc verum est scōm illos qui incipiunt

Doctrina quotus sit annus epactalis.

computare

datus anno ad inueniendū principia quinq; mobiliū festiuitatū. ī. septuagesime: quadragesime: paschalis rogationū: z pentheco stes: z ideo sunt quinq; claues: z quodlibet predictoꝝ festorū habet triginta quinq; dies: in quibus semp celebrā-tur. A sede aūt cuiuslibet clauis: numerant dies vndecim: z vsq; ad initium ipsoꝝ triginta quinq; dierū: prout hec infra patebūt. Et dicitur clauis per similitudinē: q; sicut p claues ostia referātur: ita per talē numerū principia dictarū festiuitatū no bis denotantur. Habēt eīm ortū iste claues ter minoꝝ a. xix. annis cicli lunaris: z. vij. diebꝰ septi mane: vnde prima clauis est. xxvj. Claues autem aliorꝝ annorū sic formant: addamus eīm semp clauī precedētis anni. xix. z summa inde prouenies erit clauis sequentis anni si nō superat. xl. si vero summa superat. xl. abiectis. xxx. residuum erit clauis sequētis anni: vbi gratia. Clauis primi anni est. xxvj. cui si iungantur. xix. erūt. xlv. vñ abiectis xxx. remanēt. xv. qui numerus est clauis sequentis anni: z ita formant vsq; ad. xix. anno per ordinem: q; nō proceditur vltra. xix. numerū: sed reuertitur ad priorē. vnde ciclus clauīū aurei numeri z epactarū non differunt quantitate: differunt tamē principio: q; ciclus epactarū incipit a septēbri ciclus autē aurei numeri z clauium a ianuario. Vñ si velimus scire quotus sit annus cicli aurei numeri z clauū possumus scire per diuisionē annoꝝ dñi facta superius in titulo de epacta. Iuuē to quotus sit annus clauium possumꝰ scire que sit clauis illius anni per aliā hanc rationem. Numerus eīm ille qui remanet de diuisione annoꝝ domini numerari dz p summitates quinq; digitorum inchoando a pollice: z si numerus terminatur in pollice debemus addere. xv. z summa inde prouenies erit clauis illius anni: si vero numerus finitur in indice debemus addere. xiij. si i medio. xiij. si in annulari. xix. si in auriculari. vij. z si summa inde puenies excesserit. xl. abiectis. xxx. qō remāserit erit clauis: q̄ additio his versibꝰ cō tinetur. Viginti quinq; tredecim plus esse tricenos. Vñ vicena epa digitis pro clauibꝰ apta. Sedes quidē clauium nūq; inueniuntur in kalēdario nisi super hāc literā g. prima ergo ianuarij g. est clauis septuagesime: vltima g eiusdē mensis est clauis quadragesime. et scōa g. martij est clauis paschalis: tertia g. aprilis est clauis rogationū. vltima g. aprilis est clauis pēthecostes. vnde versus. Ultima g primi tant martiusq; scōa. Aprilis terna tibi signat z vltima clauē. Habita ergo clauе anni incipe cōputare a sede clauis: z cōple illā in diebus kalēdarij per ordinē procedēdo: et vbi terminabīē ibi erit terminus solennitatis: ita q; in primo die dñico ibi sequēti erit initiū solennitatis cuius est clauis: sed rogationes incipiunt in sequēti die lune: z si fuerit bissextꝰ cuilibet clauī est vna dies addēda. Possumus etiā scire paschales terminos p etatē lune: cuius rōnē sequimur iuxta consuetudinē iudeoꝝ: de quo talis datur regula. Accipe lunā quecūq; est in festo epyphanie: z perfice illam procedendo per dies kalē darij ordinate vsq; ad quadraginta dies: z si fuerit bissextus vsq; ad quadragintaunū in proxima die dñica sequēn erit initiū septuagesime. vñ versus. A festo stelle numerando perfice lunē. Quadraginta dies post septuagesima fiet. Bissextus q̄ fuerit superadditur vnus. Si cadit in lucē dñi tunc sume sequētē. Si cadit in feriā septimā sitq; bissextus. Linque diem dñi primū sumasq; sōmi. Habita ergo septuagesima terminos aliarū mobiliū festiuitatū facile scire potes. Nā a septuagesima vsq; ad quadragesimā sunt tres integre septimane: a quadragesima vsq; ad pascha sunt sex integre septimane: a pascha vero vsq; ad diē lune rogationū sunt quinq; septimane z vnus dies: a pascha ꝟo vsq; ad pēthecostē cōputantē q̄nq; decē dies. Terminū quoq; paschalē his versibꝰ scire potes. Post nonas martis vt sit nona luna require. Tertia lux domini prima pascha tenet. ¶ Rursus vbicūq; post duodecimū kalēd. aprilis luna decimaquarta reperitur in dñica prima pascha celebratur: itē qualiscūq; luna fuit in kalendis ianuarij talem fac eam in festo sancti Benedicti siue duodecimo kalendas aprilis: z illam cōputes vsq; ad. xviij. z ibi erit pascha hebreoꝝ. ¶ Rursus ab octauo idus martij vsq; ad nonas aprilis sunt dies. xxix. quocūq; ergo illorum luna fuerit prima: cōputetur vsq; ad quatuordecim: z ibi erit pascha hebreoꝝ. Est etiā z alia ratio inueniendi pascha per etatem lune: q̄n quando luna currit per vnum: erit pascha dominica prima post nonas aprilis: quando currit per duo erit dñica prima post octauo kalendas aprilis: quando currit p tres: erit dñica prima post idus aprilis: quādo currit p quatuor: erit dñica prima post nonas aprilis: q̄n currit p quinq; erit dñica prima post vndecimo kalendas aprilis: quādo currit p lex: erit dñica prima post quarto idus aprilis: q̄n currit per septem: erit dominica prima post tertio kalendas aprilis: quando currit per octo: erit dominica prima post quartodecimo kalēdas maij: quando currit per nouē: erit dñica prima post septimo idus aprilis: quando per decē: erit dominica prima post sexto kalendas aprilis: quādo per vndecim: erit dominica prima post. xxiij. kalēdas maij: q̄n per duodecim: erit dñica prima post pridie nonas aprilis: q̄n per tredecim erit dominica prima post nono kalendas aprilis: quando per quatuordecim: erit dñica prima post secūdo idus aprilis: quando per quindecim: erit dñica prima post kalendas aprilis: q̄n per sexdecim erit dominica prima post. xij. kalendas aprilis: quādo per decemseptem erit dñica prima post. v. idus aprilis. quando per octodecim erit dñica prima post quarto idus aprilis: quando per. xix. erit dominica post. xv. kalēdas maij. Tabulas insup manuales nōnulli ad inueniendos paschales terminos p̄fecere: sicut Dion. Ysido. z quidā alij: quas ad presens diximus dimittēdas: ne difficultas sit nimiū onerosa. Ad presens igitur sufficiāt carmina nostra ista scripta. Cū grauē nobis bello hanc mē̄ habeamus. Belli sepe gerens etiam puto delicit

Versus ad sciendum terminum paschalem.

hostem. Hoc anime lucrum inuentes cum reli-
giosis. In his versib⁹ sunt .xix. dictiones .xix. an-
nis cicli lunaris seruientes: prima primo: secun-
da secundo: & sic per ordinem sumpto initio a pri-
mo anno cicli: & quota fuerit prima littera dictio-
nis in ordine alphabeti que non designat in. m.
tota die aprilis computando a mensis principio
versus finem erit terminus pasche hebreorum id
est luna .xiiij. et in proxima dominica subsequen-
ti erit pascha nostrum sicut in sexta parte sub tra
ctatu de pascha plene dictum est. Ibi etiam pa-
tet quare super .v. kal. aprilis scribitur in kalēda-
rio resurrectio dñi. Si vero dictio defuit i m. quo
ta el⁹ erit prima littera in alphabeto tota die mar
tij: computando a mensis fine versus principium
erit terminus paschalis iudeorum: & in primo die
dominico qui postea occurrerit descendendo ver
sus finem erit pascha nostrum hoc cautius obser
vando: q; harmē & haneamus in prefatis versib⁹
debent scribi per k & hostem debet scribi p h que
in hoc loco pro littera reputat. Potest & aliter pa-
scha facile inueniri: pone ēm in kalendario tuo in
margine aureum numerum sequentem videlicet
iuxta .xij. kalenō. aprilis: pone .xvj. iuxta .xj. kalē.
pone .v. iuxta .ix. kalenō. .xiij. iuxta .viij. kalenō. .ij.
iuxta .vj. kalen. .x. iuxta .iiij. kalen. .xviij. iuxta .iij.
kalen. vij. Item iuxta kalen. aprilis .xv. iuxta .iij.
nonas aprilis .iiij. iuxta .ij. nonas .xij. iuxta nonas
.j. iuxta .vj. idus .xix. iuxta .v. idus .xvij. iuxta .iij.
idus .vj. iuxta .ij. idus .xiij. iuxta id⁹ .ij. iuxta .xvij.
kalen. maij .xj. iuxta .xv. kalen .xix. iuxta .xiiij. kal.
viij. Volens ergo terminum paschę inuenire ad-
de vnum annis domini tunc currentibus: postea
diuide ipsos quotiēs poteris per .xix. & si diuisio
perficiatur in .xix. ita q; nil supersit: recurre ad ka-
lendariū tuū: & in illa die iuxta quā inuenies scri-
ptū .xix. erit pascha hebreox: qō semp celebrāt in
xiiij. luna: & in sequenti dñica erit pascha nostrū.
Si vero aliquid supersit super vltima .xix. puta
quinq; vel decem vel quindecim dies: tūc pascha
hebreox erit in die illa iuxta quam scriptū inue-
nies .v. vel .x. vel .xv. & sic de aliis premissis nume
ris & dieb⁹: & in sequēti dñica erit pascha nostrū:
qō nō pōt esse ante .xj. kalēō. aprilis nec post .xiij.
kalen. maij. verbi gratia. Hoc anno computātur
anni dñi mille ducēti octuaginta sex: quorū mille
ducenti septuaginta tres sunt recte diuisi per .xix.
supersunt ergo .xiij. de premisso numero: quibus
additur vnus & fiūt quatuordecim: vbi ergo inue-
neris in tuo kalēdario hūc numerum ibi erit hoc
anno pascha iudeox: i sequēti vero anno erit vbi
inueneris scriptū .xv. & sic vsq; ad .xix. postea verō
redit ad primū: & sic perpetuo fiet. Per eūdem
quoq; modum poteris terminū septuagesime in-
uenire. Pone enim in kalendario tuo in margine
iuxta .xvj. kalē. februarij hūc numerū .viij. Itē in
eadem linea pone .xvi. iuxta .xv. kal. februarij. po-
ne .v. iuxta .xiij. kal. xiiij. iuxta .xij. kalen. ij. iuxta .x.
kalen. .x. iuxta .viij. kalen. .viij. iuxta .vij. ita .vij. iux-
ta .v. kalen. .xv. iuxta .iiij. kalen. .iiij. iuxta .ij. kalenō.
xij. Item iuxta kaō. februarij .xix. Itē iuxta .iij. no

De termino septuagesime inuendo.

nas februarij .vj. iuxta .vj. idus .xiiij. iuxta .v. idus .x
iij. iuxta .iij. idus .xj. iuxta idus .xix. Diuisis ergo
annis dñi per .xix. vt premissum est: vide q; nume-
rus supest super .xix. et vbi illum in ipso kalenda-
rio inueneris: ibi erit terminus septuagesime: qui
semper est in luna vndecima: & in sequēti domini
ca septuagesimā celebramus que nō pōt esse an-
te .xv. kalēdas februarij nec post .ix. kalen. martij:
sicut nec quadragesima potest esse ante .vi. idus
februarii: nec post .xi. idus martii. Eodem etiā mo
do terminus pēthecostes inueniri potest: pone ei
in tuo kalendario in margine iuxta .vii. idus maij
xvi. iuxta .vi. idus .v. iuxta .iiij. idus .xiij. iuxta .ij.
ij. iuxta idus .x. Item iuxta .xvij. karendas iunii
xviij. iuxta .xv. kalendas .vij. iuxta .xiij. kalendas
xv. iuxta .xij. kalendas .iiij. iuxta .x. kalendas .xij.
iuxta .ix. kalendas .j. iuxta .vij. kalēdas .xix. iuxta
v. kalendas .xij. iuxta .iiij. kalendas .vj. iuxta .ij. ka
lendas .xiij. Item iuxta kalendas iunii .iij. iuxta
iij. nonas .xj. iuxta nonas .xix. iuxta .viij. idus .viij.
Diuisis ergo annis dñi per .xix. numerū illū q; su-
pererit super decē & nouē quere in premissis locis
kalendarii: & vbi illū inueneris: ibi erit penthecos
te hebreorū: qō semper est in luna .xiiij. & in sequē-
ti dñica erit penthecoste nostrū: qō nō potest esse
ante .vi. idus mēsis maij nec post idus mensis iu-
nii: sicut nec rogationes esse possunt ante sexto
kalendas mēsis maij: nec post .iij. kalendas men-
sis iunii. Potest etiam pascha aliter inueniri per
hanc tabulā quinq; quindecim tredecimduo vi-
gintiduo decem triginta decem & octo septem vi
ginttiseptem quindecim quatuor vigintiquatuor
duodecim vnum vigintivnum nouem viginti no
uem decem & septē Isti numeri representāt quos
dam dies aprilis & martii: in quibus cōtingit pa-
schā hebreorum computando dies illos a princi-
pio ipsorum mensium: ita q; ipsi numeri a viginti
infra respondeant aprili: a vingiti supra martio:
hoc vult dicere hec tabula q; in primo anno cicli
lunaris est pascha hebreorum: in .v. die intrantis
aprilis: i scō anno eiusdē cicli est .xv. die intrātis
martii: & sic de aliis donec numeri ipsi⁹ tabule cō
pleant: postea redit ad primū annū cicli. Aliter aūt inueniant anni cicli dictum est supra vbi
agit de epactis. Quare festo saluatoris excepto fe
sto natalis siue natiuitatis sint mobilia dictū est
in sexta pte sub festo natalis. Vltimo ēm Isido.
sciēdū est q; inter latinos & grecos est varietas su
per termino festiuitatis paschalis qō prouenit: q;
latini ater tio nonas martii: vsq; ad tertiū nonas
aprilis ꝑmi mēsis lunā requrūt: & si .xv. luna die do
minica quenerit in aliā dñicā pascha prorrahūt:
vt ꝑmittitur est. Grecꝰ vo obseruāt primā lunā ab
viij. idus martij vsq; in diē nonā aprilis.

¶ De ciclis. Rubrica

Dicta in plerisq; huius partis locis de
ciclo mētio facta est: ideo de ciclo ali
qua dicamus. Notandū est ergo q; cy
clus est spacium alicuius anni q; re
diens ēm aliquos numeros: et ꝺr
quasi circulus per duplicē syncopā. Est ei ciclus

Pascha inuenire per tabulam

vocatus eo q̄ in ordem digestus sit: z quasi in circulum dispositum ordinem cōplectatur annorum sine vertere z sine arte: sunt aūt sex cicli. Primus solaris incipiens in. vj. kalēdas martij in festo matthie cōstans ex viginti octo annis continens currētes z regulares solares z dominicales z annos bissextiles z cōmunes. Secundus ciclus est decemnouenalis cōstans ex nouemdecim annis z incipit a ianuario continens in se aureum numerum z dietes terminorum. Tertius est ciclus lunaris incipiens similiter a ianuario habens nouemdecim annos: incipit autem quarto anno ciclis decemnouenalis: hunc inuenerunt romani: vt scirent qua hora luna a sole accenderetur: sed q̄ processu temporis hec inuentio falsificata est: nihil operamur secundū hunc ciclum. Quartus est epactalis incipiens quinto kalendas septembris habens similiter annos nouemdecim continens in se regulares lunares z epactas z annos communes z embolismales. Quintus est ciclus magnus constans ex quingentis triginta duob⁹ annis: vel secundū alios quingentis triginta annis: secundum quem formatur tabula dyonisij. Sextus est ciclus indictionalis cōstans ex quindecim annis z cōtinēs indictiones. Romani enim quia difficile erat de remotis mundi partibus venire singulis annis romam ad soluenda tributa per eos prouincijs indicta: statuerunt q̄ saltem singulis quinquennijs soluerentur: ita q̄ primo quinquennio apportarent pro tributo ferrum pro fabricandis armis. In secundo quinquennio argētum pro stipendijs militibus erogandis. In tertio aurum pro simulachris fabricandis: z sic semper post aurum quod in anno quindecimo ferebatur incipiebat quinquennium: quo ferrum iterum soluebatur: z sic erat quasi quidam circulus temporis: quia ergo romani sic fieri indixerunt: ideo illi anni indictio nuncupati sunt: de quo dictū est supra. Premissum autem spacium quinq̄ annorum vocatum est lustrum: q̄ venientibus nuncijs prouinciarum cum tributo: cū cereis z cū alijs precijs sumptibus vrbem lustrabant.

lustrum. Spacium quinq̄ annorum.

¶ Conclusio huius operis. Rubrica.

Memo in hoc opere diuina officia sufficienter existimet exposita: ne forte opus extollendo humanum diuinū improuide extenuet sacramētum: in diuinis namq̄ officijs misse tot z tāta sunt inuoluta mysteria: vt nemo nisi pervnctionem edoctus ea sufficiat explicare: quis enim nouit ordinem celi: z ponit rationes eius in terra. Scrutator quippe maiestatis opprimetur a gloria. Ego vero non prevalens lippientibus oculis solem in rota conspicere: tanti mysterij maiestatem quasi per speculum in enigmate mihi visus sum intuerī: nec penetrans ad interiora cenaculi: sed pre foribus assidens in vestibulo egi diligenter vt potui non sufficienter vt volui: sexagesima nouena distinctione sex officia: in principio: cuz in humanis inuentionibus nil sit ex omni parte perfectum: septima questione prima: nihil. Hēpe propter innumeras atq̄ inexcusabiles negocioū apostolice sedis illicitas necessitudines quotidie more fluctuum emergentes: que studentis z ad superiora tendentis obtundunt animum: quasi per plexus atq̄ varijs z in cuitabilibus irretitus nexibus vacare ad plenum nequiui vt vellem: quin immo vix valui meditata dictare nedum concipere meditanda: nam cuiuscq̄ animus ad plura diuisus fit profecto ad singula minor. Quocirca nō solum benignum sedulo imploro lectorem: verum etiam liberum desidero correctorem. Enimuero negare nequeo quin plura inserta sint in hoc opusculo: que possunt iusto iudicio: nulla temeritate culpari nona distinctione: negare. Verumsi quid forte laude dignum reperietur in eo diuine gratie penitus adscribatur: nam omne datum optimum z omen donum perfectum desursum: descendēs est a patre luminum: prima questione secunda q̄pto. Si quid vero indignū insufficientie deputetur humane: nam corpus quod corrumpitur aggrauat animam: z deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: aut siquidem propter aut eorum fortassis quorum dicta plerumq̄ post recitādo q̄ approbādo hic introducta noscūtur. Hoc enim tam ex diuersis aliorum libellis et commentarijs more mellificantis apis q̄ ex his que mihi diuina gratia propinauit fructuose collegi: z hanc doctrinam interno fluentem nectare velut fauū mellis in diuinis officijs speculari volentibus diuino suffultus presidio propinaui hāc solum apud homines ex ingenti perpesso labore mercedem expectans: vt apud misericordissimum iudicem pro peccatis meis deuotas orationes effundant.

Quam mercedē apud homines expectet huius operis author

¶ Finis.

Iohannes Aloisius tuscanus auditor camere apostolice reuerendissimo. D. domino Petro cardinali tirasonensi. ¶ Inter omnes libros quos hominē qui sacris initiatus sit habere oportet: hic mihi reuerendissime pater videtur esse precipuus: immo ceteri vtiles: iste necessarius. Quippe ex alijs quid agere debeamus edocemur. Ex hoc vero z quid illud sit: z qua ratione agere debeam⁹. Cuz ergo fundamentum sacri cultus sit mens z intentio nostra: profecto qui ignorat quid agat: frustra cultui sacro se ingerit: caret enim fundamento sci licet mente z intentione: quarum partes nequaq̄ versantur circa illa que nescias. Quot hominum singulis diebus dominicam illā electā orationē. Pater noster ꝛc. ore annunciant: qui nō animaduertunt: quia prope z sue vocis iudicio se condēnant. Quot hominum vestes z indumenta sacerdotum induunt qui cur ea tam multiplicia: tam varia inuenta sunt penitus ignorant. Quot sacerdotū annis innumeris missaz celebrauere. Quot episcopoz annis innumeris consecrauere. Quot archiepiscoporum etate diuturna pallio vsi fue-

Guillelmi Durandi operis commẽdatio huius

re. Quot denicꝫ antistitum omnia que pastoralis officij sunt per longissima tẽpora ministrauerē a quibus ñ reges qua ratione id fecerint: illico nulla dñr: nec habebunt quid respondeant. Verū enimuero vt iurisc̃onsultus ille dicere solebat. turpe est vtro id in quo quotidie versatur ignorare. Quare multum ⁊ multum: tum in cęteris: tum i hoc vno maxime Guillelmus durandi publice salut ⁊ communi vtilitati prospexit: ⁊ consuluit: q̃ vniuersi sacri mysterij figuras: typos ⁊ rationes accuratissime in hunc librum congessit: ex quo ni si pigeat laborum facile dicere possumus: quid ⁊ qua ratione operemur. Adde iocunditatem cum in omnibus incognitis: tum in his maxime que indices pre manibus sunt: dum ad eorum cognitionem vel studio vel casu peruenisse concipim⁹: tunc enim rem ipam in digitis tenere arbitramur ⁊ quod alias difficile: vt in memoria teneretur iudicaueramus: nunc facillimum reputamus: ⁊ ad meliora ac maiora sublata difficultatis formidine allicimur ⁊ inuitamur. Quid quod nunc tantummodo ⁊ non prius quod legimus: quod gerimus: quod operamur amamus. Quomodo efficieri potest: vt amemus: quod nescimus: nõ intelligimus: non cognoscimus: quod non oculo vel visus vel intellectus intuemur? Magnas ergo gratias guillelmo debem⁹ quod in hoc opere cõscribẽdo ipse qui prius vel sparsa vel abdita erãt reposuerit: ⁊ parefecerit: vt nos onere leuaret: ipse sudarit: vt nobis curam ⁊ laborem preciperet ipse vigilauerit: vt nos quiescerem⁹. Ego quãtum ad me attinet dudum anteꝫ militie clericali me addixissem: dum in aduocationis seu postulationis officio me exercerem: conabar vt omnes scirent quantum Guillelmo ob speculũ iuris elucubratum teneremur. Nunc quãdo aliud studiũ me vocauit: ⁊ prospicio que sint in hac militia future partes mee: ⁊ quid sit officij ⁊ muneris mei fateor me nisi hic liber foret dubitaturum ne omnino indocilis insciꝰ ⁊ cecus euaderem. Gallica Guillelmum fuit Guillelmi ingenium: sed in Italia ta- mus durandi men enutritum: qui non ideirco minus gratie apud noa q̃ extra Italiã natus fuerit: sed plus q̃ conscie etatis factus in Italia viuere optidũ se putauit nominis in Italia relinquere: ⁊ in Italia mortuus in loco Italie florentissimo vrbe Ro- ma iacere elegit ⁊ voluit: debet esse consecutus. Opere precium est: vt quod vnum defunctis exhiberi potest: in manus plurũ transeat monumẽta ingenij sui laudentur: legantur ⁊ amentur.

¶ Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B.

Oẽs sunt quaterniones preter B q̃ est duernio.

¶ Finit Rationale diuinorũ officiorũ: qõ antea mille locis deprauatũ: obnixa elucubratione magistri Boneti de locatellis bergomensis correctũ Lugduni in edibus Jacobi myt impressum Anno salutifere incarnationis Millesimo quingentesimo vigesimo octauo: die octauo mensis maij.